

Ex Libris Michaëlis Heiman parochi ad S. Spiritum.
DE PACE

PUBLICA,
ET EIVS VIOLATORI-
BVS, ATQVE PROSCRIPTIS
SIVE BANNITIS
IMPERII,
LIBRI DVO.

De Pignorationibus Liber Vnus.

*De Manuum Iniectionibus, Impedimentis, siue Arrestis
Imperij, Tractatus singularis.*

A V T O R E

D. ANDREA GAILL, I. C.
PRAECLARISSIMO, CAES. MAIEST.
Confiliario, atque Reuerendissimi & Illustrissimi
Archiepiscopi Colonienfis, & Principis
Electoris, &c. Cancellario.

Collegijss.

Monachij 1670.



COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Ioannem Gymnicum, sub Monocerote.
ANNO M. D. LXXXVI.

DE PACE PVBLICA. ET
EIVS VIOLATORIBVS, AT-
QVE PROSCRIPTIS SIVE BAN-
NITIS IMPERII,
Liber Primus.

Quarta editio, locupletior & correctior.

CAP. I.

De Constitutione Pacis publicæ, &
eius effectu.

S V M M A R I A.

- 1 *Cæsar Imperij salutem suæ debet.*
- 2 *Salus Romani Imperij in tranquillitate consistit.*
- 3 *Pœna violatæ pacis publicæ capitalis est.*
- 4 *Pacis tempore omnia vernant: & de pacis encomia.*
- 5 *Pax nihil aliud est, quàm publica tranquillitas.*
- 6 *Pacem turbans publicam libertatem pervertit.*
- 7 *Iure, non vi suum quisque repetere debet.*
- 8 *Innocentia metu Constitutionis fracta pacis tuta existit.*
- 9 *Pacis publicæ edictum ad omnes pertinet.*
- 10 *Lex sui naturæ vniuersalis est.*
- 11 *Ignorantia crassa & supina scientiæ comparatur.
Paria scire, vel scire debere. ibid.*
- 12 *Pacis publicæ Constitutio etiam Ecclesiasticos obligat.*
- 13 *Ecclesiastici immediatè Imperio subiecti, ob delictum fractæ pacis amittunt regalia & priuilegia, quæ ab Imperatore & Imperio habent.*
- 14 *Sed pœna corporalis puniri non possunt.*
- 15 *Rex licet clericum in persona punire non possit, potest tamen*

- 4
 tamen in patrimonio sibi subiecto.
- 16 Clerici mediâ Imperio subiecti, coram ordinarijs super crimine fractâ pacis conueniri debent:
- 17 Clerici tam in criminalibus, quàm in ciuilibus coram iudice Ecclesiastico conueniri debent.
- 18 Clericus bonis Caesar protectioni, reprobus terrori esse debet.
- 19 Laici & clerici socij criminis vbi forum sortiuntur.
- 20 Degradatio clericorum Introducta, ne crimina impunita maneant.
- 21 Iudex Ecclesiasticus sanguinis poenam agitare non potest.
- 22 Degradatio locum habet etiam in Clericis in minoribus ordinibus constitutis.
- 23 Degradatio duplex est, verbalis & actualis.
- 24 Degradatio actualis eximit clericum à iurisdictione iudicij Ecclesiastici, secus si sit verbalis.
- 25 Degradatio actualis est executio sententia depositionis.
- 26 Degradatio in quibus criminibus locum obtineat, & nu. seq.
 Degradatio suspenditur, vbi vita emendatio speratur. ibid.
- 28 Degradatio exaucloratiōni comparatur.
- 29 Mori nemo in dignitate debet.
- 30 Degradatio in atrocissimis delictis omitti potest.
- 31 Clerici ob delictum perpetuis carceribus emancipantur.
- 32 Carcer de iure Canonico poena est: secus de iure Ciuili.
- 33 Hodie de consuetudine carcer poena est.
- 34 Pacis publica Constitutio etiam mulieres comprehendit.
- 35 Paria sunt, aliquid per se, vel per alium facere.
- 36 Mulieres Bannita quid amittant.

Ancilla virgines olim vendita, vt virginitas eis salua fit, nec prostituantur. ibid.

- 37 *Mulieres ceteris paribus minus peccant, quàm viri, idoque mitius punienda.*
- 38 *Aureliani Imperatoris exemplum parcentis Zenobia ob crimen affectati regni.*
- 39 *Mulier Bannita impune adulterari nequit.*
- 40 *Bannum ob contumaciam irrogari potest.*
- 41 *Arma hostibus Imperij vendentes incidunt in poenā Banni Imperialis.*
- 42 *Aedificantes ad emulationem, si ab opere cepto non desistant, possunt in Bannum Imperiale declarari.*
- 43 *Faciendes & consentientes pari poena plectuntur.*
- 44 *Opem prestare qui dicantur.*
- 45 *Acclamando contra eum, qui offenditur, auxilium quis prestare dicitur.*
- 46 *Adfidentes, vel adfociantes an eadem poena puniantur.*
- 47 *Consensus quadrifariam iniure sumitur, & qui, & quatenus punibilis.*
- Aliena peccata qua ex Theologorum sententia. ibid.*
- 48 *Innocentia tres gradus.*



QUONIAM Imperialem decet solertiam ita Imperij curam gerere, & subditorum comoda inuestigare, vt Imperij utilitas incorrupta persistat, & singulorum status illæsus conferuetur, tex. in c. de prohib. feud. a lie-

nar. per Freder. text. in §. i. de pace tenen. & iuramen. firman. & in §. i. in princip. Authent. de heredib. & Falcid. tex. in §. i. Authen. de armis. atque ꝑ salutem Reipublicæ rueri nulli magis conueniat, quàm Cæsari, text. in l. nam salutem. ff. de offic. præf. vigil. & quia in ꝑ tranquillitate Romani Imperij totius orbis salus conquiescit, text. in §. i. quomod. in læq̄ maiest. crim. proced. in Extrauag. idè Diui & foelicis. recordationis Imp. Maximilianus

DE PACE PVBLICA.

I. Anno 1495. Vvormaciz, & Anno 1500. Augustz. Carolus V. Anno 1521. Vvormaciz, Anno 1522. Norimbergz, Anno 1548. & 1551. Augustz. Ferdinandus Anno 1555. Augustz, Anno 1557. Ratisponz, & Anno 1559. Augustz. Item Maximilianus I. Anno 1566. Augustz, Anno 1570. Spirz, & postremò 76. Ratisponz, paterna sollicitudine, consentibus Statuum & Ordinum Imperij votis, proavorum, avorum, patrum, & nostra memoria saluberrimam, adeoque istis exulceratissimis temporibus planè necessariam de pace publica Constitutionem (auff den Landtsfriede) promulgârunt, eamque identidem in diuersis Imperij Conuentibus & Comitijis, vt dictum est, effrenata multorum malitia indies crescente sub incudem reuocârunt, quæ pacem publicam, armata manu, hominibus coactis violentibus, poena proscriptionis, quam t Bannum Imperiale appellamus, irrogatur: puta vitæ necisque, *Dasß der selben Leib vñnd Gut aller menniglich erlaubt seyen / vñnd niemands daran freueln oder verhandlen tönnē oder mögē* / hoc est, quod aqua & igni ipsis interdictum sit, & ab omnibus impunè offendi possint, prout prolixius continetur in ipsa Constitutione, tit. 4. & Ordinatione Cameræ Imperialis, par. 2. tit. 9. Nihil enim æquè ad Principes pertinet, quàm studium concordiz, tex. in d. c. 1. de prohib. feud. alienat. per Freder. & in d. l. nam salutem, quos in Republica esse oportet, quod oculus in corpore, quod in anima ratio: & ided sollicitè aduigilare debent, vt pax vbique facta, recta conseruetur, d. §. 1. de pace tenen. & iuramen. firman. Omnia t enim pacis tempore pulcherrimè vernant, florent, atque incrementum accipiunt, coluntur agri, vernant horti, pascuntur lætæ segetes, ædificâtur villæ, extruuntur oppida, instaurant collapsa, ornâtur & augètur extructa, crescunt opes, aluntur voluptates, vigent leges, floret Reipublicæ disciplina, feruet religio, valet æquitas, pollet humanitas, calent artes opificum, vberior est quæstus pauperum, splendidior opulencia diuitem, efflorescunt honestissimarum disciplinarum studia, eruditur iuuentus,

tran-

tranquillo fruuntur ocio senes, bonis auspicijs nubunt
virgines, laudantur simili prole puerperæ, florent boni,
minùs peccant mali. Ita pulchrè pacis encomium descri-
bit Erasimus in Chyliadibus, in Prouerbio, Dulce bellum
inexpertis :

Pax custodire salutem.

Et ciues equare potens

Pace bidens, vomerq; viget, at tristia duri

Militis in tenebris occupat arma situs.

De laudibus pacis præclarè etiam scribit Bald. in titul. de
pace Constan. in verbo, hæc sunt nomina, num. 8. vbi om-
nino vide. Propriè t̄ pax dicitur publica tranquillitas.
vel Cicerone teste, secunda Philipp. tranquilla libertas.
Archid. in c. noli. 23. q. 1. num. 2. sex causas recenset, quæ pa-
cem impediunt, Bald. in procem. Decretal. §. Rex pacifi-
cus, num. 17. Idem in l. 1. num. 3. ff. de pact. vbi dicit, pacem
esse plenam discordiarum sedationem. Ias. in l. de fidei-
commissio, nume. 3. C. d. titul. Qui igitur t̄ pacem violat,
publicam tranquillitatem, vel tranquillam libertatem le-
dit: proinde meritò vltore gladio in eum animaduerten-
dum, maximè si priuato quodam vindictæ studio hoc fa-
ciat, tex. in l. fina. ff. de re milit. Ad hanc Constitutionem
pacis publicæ pertinent tituli, de pace tenenda, & eius vi-
olat. de pace Constantiæ, de pace tenenda inter subditos,
& iuram. firman. & tit. ff. & C. ad leg. Iul. de vi publi. item
ad leg. Iul. maiesta. item tit. quomodo in læs. maiesta. cri-
mi. proced. item tit. qui sint rebelles, & tit. C. de seditionis,
& ijs, qui plebem audent contra Rempublicam collige-
re, & vbiq; per discursum Dd. Poena t̄ autem tam gra-
uis contra violatores pacis publicæ constituta est, putà
Banni, siue proscriptionis Imperialis, ad hoc, vt reprimatur
multorum ad quiduis audendum sceleris prom-
pta audacia, quorum messis è malis publicis est, qui
non iure, & iudicio, sed vi armata, nihil pensi haben-
tes, suum reposcunt, text. in §. si quis vero, de pace te-
nenda, & iuramen. firmand. text. in l. extat. ff. de eo
quod metus cau. & in l. si quis in tantam, C. vnde

8 vi. qui denique ruptis debitz & iuratz fidelitatis habebis, aduersus Romanum Imperium hostili animo armati insurgere non erubescunt. Horum itaque peruersa audacia † meru huius Constitutionis coërcetur, v t hoc pacto
 8 ruta sit inter improbos innocentia, & in ipsiis improbis formidato supplicio refrenetur audacia, & nocendi facultas, tex. not. in c. 1. & in c. factz sunt, distinct. 4. tex. singul. in §. Rex pacificus, in procem. decretalium. Bal. ibid.
 9 num. 2. tex. in l. 1. ff. de iusti. & iur. Porro † Constitutio pacis publicę, omnes omnium ordinum Status Imperij, maiorum & minorum gentium, & cuiuscunque dignitatis personas, summas, medias, & infimas æquę obligat, et si potissimùm contra potentiores promulgata sit, qui per potentiam & facultates alteri vi armata nocere possunt: vtputà, si Status Imperij contra Statum, vel Nobilis contra Nobilem, inconsulto Cæsare, arma sumit: nam inter plebeios

Vana est sine viribus ira.

Attamen ista Constitutio generaliter scripta est, igitur omnes omnium, qualitatum personas, nullo discrimine comprehendit, & non solum in illustribus, sed etiam priuatis personis locum habet. Et ita in Camera in decernendis processibus ob fractam pacem, obseruatur: & alias † leges & Constitutiones sui natura sunt vniuersales & generales, tex. in l. 1. & in l. iura. ff. de legibus, text. not. in l. 3. §. Diuus Adrianus. ff. de sepulch. viol. tex. in c. erit autem lex, distinct. 4. latè Panormitan. ad Rubric. de constitut. nume. 1. vbi omninò vide. Proindè † ignorantia huius
 10 Constitutionis à pœna proscriptionis siue Banni neminem excusat, cum sit crassa, supina, adeoque lata culpa, ignorare quod publicè Constitutionibus Imperij sancitum & promulgatum est, tex. in c. 1. de postulat. præla. & in c. cum in tua, qui matrimon. accus. p. off. tex. in l. nec supina. & in l. regula. ff. de iur. & fact. ignor. tex. in l. constitutiones. C. eod. tit. & in §. 1. Authen. vt nouz constitut. post alios duos menses, text. notab. in l. sed & si pupillus. §. proscribere, cum §§. sequentib. ff. de instit. actio. Hippol.

pol. in l. qui ignorat, nu. 18. ff. ad l. Cornel. de Sicar. & in l. qui falsam, nu. 88. ff. eo. ritu. Afflict. in c. 1. num. 12. de pace tenend. & eius violato. vbi vide, an aliqua excusatione huiusmodi iuris publici ignorantia elidi possit: & paria sunt scire, vel scire debere, text. in l. quod te. ff. si cert. pe. ta. Iason ibid. nume. 10. text. in l. qui cum alio. ff. de regul. iur. gloss. prima, ibid. in fine. Præterea † obseruandum hoc pacis publicæ edictum non tantum ad seculares, verum etiam ad Ecclesiasticas personas pertinere: puta eas, quæ ratione dignitatis, regalium, & feudorum Imperialium, immediatè Cæsari, & Imperio subiectæ sunt. Et ideo si † Ecclesiasticus Status Imperij per se, vel per suos, quod in idem recidit, text. in l. 1. §. deiecit. ff. de vi & vi arma. & in c. qui facit, de regul. iur. in 6. cum similibus, pacem publicam manu militari perturbet, citatio super fracta pace in Camera contra eum rectè decernitur, & probato delicto condemnatur: sed non eo modo, quo seculares, hoc est, ordinaria Banni poena, sed solummodò regalibus & priuilegijs Imperij, sententia declaratoria priuatur, idque non publicè sub dio, vti seculares, sed in ipso consistorio, iudice sedente pro tribunali. Ratio, quia † Imperator ob delictum non habet iurisdictionem in personas Ecclesiasticas, nisi ratione regalium & beneficiorum secularium, text. in c. nimis, de iureiur. ideo plus ab ijs auferre nequit, quàm ipsis dedit, & per consequens poenam sanguinis, aut vitæ necisque periculum ipsis irrogare non potest: quia criminis cognitio, & poena corporalis ad forum Ecclesiasticum spectat, text. in c. si diligenti, de foro competen. text. in c. cum non ab homine, & in c. at si clerici, de iudic. vbiq; amplissimè Canonistæ. pulchrè Guid. consi. 72. nume. 5. incip. principalia dubia, vbi dicit, quod † licet Rex non possit Clericum in persona punire, tamen in patrimonio, quod Regi subest, eum punire posset, per text. in l. de his. C. de Episcop. & Cler. text. in l. solutz, versicul. quod autem, de maio. & obed. vide infra eod. Cap. 8. Alij † verò Ecclesiastici inferioris ordinis, qui non sunt Status Imperij, sed mediatè Imperio subiecti, si contra pacem publi-

cam delinquant, coram ordinario iudice Ecclesiastico
 conueniri, probatoque delicto ab eo pro merito puniri
 debent, suspensione ab officio & beneficio, priuatione,
 vel degradatione, pro delicti magnitudine. Et ita ex-
 presse disponit ipsa Constitutio violata pacis, estque iu-
 ri communi consentaneum, quia omnes et causa clericor-
 um tam ciuiles, quam criminales, ad forum Ecclesiasticum
 pertinent: aded ut huic privilegio neque expresse, neque taci-
 te renunciare possint, *tex. in d. c. si diligenti, & in d. c. ar. si
 clerici, tex. in §. nos Fredericus, vers. ite statuimus, de sta-
 tut. & consuetu. in v. s. feud. & in §. si clericus, de pac. re-
 nen. & eius violat. Bal. ibid. nu. 1. Afflic. similiter ibi. nu. 3.*
 ubi in vtranque partem disputat, an Imperator legem con-
 tra clericos delinquentes condere possit. Affirmatiue fa-
 cit, quod quemadmodum Cæsar probis clericis protectio-
 nita reprobis terrori esse debeat, *text. in l. per omnes. C.
 de defens. ciuit. & in §. festinabis, in Auth. de mand. Prin.
 & in l. 2. in fi. C. de privileg. scholarium, lib. 12. ibi, ne sub
 pretextu concessi privilegij vel flagitiorum crescat au-
 thoritas, vel publica vacillet utilitas. Sed pars negatiua
 de iure Canonico verior est, per iura allegata, cui etiam
 ipsa Constitutio, ut dictum est, non derogat. Bald. in Auth.
 clericus, nu. 3. C. de Epis. & Cler. Remittendus igitur cle-
 ricus delinquens ad iudicium Ecclesiasticum, cuius forum
 ob delictum sortitur, idque nonnulli vique aded verum esse
 scribunt, ut etiam laici socij criminis, gaudeant privile-
 gio fori Ecclesiastici, si simul cum clericis capiuntur, idque
 connexitatis quodam vinculo, & quod magis dignum,
 trahat ad se minus dignum, *tex. in c. quod in dubijs, de con-
 secra. alt. glo. ibid. in verb. consecrato. obtinere existimat,
 per tex. in c. per tuas, extr. de arbit. Feli. in c. placuit, nu. 6.
 circa med. de prescrip. Hippo. sing. 180. nu. 1. incip. plura.
 Idem sing. 167. num. 1. Matthes, singu. 143. incip. nota quod.
 Bossius prolixè tit. de for. compet. nu. 146. Sed hoc mori-
 bus nostris non obseruatur, & quilibet suo iudici tradi-
 tur, ut pulchre norant Capic. decis. 173. nu. 1. & Iul. Clar.
 in pract. crim. §. si. quæst. 36. nu. 55. vers. euenit. Ne autem
 crimina impunita maneant, præsertim atrociora, ubi
 exem-**

exemplo opus est, iuxta tex. no. in l. i. C. ad l. Iul. repetun.
 & in l. aut facta. §. si. ff. de poenis, tex. in l. bona fides. ff. de
 pos. exauctorandi siue degradandi solennitas introdu- 20
 cta est, qua clericus de crimine condemnatus, ordinibus
 exuitur, & postea Curie seculari, tanquam abiectum, &
 prophanatum membrum, pro executione faciēda tradi-
 tur: quod ideo fit, ne clericus in clericatu, ob ordinis re- 21
 uerentiā turpiter moriatur, & quia si iudex Ecclesiasticus
 sanguinis poenā agitare nequit, text. in c. praelatis, de ho-
 mic. in 6. & in c. clericis, & in c. sententiam, ne clerici vel
 mona. secul. nego. se immisc. Panor. in d. c. at si clerici, nu.
 37. cum seq. docēs, quæ crimina degradatione digna sunt,
 ad idem est tex. in d. c. cum nō ab homine, de iud. glo. sin-
 gul. ibid. in verbo, postmodum, tex. in c. clericus. 3. q. 4. &
 in c. si quis sacerdotem, II. q. 1. text. in c. penul. §. damnati,
 ext. de hæret. Bal. in d. Auth. clericus, num. 3. C. de Epil. &
 Cler. latē Iul. Clarus d. §. si. quæst. 36. ver. quæro nuuc, &
 ver. scias etiā, cum seq. & q. 74. in prin. Panor. in c. noui-
 mus, nu. 3. de verb. signi. Ioan. And. Philip. Fran. & alij in
 c. degradatio, de poenis, lib. 6. habetq; hoc locum degradatio 22
 non solum in maioribus, sed etiam minorib⁹ ordinibus,
 vt tenet Panor. in c. clericus, 2. nu. 2. de vita. & honest. cle-
 ri. per tex. in c. si quis Episcopus, 27. q. 1. estq; duplex, 23
 verbalis, quæ proprie depositio ab officio & beneficio dici-
 tur: & actualis, quæ rectē degradatio appellatur, text. sin-
 gula. in d. c. degradatio, & fit ea solennitate, quæ traditur
 in d. c. degradatio, vbi omnino vide. Prima si non eximit 24
 clericum à iurisdictione & potestate iudicis Ecclesiastici:
 nec subijcit eum iurisdictioni iudicis secularis, nisi tra-
 datur Curie seculari: altera verò eximit, eumq; omnibus
 priuilegijs & immunitatibus spoliatur, adeo vt iudex secu-
 laris absq; alia traditione eū punire possit, text. in d. c. de-
 gradatio. Dd. in d. c. cū non ab homine. Panor. in c. ad au-
 dienciā, nu. 2. de crim. falsi. & in c. si quis presbyter, nu. 6.
 de clerico excommun. Iulius Clarus d. quæst. 36. num. 35.
 & quæst. 74. nu. 1. vbi dicit, verbalem si degradationem ef- 25
 se, quando Episcopus per sententiam clericum priuat or-
 dinib⁹ clericalibus, Actualē verò, quando clericus p ten-
 euciam

rentiam non solum priuatur, sed etiam actualiter & personaliter degradatur, & exuitur omnibus ordinibus Ecclesiasticis cum solennitate iuris. Vnde Ioan. And. in d. c. degradatio, nu. 2. dicit, actualem degradationem esse executionem sententiae depositionis, idem tenet Spec. titu. de accusatione. §. secundo loco, nu. 4. vbi vide de suspensione, depositione, & degradatione. Et obserua t degradacionem verbalem, hoc est, depositionem non habere locum, nisi in grauioribus delictis, per text. in d. c. nouimus, glo. ibid. in verbo, tradatur, & in d. c. cum non ab homine, iuncta glo. in verbo, postmodum. Actualem t verò degradationem obtinere tantum in tribus criminibus, puta in crimine haereticos, in crimine falsi commissi in literis Apostolicis, & in crimine conspirationis contra Episcopum, glo. in d. c. cum non ab homine, per iura ibid. allegata. Iulius Clar. in d. §. fin. quaest. 35. nu. 36. & d. quaest. 74. nu. 2. & 1. Panor. in d. c. at si clerici, de iudic. Boss. d. titu. de foro comp. nu. 135. cum sequ. vbi communem dicit, quod etiam in huiusmodi grauioribus criminibus clericus non sit degradandus, si vitae emendationem promittat, sed perpetuis carceribus mancipandus, aut in monasterium detrudendus sit, & sic degradationem non habere locum, nisi quando clericus esset incorrigibilis, per text. in d. c. cum non ab homine, ponderando verba tex. ibi, quibuscumque criminibus, text. in c. foelicis, de poenis in 6. & in c. nouimus, §. fi. de verb. sig. & in c. tuae discretioni, de poen. Boss. loco citato vbi vide prolixius ampliaciones, & limitationes huius materix. Dd. in d. c. at si clerici, & in d. c. cum non ab homine. Est t quoque alia degradatio, siue exautoratio, quae in militibus & Doctoribus delinquentibus antiquitus obseruari consueuerat, nam prius quam punirentur, recingebantur, hoc est, militaribus insignibus, & doctorali cingulo priuabantur & exuebantur. Ratio, quia nemo t in dignitate mori debet, gloss. sing. in l. omnes, in verbo, amissionem. C. de Epif. & Cler. Petr. de Rauenna sug. 317. incip. mori, per text. in l. 2. §. sed & si cum. ff. de ijs qui not. infam. text. in l. sed & si excepta. C. de malef. & mathe. ibi, praesidio dignitatis exutus, text. in l. proditores, ff. de

ff. de re milit. & in l. omnes iudices. C. de decurionib. lib.
 10. Bart. ibid. text. in l. milites. C. de quaestionib. Ias. in l. de
 quibus, nu. 104. ff. de legib. Hippol. singu. 556. incip. plura
 Iul. Clar. d. §. fina. quæst. 74. & d. quæst. 35. vbi omnino vi-
 de; & probatur expresse in d. c. degradatio. Legitur apud
 Herodianum in vita Seueri, quo pacto milites Pertina-
 cis à Seuero recincti, & exauctorati sint, quòd Pertina-
 cem turpiter, et flagitiosè occidissent: præcepit enim suis
 militibus, vt recingerent milites Pertinacis, & zonis ac
 vestimentis exutos militaribus, nudos dimitterent. Sed
 ea solennitas exauctorandi in desuetudinem abiit. Memi-
 nisse quoq; oportet, aliquandò etiam sine t degradatio-
 executionem fieri contra clericos delinquentes, puta in
 atrocissimis delictis contra Imperium, vel patriam, aut
 alias enormissimè perpetratis, per tex. not. in c. 1. §. fin. de
 homicid. in 6. in c. perpendimus, de sen. excommu. tex. in
 d. acùm non ab homine, & in c. 1. de apostat. Ancha. conf.
 158. nu. 5. incip. ex narratis in factò. Alex. conf. 126. num. 1.
 incip. videretur fortassis, volu. 7. Hippo. in l. 1. nu. 59. ff. ad
 l. Corne. de ficar. idem in l. vnus. §. cogniturum, num. 66.
 cum sequen. ff. de quaestionibus, quem ad hoc omnino vi-
 de, & Iulium Clarum in d. §. fin. quæst. 36. nu. 33. vbi com-
 munem dicit. Dida. Couar. præct. quæstio. cap. 32. nume.
 3. similiter communem dicit. Regulariter verò t cleri-
 ci etiam in atrocioribus delictis, perpetuis carceribus
 mancipari debent, vt est communis opinio Dd. testante
 Bolfio, in tractatu crimin. d. titul. de foro compet. nu. 136.
 qui t carceres perpetui loco pœnæ sunt, & iure Can-
 nico permittuntur, tex. in c. quamuis, de pœnis, in 6. d. c.
 nouimus, §. fina. de verbor. signifi. Panor. ibid. nu. 3. Rom.
 singu. 711. num. 1. latè Hippol. in practica crimina. §. attin-
 gam, num. 26. Barto. in l. Imperium, nume. 8. ff. de iurid.
 omn. iud. & in l. 2. num. 9. ff. de publi. iudic. vtròque di-
 cit, perpetuos carceres, esse pœnam capitalem, & sic me-
 ri Imperij, & damnatum ad perpetuos carceres, æquipa-
 rari damnato in metallum. Innoc. in c. qualiter & quan-
 do, el. 2. nume. 6. de accusat. Secus est de iure Ciuili, quo
 carcer non pœna, sed tantum custodia esse debet, text. in
 laut

- I. aut damnum. §. solent. ff. de pœnis, text. in l. 1. & in l. de
 his. C. de custod. reor. text. in l. incredibile. C. de pœnis,
 33 nisi t̄ carcer pro pœna datus sit. Bartol. in d. l. Imperi-
 um, & in d. l. 1. numer. 9. ff. de publ. iudic. quod de con-
 suetudine vbique fieri videmus. Hippol. singul. 565. per
 totum, incip. dubitarunt. Obseruandum hic obiter car-
 cerem de iure Ciuili non esse pœnam respectu causæ fi-
 nalis, quia regulariter non ad puniendos, sed tantum
 continendos homines haberi debet, vt inquit, text. in d.
 l. aut damnum. §. solent, sed respectu materiz, hoc est,
 ipsius captiui sæpè magnum tormentum, & supplicium
 est, cum carcer mala sit mansio, text. in l. si hominem. ff.
 deposi. & in l. 1. ff. de liber. hom. exhib. Sed de hac mat-
 34 teria degradationis plus satis. Vt autem ad propositum
 reuertar, sciendum est, non t̄ solum mares, sed etiam fo-
 minas, pacis publicæ edicto comprehendî: nam & mu-
 lieres, si vim publicam per suos præfectos alteri inferri
 mandauerint, aut contra placita pacis publicæ, proscri-
 ptos, siue Bannitos Imperij, tecto, domo, hospitio, vel
 mensa receperint, aut mandatis Cæsaris executorialibus
 obstinatè non paruerint, perindè ac viri Bannum decla-
 35 rantur, cum t̄ paria sint aliquid per se, vel per aliam facere,
 text. in d. l. 1. §. deiecit, cum §. sequen. ff. de vi & vi ar-
 mat. text. in l. item eorum. §. 1. ff. quod cuiusque vniuer.
 nom. text. in l. hoc iure. §. 1. ff. de regu. iur. & in l. is dam-
 num. ff. eod. ritu. text. in l. 1. §. 1. ff. de eo per quem fac. erit,
 & in d. c. qui facit, præclarè Bartol. ad l. sed si vnus. §. si
 seruus meus, num. 4. ff. de iure iur. Afflict. in c. 1. §. si quis a-
 36 liquem, nu. 3. de pace tenen. & eius violat. Sexus t̄ tamen,
 verecundiz & pudoris ratio habetur, ne cõdemnatæ tur-
 piter prostituantur, per text. in l. quisquis. §. ad filias. C. ad
 l. Iul. maiest. pudoris enim ratio, præsertim in mulieribus
 habenda est, text. in l. item apud Labeonem. §. hæc autem
 ferè. ff. de iniur. text. in l. 1. C. de offic. diuerso. iudic. & in
 l. 1. §. sexum. ff. de postul. text. in l. Quintus. §. fin. in fin. ff.
 manda. [Vnde olim patroni cū venderent ancillas virgi-
 nes, magna antiquitatis integritate, cauere solebant, vt
 saluus sit eis pudor, ne prostituantur, text. notab. in l. sed
 si hac

si hac lege. ff. de in ius vocan. & in l. i. C. si emancip. ita
 veniat, ne prostituatur, & si contra legem venditionis
 fieret, emptor ius patronatus amittebat, iuribus allega-
 tis.] Quapropter nõ in Bannum consueta & recepta for-
 mula denunciatur, sed quadam similitudine Ecclesiasti-
 carum personarum, bonis omnibus, beneficijs, fauoribus,
 atque priuilegijs iuris communis & municipalis priuan-
 tur. Et Theologorum † opinione grauius viri, quàm foe-
 minæ, cæteris paribus peccant, quia minus rationis ob
 imbecillitatem sexus habent: nam mulier dicitur à mol-
 litie mentis, text. in c. quod proposuisti, 32. quæst. 7. ideo-
 que in pœnis imponendis mitius cum mulieribus agen-
 dum, rex. in c. indignantur, 22. quæstio. 8. & in l. sacrilegij
 pœnam, in princip. ff. ad l. Iul. pecul. text. in l. si adulteri-
 um. §. stuprum, & §. ijdem Imperatores, vers. incestum. ff.
 ad h. Iul. de adult. Nam

Nullum memorabile monachum

Fœminea in pœna est.

Virg. lib.
2. Acutid

Et † Aurelianus Imperator Zenobiam ad pœnam à mi-
 litibus requisitam, quòd sibi Imperium vturpauerat, vi-
 ta donauit, indignum existimans mulierem interimere,
 referente Vopilco in vita Aureliani, vide Tiraquell. in
 tract. de pœnis, causa 9. per rotam. Et Bald. in l. fina. num.
 4. C. si contr. ius vel util. public. laudabiliter tenet, muli-
 erem † Bannitam adulterari impunè non posse, eamque
 opinionem Dd. communiter sequuntur, vt refert & se-
 quitur Iulius Clarus in §. homicidium, nu. 36. Nellus de
 Bannitis in secunda parte secundi tempor. quæstion. 46:
 Dec. in c. quæ in Ecclesiis, nume. 16. de Constitutio-
 nib. Postremò memoria tenendum, Imperialem † præ-
 scriptionem siue Bannum, non solùm ob delictum, sed et-
 iam propter contumaciam irrogari posse, ob contem-
 ptam Cæsaræ maiestatis iurisdictionem, vt notant Dd.
 in l. contumacia. ff. de re iudi. per text. in l. vnica, in prin-
 ff. si quis ius dic. non obtemp. & in l. si familia. ff. de iu-
 risdic. omni. iudic. text. in l. 2. §. i. ff. si quis ius vocat:
 non ierit, & in l. de xtate. §. qui tacuit. ff. de interrogato:
 actio:

- actio. Bart. in l. magistratibus, nu. 2. ff. de iuris. omn. iud. Idem quærit. i. incip. Lucanæ ciuitatis, nu. 17. Afflict. in d. c. 1. §. si quis hominem, nume. 2. vers. 9. de pac. tenen. vide inf. lib. 2. cap. 5. cum seq. Item non solum ob vim publicam & armatam, sed etiam alijs de causis poenæ & proscriptio- nis Imperialis irrogari potest: puta, si quis hostibus Ro- mani Imperij loricas, scuta, arcus, sagittas, gladios, fra- meas, veruta, hastas, spicula, tragulas, cassides, missilia, contos, pectoralia, vel humeralia, tibialia, clipeos, tho- races, galeas, tormenta bellica, maiora & minora, vel al- terius cuiuscunque generis arma vendat, vel ad eos de- ferat: nam capitis poena in eos de iure communi con- stituta est, cum publicatione omnium bonorum, text. in l. 2. C. quæ res exportari non debent: quæ Constitutio, si iam olim in Imperio Romano religiose observata fuis- set, res Imperij fortè foeliciori loco positæ essent. Sed,

*Impiger extremos currit mercator ad Indos
Per mare, pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.*

- Verùm non solum mercatorum inexplebilis auaritia in causa, sed eorum vel præcipua culpa est, qui Reipublicæ gubernaculis præsumunt, & ad istam mercatorum impieta- tem per munera sordidè & sceleratè conuiuent, & hu- iusmodi Imperio extremè noxia commercia, scientes prudentesque auri voracibus illis mercatoribus permit- tunt. Sed & † ædificia ad æmulationem Imperij cœ- pta (qualia sunt quæ in finibus & limitibus extruuntur, *Weyner Gräng/ oder ordt Stadt*) si post nouum o- pus nunciatum non demoliantur, ad Constitutionem pacis publicæ pertinent, & ædificantes, si non desistant, banniri possunt: quia materiam seditionis præbent, ex qua publica tranquillitas perturbari posset, text. notab. in l. opus nouum. ff. de operibus publicis, text. in c. Pifa- nis, in fin. de restit. spoliat. text. notab. in l. quicumque ca- stellorum. C. de fund. limitrophis, libr. 11. gloss. ibidem, in verbo, antiquitas. Bartol. in l. ex hoc iure, nume. 7. ff. de iustit. & iur. Iason ibidem nume. 12. Bartol. in l. quo- minus,

minus, num. 2. ff. de fluminibus. Iason ibidem, num. 24. Afflict. in c. 1. §. & palatia, num. 5. quæ sint regalia. Chassanç. in Consuet. Burgundiæ, Rubr. 13. §. 9. num. 4. Roman. consil. 52. nu. 4. incip. in quæstione. & vt compendio dicam, omnes actiones, quarum finis ad arma, & seditionem Imperij spectat, ad hanc Constitutionem pacis publicæ pertinent. Vide casus fractæ pacis in ipsa Constitutione Caroli V. §. 1. Mei tamen instituti est, de ea potissimum actione tractare, quæ sit vi armata, & hominibus coactis, de qua præcipue disponit ipsa Constitutio. Modus tamen procedendi in omnibus cõsentaneus est, nam requiritur super qualibet actione citatio, & sententia declaratoria Banni, vt dixi infra lib. 2. cap. 3. per allegata ibidem. Et tenentur hac pœna fractæ pacis non solum facientes vim publicam, sed etiam consentientes, etsi non intersint, sed mandatum dederint alijs, vel per suos vim inferri curent, tex. notab. in c. foelicis, de pœn. lib. 6. notum enim est facientes & consentientes eadem pœna plectendos esse, maxime in atrocibus delictis, vt in crimine fractæ pacis, per tex. in c. 1. de offic. iudic. deleg. [& in c. quantæ, de senten. excommun.] tex. in c. notum, in fin. 2. quæst. 1. tex. elegans in c. facientis, distin. 86. & in l. vtrum, ff. ad leg. Pompeiã, de parricid. & in l. quisquis. §. penul. ff. ad leg. Iul. maiest. l. vnica. C. de rapt. virg. tex. in l. vulgaris. §. si duo. & in l. in furti. §. ope. ff. de furt. text. in l. eos. C. eod. & in litem Mela. §. si plures. ff. ad leg. Aquil. Salic. in d. l. quisquis, num. 16. cum sequen. vbi omninò vide. Hippo. in pract. crimi. §. constante, nu. 41. cum seq. Opem † & auxilium præstare videtur, qui armatus alteri adfistit, etiamsi manum non admoueat, sed ob eius præsentiam, insultatus timidior, aggressor verò alacrior & animosior redderetur, per tex. ad hoc valde singularem, in l. 1. §. tulisse. ff. de S. C. Sylvania. tex. in l. item apud Labeonem. §. fecisse. ff. de iniurijs. Natta consil. 240. num. 14. incip. reddidi alias, vbi dicit, quòd tacclamando cõtra eum, qui offenditur, dicatur quis auxilium præstare, per text. notab. in l. capitalium. §. solent quidam. ff. de pœnis. & in d. §. tulisse. & text. in l. prætor ait. §. eritque hæc differentia. ff. vi bono. raptò. Felin.

43

44

45

lin. in d. c. 1. num. 14. de offic. iudic. deleg. Guido decif. 423
 num. 4. incip. euenit casus, vbi pulchrè distinguit, quan-
 do t associantes, siue auxilium præstantes, eadem poena,
 qua impietatis duces plectendi sint, aut, inquit, actus qui
 geritur, est de genere malorum, puta, verberare, vel occi-
 dere hominem, & similia, & tunc adhsitens armatus ma-
 lefactori, pari poena puniri debet, per iura allegata, aut a-
ctus qui geritur, non est de genere prohibitorum, sed per
se licitus, & tunc mitius adhsitentem, quàm facientem pu-
niendum, per tex. notab. in c. final. §. illud autem, de poe-
nis, lib. 6. gloss. ibid. in verbo. simplici fauore. Memini in
 Camera in Bannum declaratos, qui violatori pacis publi-
 cæ auxilium, iure amicitiz & familiaritatis, (einen Be-
 sellendens) præstiterant, vt in causa *Wartstein/* con-
 tra *Leuth Kampfs/* & consortes: quia amicitiz peccatû
 non excusat, vt præclare scribit Cicero de Amicitia. vide
 infra lib. 2. cap. 10. vbi hoc prolixius notauit, facit tex. no-
 tab. in l. 2. §. si quis non homines, ff. vi bono. rpto. sed in
 præiudicio allegato, confors delicti, qui auxilium præsti-
 terat violatori pacis publicæ, in poenam pecuniariâ con-
 demnatus fuit, eò quòd temerariè potius, quàm dolosè
 criminis socius factus fuerat, idque repentè in conuiuio,
 & inter pocula, sine vlla deliberatione, & destinato pro-
 posito delinquendi. Porro, pro explicatione dicte regu-
 læ, facientium & consentientium parem esse poenam, me-
 minisse oportet in iure nostro consensum quadrifariam
 considerari: Primò, quòad consensum negligentiz, quan-
 do quis delictum impedire potest, & non facit: quo ca-
 su minus peccat negligens, quàm faciens, text. notab. in c.
 qui potest, 23. quæst. 3. Secundò, quòad consensum consi-
lij, quando quis delictum consilio suo adiuuat, & tunc
 distinguitur, vtrum consultor siue consilio delictum fu-
 isset perpetraturus, & mitius punitur consulens, quàm
 consultor, an verò ex consilio delictum commissum sit,
 & tunc æquali poena vterque puniri debet, tex. in c. sicue
 dignum, §. qui verò, de homicid. text. in l. qui seruo. ff. de
 furt. præclare & amplissimè Bal. in l. 1. nu. 7. cum seq. C. de
 seruis

Consensibus

seruis fugiti. Tertiò, quòad consilium cooperationis, hoc est, auxiliij, dubium non est, vtrunque pari pœna plectendum esse, cum par sit vtriusque delictum, per iura sup. ad regulam allegata. Quartò, quòad consensum autoritatis, siue defensionis, quando quis autoritate & instigatione sua, peccato causam præstat, & tunc communiter concluditur, grauius peccare consulentem, quàm facientem, quia non solum ipse consulendo peccat, sed etiã alteri scandalo & offensionis est, vnde acrius ipso peccatore puniendus, & mal edictus erit apud DEVM, & homines, per tex. in c. qui consentit. 11. q. 3. tex. in c. qui aliorum, 24. q. 3. gl. in d. l. 1. de offic. deleg. Panor. ibid. nu. 5. cum seq. Felin. nu. 2. Dyn. in c. nullus ex consilio, de reg. iur. nu. 6. Bar. præclare in l. non solum, §. si mandato, numer. 8. cum sequen. ff. de iureiur. & in l. is qui opem, nume. 5. ff. de furt. & in d. l. vtrum, numer. 2. cum sequen. ff. ad l. Pompei. de parri. Bald. in l. raptores, nume. 6. C. de episcop. & cler. & in d. l. 1. C. de seru. fugi. [Theologi aliena peccata vocant, quæ consilio, iussione, laudatione, conuiuentia, participatione, ac defensione praua, committuntur, facit tex. in c. 1. distinct. 83.] Consensus igitur in delictis quadruplex est, negligentiz, consilij, cooperationis, & autoritatis. Innocentiz verò gradus tres numerantur: Primus, malum non facere: secundus, facientibus malum non consentire: tertius, malum auertere, & delinquentes corrigere, tex. in c. ita planè, 23. quæst. 4. tex. in c. tria sunt, cum c. sequen. distinct. 45. gloss. in d. c. facientis, in verbo, & primus. dist. 86.

CAP. II.

De mandato de non offendendo.

SVMARIA.

- 1 *Cautio de non offendendo quando de iure communi præstanda.*
- 2 *Metus quid sit.*
- 3 *Metus iustus quando dicatur alicui inferrì.*
- 4 *Mina capitales quando indicant metum iustum.*

- 5 Metus iustus varijs modis infertur.
 6 Metuens non debet expectare donec offendatur.
 7 Impressio quando facta esse censeatur.
 8 Metus triplex est.
 9 Cautio de non offendendo quadruplex est.
 10 Mandata de non offendendo quando in Camera decernantur.
 Mina elusoria timenda non sunt. *ibid.*
 11 Mandata de non offendendo poenam Banni habent.
 De minimis iudici legitime constabit. *ibid.*
 12 Qualitas personarum in decernendis mandatis de non offendendo attendenda.
 13 Iulij Cesaris dictum de personarum qualitate.
 14 Mandata de non offendendo ad publicam pacem spectant.
 15 Clausulam iustificatorem non habent.
 16 Iudex quando à præcepto incipere possit.
 17 Mandata de non offendendo futuram offensionem concernunt.
 18 Mandata de non offendendo an subditis contra dominos concedenda.
 19 Præsumptio militat pro magistratu.
 20 Dominus subditos rebelles armata manu coercere potest.
 21 Tyberij Cesaris dictum, boni pastoris esse, tondere pecus, non deglubera.
 22 Dominus ob nimiam sauitiam contra subditos suos iurisdictione priuari potest.
 23 Mandata auocatoria contra milites grassantes.

I **C**AUTIO † de non offendendo, de iure communi à prætore, vel iudice ordinario ad postulationem eius, qui violentam offensionem & læsionem iniquè ab alio metuit, rectè conceditur, per text. in l. denunciamus.

mus. C. de his qui ad Ecclesiam confug. Bart. & Dd. ibid. tex. in l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offic. præsid. facit tex. in l. sanctum. ff. de rer. diuis. Iul. Clarus in pract. crimin. §. fin. quæst. 47. per totam. Felin. singulariter ad Rub. de treuga & pace, nume. 10. vbi hoc nouem modis declarat. Ripa ad Rubr. de dam. infect. num. 7. cum seq. Cice. in Tuscula. dicit t̄ merum esse expectationem mali. Qui igitur iuste metuit, is per cautionem de non offendendo mature sibi suisque consulere potest: nam hanc cautionem siue securitatem de non offendendo potest etiam pro suis familiaribus & domesticis petere, vt pulchrè tenet Bart. in d. §. ne potentiores, num. 5. per text. in l. qui insulam. §. fin. ff. loca. item, quod promittens non offendere, si offendit extra territorium, teneatur, affirmat Bar. in d. §. ne potentiores, num. 6. t̄ Iustus autem metus est, non vana hominis suspicio, vel quilibet timor, sed talis, qui in virum constantem cadere possit, text. in l. 3. §. armis, cum §. sequen. ff. de vi & vi armat. text. in l. metum. cum l. sequen. quod mer. caus. & in l. vani timoris. ff. de regul. iur. tex. in l. metus. ff. ex quibus caus. maio. text. in l. interpositas. C. de transact. veluti terror armorum, iuribus allegatis, vel t̄ minæ capitales ab eo prolatae, qui eas executioni mandare consuevit, text. in l. famosi, §. 1. ff. ad leg. Iul. maiest. & ibid. Bart. num. 2. gloss. fina. in d. l. metus. Dd. in l. 1. C. si quis Imper. maled. Alexand. [consil. 16. nume. 9. cum sequen. volum. 3. incip. ponderatis.] & consil. 156. nume. 4. cum sequen. volum. 5. incip. in casu prædicto. Iason in l. 1. C. de seru. fugit. Francisc. Hercula. in tracta. suo de cautione de non offendendo, cap. 1. num. 11. Præterea variet̄ iustus metus infertur, purà per insidias, inimicitias, corporis cruciatum, aliisque modis, qui iudicis prudentiæ & arbitrio committuntur, text. elegans in l. 3. ff. ex quibus causis maior. text. in d. l. interpositas. C. de transactio. Doct. ibid. gloss. penult. in c. cum dilectus, ext. quod mer. caus. Alexand. d. consil. 156. num. 5. & consil. 98. num. 4. volum. 3. incip. quoniam. & consil. 99. nume. 7. incip. in casu prædicto, eodem volum. vbi dicit, ad t̄ inducendum iustum metum non esse expectandum tantisper, donec

DE PACE PUBLICA.

- quis vulneretur, aut crucietur, quia tunc non esset merus vulnere, vel cruciatum, sed illatio vulnerum, & cruciatus: propriè enim metus dicitur, quando quis iustè timet, vulnera, vel cruciatum sibi inferri, per tex. in d. l. 3. & d. l. metum. Hinc dicimus † impressionem factam cense-
7 ri, si subsit iustus metus futuræ impressionis, etiam si nulla sequatur impressio. Meminisse quoque oportet, † me-
8 rum in triplici esse differentia: Primò, conclusionis, qui per minas potentioris inferitur, tex. in l. 1. ff. de conclusioni-
Metus ne. Deci. cons. 319. num. 1. cum seq. incip. viso puncto, ubi omninò vide, an iussus, vel præceptum Regis inducat ius-
tum metum. [Communis est, quòd non,] glos. not. in c. si. in verb. metu regio, qui clerici, vel vouentes. [Deci. d. consil. 219. Alex. d. cons. 16. nu. 9. Afflic. decis. 69. nu. 5. Fal-
lit in Tyranno, qui solitus est minas suas executioni man-
dare. Alex. & Afflic. ubi sup.] Secundò, impressionis, qui sit per carcerem. Tertiò, violente suspicionis, qui ex ini-
micitijs apertis suboritur, iuxta doctrinam Bald. in tit. de pac. iuram. firman. §. item sacramenta, nu. 1. Cautio tquo-
Cautio que de non offendendo quadrifariam accipitur: Primò, que datur à re rei, de qua tot. cit. ff. de dam. infect. Secun-
dò, que à re personæ præstatur, per text. in l. qui bona, §. qui damna, ff. de damno infecto. Tertiò, que à persona rei conceditur, vt si quis metuat, ne possessionem suæ rei al-
ter violenter inuadat, per text. notab. in l. si super posses-
sione, C. de transact. Quartò, quando persona personæ ca-
uet, de qua cautione hic dicitur, & ad eam pertinent d. l. denunciamus, & alia iura initio allegata. Vide prolixius
Bart. in d. l. illicitas, §. ne potentiores, nu. 2. & Franc. Hercu-
læ. in d. tract. de cautione de non offend. cap. 2. num. 1. 7.
& 31. His præmissis, veniamus ad Constitutionem pacis
publicæ, quando nimirum † mandata de non offendendo
in Camera decernenda sint, quia ibi ratione iustissimi me-
tus, non cautiones, sed mandata de non offendendo con-
ceduntur. Ea autem tunc demùm, parte postulante decer-
nuntur, quando subest iustus armorum, vel violentiæ me-
9 tus, nam elusorie minæ timendæ non sunt, text. notab. in
l. hæc autem, ff. si cui plus quàm, per leg. Falcid. gloss. in l.
si quis

si quis libertatem, §. planè, in verbo, modicum, ff. de peti-
 hzre. Iustum metum accipimus, qui super edicto & con-
 stitutione pacis publicæ fundatur, hoc est, super vi arma-
 ra, super dolo ex proposito, super violentia coactis homi-
 nibus faciendâ, iuxta requisita constitutionis super vio-
 lata pace, de quibus infra eodem cap. 7. dicitur. Ratio, †
 quia huiusmodi mandata de non offendendo nunquam
 in Camera Imperiali sub pecuniaria, sed Banni pœna de-
 cernuntur, ergò ad fundandam iurisdictionem Camerae,
necessè est tales esse minas, quibus executis, pax publica
 turbari possit. [de quibus minis Iudici Camerae ante om-
 nia scripto, vel legitimo documento constare debet, soli
 enim narrationi supplicantis hoc casu non statur, quia
 nemo præsumitur alium offendere velle, nisi causa appa-
 reat. Bartol. in l. capitalium, §. ad statuas, per totum, ff. de
 pœnis, Felin. ad d. Rubr. de treuga & pace, num. 7. ho. quod
 in decernendis huiusmodi † mandatis de non offendendo
 accuratè obseruandum, considerando quoque perso-
 nam minantis, cuius sit qualitatis, dignitatis, aut poten-
 tiz, an minas effectui dare consueuerit, an vana sit sine
 viribus ira, tex. in d. l. famosi, §. 1. Bartol. num. 2. gloss. sing.
 in l. metum, in verbo, iactationibus. C. de his quæ vi met.
 caus. Bart. ibid. num. 1. Panorm. in c. 1. num. 3. de offi. dele-
 ga. [Felin. ibid. num. 2.] Angel. in tracta. malefic. in verbo,
 verba iniuriosa, num. 8. Felin. in Rubr. de treuga & pace,
 num. 10. & in c. adferre, num. 11. de præsump. Barto. in l. de
 pupillo, §. si quis ipsi prætori, ff. de noui oper. nuncia. nu-
 me. 15. cum sequen. vbi omninò vide. Afflict. in c. 1. num.
 21. ex quib. caus. seu. amitt. vbi infinita exempla recenset,
 in quibus qualitas personarum tam in delictis, quàm contra-
 ctibus cõsideranda sit, quæ ad hoc omninò vide. Et refert
 Plurarch. † memorabile exemplum de Iulio Cæsare in
 eius vita: Is admonitus, vt à Galba sibi cauere, qui cras-
 sus erat, respondit: Cauendum mihi est à pallidis & ma-
 cilentis, non à crassis, inferens à Caio Cassio & Bruto si-
 bi cauendum esse, hi enim pallidi & macilenti erant, nec
 sefellit illum suspicio, quoniam ab illis occisus est. Ex
 prædictis perspicuum est, huiusmodi † mandata de non

- offendendo ad publicam pacem potissimum spectare, quò sit, vt in Camera Imperiali, pacis publicæ conseruandæ gratia frequenter decernatur, attentis tamen commemoratis circumstantijs & qualitatibus personarum, an iustus subsit metus offensionis, an aduersarius sit potens & ad offendendum facilis. Decernuntur t̄ autem
- 15 sub pœna Banni absque vlla clausula iustificatoria. Ratio, quia præceptum sit super eo, quod iure diuino, gentium, ciuili, & Constitutionibus Imperij consentaneum est, quod eo, cui mandatur, præsenste, & inuito concedi deberet, quo t̄ casu iudicem a præcepto, nulla præuia
- 16 citatione, incipere posse, notissimi iuris est, text. in l. si cum seruum. §. fina. ff. de fideicommiss. liber. & in l. recusare. ff. ad S. C. Trebel. tex. in l. æquissimum. ff. de vsufruct. & in d. l. de pupilio. §. meminisse. ff. de no. oper. nunc. Alex. ibid. num. 4. Ias. in l. nec quicquam. §. vbi decretum, nu. 7. ff. de offic. procons. & leg. Angel. in §. curare, num. 10. Institut. de actio. pulchrè Hippoly. singul. 30. incip. tu scis. Roman. consil. 212. numero 3. incip. quòad primum. Prætereà nihil t̄ huiusmodi mandata disponunt aut præcipiunt, quod in præiudicium eius, cui mandatur, vergat, futuram enim offensionem, non præteritam concernunt, & sic cessat ratio l. de vnoquoque. ff. de re iud. & in l. nam
- 17 ita Diuus. ff. de adop. cum similib. Mandat solum Imperator sub pœna Banni, ne in futurum, contra placita pacis publicæ talem violenter offendat, ne pacem publicam coactis hominibus perturbet, sicut prolixius sequ. cap. dicetur. [Sic cautio damni infecti, damnum nondum factum, sed quod veremur, concernit, tex. in l. 2. ff. de damn. infect. & in l. prætor ait. §. hoc edictum. ff. eod. tit. sicut & actio aquæ pluuiæ arcendæ, futurum damnum respicit, tex. in l. Atheius. §. in hoc iudicium. ff. de aq. plu. arcen. cæteræ verò actiones ad damna, quæ contigerunt faciendæ,
- 18 pertinent, per iura allegata.] An autem t̄ talia mandata de non offendendo subditis contra dominum, decerni
- 19 possint? Regulariter non, quia t̄ præsumptio pro Magistratu est, tex. in c. ad nostram, de appell. & in c. absit, ii. q. 3. tex. in c. præsentia, de renuncia. text. in c. sicut nobis, in fine,

fine, de sent. & re iudi. & in l. 2. C. de offic. ciuil. iudic. ibi, quod non arbitramur. Alciat. in tract. præsumpt. regul. 3. præsumpt. 15. num. 1. & pacem publicam non turbat, qui dominicæ potestatis iure utitur, dummodò ea potestate, nimia crudelitate & sœuitia non abutatur, dummodò nõ in hanc vocem prorumpat :

Hoc volo, sic iubeo, sic pro ratione voluntas.

Iuuenal.
Satyr. 6.

Item :

Vnde habeas querit nemo, sed oportet habere.

Punire † quidem licitè potest Dominus subditos suos inobedientes, contumaces, reſtactarios, & rebelles, etiam hostiliter & armata manu, text. in l. si quis fortè, §. si quis comitum, ff. de pœnis, & in l. 2. §. fina. C. de Sportu. gloss. in c. 1. in verbo, à temeritate, de maledicis. [Innocen. in c. olim causam, num. 8. de offic. & potest. iudic. deleg.] Bal. in l. 2. num. 70. circa fin. C. de seruit. & aq. Sed extra casum inobedienciæ & rebellionis moderatè cum subditis agendum, ne plus æquo & solito tributis, vectigalibus, et operis grauentur, habeant præ oculis † Tyberij Cæsaris exemplum: is, auctore Suetonio, ab amicis admonitus, vt provincialibus augetet vectigalia, rescripsit: Boni pastoris esse, rondere pecus, non deglubere: hoc est, nihil reliqui facere, sed cutem detrahere: & Alexander Magnus in eandem sententiam dixit, se olitores odisse, qui radicibus & stirpitibus herbas exciderent, qui ita subditos spoliarent, vt ne sortem relinquerent, & olim legib. 12. tabul. patronus, clienti fraudem faciès, facer, & ignominiosus erat. Quò pertinet etiam illud Plautinum in Menæchmo :

Ennius

20

21

Clientes sibi omnes volunt esse multos, boni ne, an mali sint,

Id haud querant,

Res queritur magis, quàm clientulorum fides.

Qua in re hac nostra tempestare à multis perniciosè peccatur, qui vel inopes, vel censu prodigi, ad sanguinè vsq; emungunt miseros subditos, eosque non aliter atque bestias tractant, hoc si fiat, probè † Imperator, tanquàm om-

22

B 5 nium

nium superior, & directus dominus, mandatis poenali-
 bus hanc scruitiam, & crudelitatem, etiam ex officio co-
 ercere potest, mandando dominis, sub poena pecuniaria,
 vel indignationis suæ Cæsareæ maiestatis, vel Banni, aut
 amissionis iurisdictionis, & feudi Imperialis, ne iniquè
 & aliter solito subditos tractent, sed beneuolè cum ijs agant, more antiquitus recepto, & à maioribus, veluti per
 manus ipsis tradito, ad hoc sunt text. notab. in §. domino-
 rum, Instit. de his qui sunt sui vel alie. iur. text. in l. 1. §. di-
 spiciamus, & in l. 2. §. dominorum. ff. eo. titu. Bal. ibid. nu.
 1. tex. in l. 1. C. de emend. seruo. & in l. fin. C. quemad. ciui-
 lia mune. indicūt. lib. 10. text. sing. in l. cum satis. §. caueat,
 C. de agrico. & censit. lib. 11. Zas. lingu. respon. libr. 1. cap. 3.
 nu. 82. cum sequ. vbi omninò vide de operis seruorum, &
 earum abusu. Natta consil. 614. nu. 9. & nu. 11. vol. 3. incip.
 qua sunt clauis. Spec. tit. de exacto. num. 3. idem in tit.
 de denunciat. num. 33. Boer. decis. 132. per totam, pulchrè
 Bald. in §. publici latrones, nu. 2. de pace tenen. Aluar. ibi.
 §. quicumque, nume. 1. Rom. consil. 37. nu. 1. incip. Viso pun-
 cto. Guido decis. 62. per totam. plenè Grammat. decis. 104.
 per totam, quem ad hoc omninò vide. De t mandatis
 auocatorijs sub poena Banni contra grassantes milites,
 (gemaine absodderung) vide infra eod. cap. 4.

CAP. III.

Quando ad poenam mandati de non
offendendo agi possit.

S V M M A R I A.

- 1 Mandata de non offendendo futuram offensionem con-
cerunt.
- 2 Verba futuri temporis nihil disponunt.
- 3 Citatio super fracta pace quando decernenda post obsec-
tum mandatum de non offendendo.
- 4 Violentia quinq; modis infertur.
- 5 Spoliatus vi compulsus ante omnia non restituitur.
Ratio istius. ibid.

- 6 Mandata de non offendendo nullius sunt praiudicij.
 7 Metu poenarum homines in officio retinentur.
 8 Poena & premio Respublica in officio continentur.
 9 Mandata de non offendendo favore digna sunt.
 10 Remedium post vulneratam causam querere.
 11 Princeps pacem publicam tuere debet.
 12 Principis simulacrum quale fuerit apud Aegyptios.
 13 Principis officium est, facere iudicium & iustitiam, & defendere pupillos & viduas.
 14 Caesar immediate cognoscere potest in causis viduarum, pupillarum, &c.
 15 Iustitia est finis legis, lex officium Principis.
 16 Poenam de non offendendo committit, qui prior contra transactionem alterum offendit.
 Iuramentum non est obligatorium, si fides iuranti non seruetur. ibid.
 Societas dissoluitur, si promissa non seruentur.
 17 Si plures promittant non offendere, an vno offendente omnes teneantur.
 18 Heredes promissoris an teneantur in solidum, si vnus heredum contraueniat promissioni.
 19 In pratorijs stipulationibus poena non committitur contra omnes heredes.

MANDATA † de non offendendo futuram offensionem, non autem praeteritam concernunt, vtpotà, quando quis certis indicijs & rumoribus violentiam publicam iustè metuit, sicut prox. praecedent. cap. dictum est. Proinde ad poenam banni, mandato de non offendendo insertam, aliter agi non potest, nisi post insinuatam mandatum vis publica inferatur. Bar. in l. illicitas. §. ne potentiores, num. 9. ff. de offic. praesid. Verba † enim futuri temporis regulariter nihil disponunt, per text. elegantem in l. non omnis. ff. si cert. peta. quem omninò vide & tex. in l. Titia cum testamèto. ff. de leg. 2. Bar. in l. verbum. C. de fideicom. nu. 1. et in l. si creditoris, nu. 2.

C. eo. titu. Bar. in l. cum iudex, num. 6. C. de senten. & interloc. om. iudi. Ergo violentia quæ sequitur mandatum, non quæ præcessit consideratur: & si quidē noua illa violentia, vel inuasio rei alienæ, qualificata sit super t̄ fracta pace, iam citatio super nouo illo facto, contra offendentem, ad videndum incidisse se in pœnas mandati de non offendendo prius emanati, scilicet Banni Imperialis decerni debet; sin minus, hoc est, si qualitates fractæ pacis in hoc facto violento desint, videlicet vis publica, armata manus, & dolus ex proposito, vt infra eod. cap. 17. dicam, tunc petita citatio, deficiente iurisdictione, quæ ex sola fractæ pacis qualitate fundatur, denegari, & offensus super commissa publica, vel priuata violentia, iudicē competentem adire, & ad pœnas iuris communis agere, debet, [nam pendente conditione, cessat obligatio, text. in d. l. non omnis.] Quinque t̄ autem violentiarum genera enumerantur per Dd. & maximè Bart. post gloss. in l. extat, num. 3. ff. quod met. caus. & in l. si quis in tantam, nu. 2. C. vnde vi, vtputa, expulsua, turbatiua, inquietatiua, ablatiua, & compulsua, vt pulchrè explicat Barto. in d. l. extat, vbi omninò vide. In t̄ vi expulsua obtinet regula, spoliatus ante omnia restituendus: secus in compulsua, quando quis metu compulsus possessionem tradere, quia tunc competit actio quod metus causa, text. in l. metum. §. idem ait, ver si. sed & si per vim. ff. de eo quod met. cau. text. in l. si mulier. §. qui possessionem. ff. eod. titu. & non interdictum recuperandæ possessionis, per text. expressum in l. si rerum. ff. de vi & vi arma. glo. ibid. in verbo, inducere. Bart. num. 1. & Dd. communiter ibid. Barto. in l. 2. nu. 12. C. quod met. caus. Paris. consi. 1. num. 176. vol. 1. Menoch. in tracta. recuper. possess. in primo remedio, num. 101. cum sequen. vbi diuersas opiniones refert. Alexan. in l. naturaliter. §. nihil commune, num. 19. ff. de acq. possess. Ripa num. 74. Zas. num. 54. Socin. senior consil. 59. nu. 5. volum. 3. incip. in causa. Curt. iun. consi. 335. num. 63. volum. 3. incip. circa præmissam. Multum autem interest an agi possit ex violentia spoliij, vel actione quod metus causa, vti declarat Menoch. loco citato. Barto. & Dd. vbi suprà.

V. s.

suprà. Cùm igitur mandata de non offendendo † nullius sint præiudicij, iudex in decernendo nõ debet admodum difficilis esse: maximè si petantur contra tales personas, quæ iniquè minari, & minas suas facillè executioni mandare conueuerunt, cuius rei disquisitio iudicis est, text. in l. 3. ff. ex quib. caus. maio. & per iura supr. prox. cap. allegat. Quæ sit iniuria ei, cui ab Imperatore, vel eius vice à Camera Imperiali mandatur, ne alteri iniquè vim faciat, ne contra constitutiones Imperij sceleratè arma sumat: ne pacem publicam nefariè violet: & quòd sibi deberi putauerit, iure reposcat, d. l. extat, & d. l. si quis in tantam. Sæpè etiam huiusmodi mandatis multi † metu pœnæ in officio retinentur, qui aliàs ruptis iustitiæ habentis, nihil pensi habentes, fronte perfriçta, omnia pro sua libidine per fas atque nefas attentarent, sacraq, prophanis miscerent. Vulgarum est:

Oderunt peccare boni virtutis amore,

Tu nihil admittes in te formidine pœnæ.

Nam effrenata cupiditas, sui prodiga, pacis æmula, mater litium, materia iurgiorum, ita sine freno temperantiæ exarsit in vitia, vt nisi iustitia refrenaret excessus, concordia hominum exularet à mundo: Proindè lex prodiga est, vt appetitus noxius iuris regulis constringatur, per quam genus humanum, vt honestè viuat, alterum nõ lædat, ius suum vnique tribuat, informatur: hæc enim sunt iuris præcepta, ita text. elegans in §. Rex pacificus, in præmio Decret. Bald. ibid. num. 1. Ad idem sunt tex. not. in c. 1. & in c. factæ sunt autem leges, distinct. 4. text. in c. 1. de homicid. in 6. text. in l. 1. ff. de iust. & iur. text. in l. 1. C. ad l. Iul. repet. & in l. quoniam. C. ad l. Fauiam, de Plagia. Duabus enim reb⁹ † potissimè Respublicas contineri etiã Philosophi existimarunt, pœna scilicet & præmio, facit text. in l. & virtutum. C. de statuis, & imaginib. & Gellius lib. Noctium Attic. libr. 12. cap. 1. præclare scribit, acerbiter plerunque vlciscendi maleficij, benè atque cautè viuendi disciplinam esse. Quinimò huiusmodi † mandata de non offendendo, quia ad pacem publicam conser-

conseruandam spectant, fauore digna sunt, maximè
 me initio quando decernuntur: quia malitijs hominum
 maturè occurritur, & latenti malo, ne in deterius & aper
 tam hostilitatem perniciosè erumpat, tempori remedi
 um adhibetur: Et t̄ melius est, in tempore occurrere,
 10 quàm post exitum vindicare, text. in l. i. C. quando lice.
 vnicuique sine iudi. se vindic. & iura intacta seruare,
 quàm post vulneratam causam remedium querere, text.
 in l. fin. C. in quib. caut. rest. in integ. necess. non est. Prin
 cipijs enim obstandum, nam

Serò medicina paratur.

Cùm mala per longas inualuere moras.

Item:

*Helleborum frustra cùm iam cutis agra t̄umebit,
 Poscentes videas, venienti occurrere morbo.*

Quid. lib.
 de reme
 diaz mo
 ria
 l. 1. c. 15 Sa
 223.

- 11 Et maiestati t̄ summi principis omnium maximè contē
 nit curare, vt pax in Imperio conseruetur illæsa, tex. in l.
 nam salutem. ff. de offic. præfekt. vig. & in c. i. de prohib.
 feud. alien. per Frederic. text. in §. i. in Auth. de armis, &
 non solum mala & scandala, sed etiam occasiones malo
 rum & scandalorum è medio tollantur, tex. in l. illicitas,
 §. potentiores. ff. de offic. præsid. & in l. denunciamus. C.
 de his qui ad eccles. confug. & in l. æquissimum. ff. de vsu
 fruct. cum similibus. Aduigilare igitur, & gemina fronte
 debet esse bonus princeps, instar Iani antiquissimi Italiz
 Regis, vt præterita noscat, & futura prospiciat: hoc enim
 ad principis prudentiam solertiamque pertinet: nam ex
 præteritis & præsentibus futura metienda sunt, & in mi
 nutis vigilandum, ne paulatim incidamus in maxima in
 commoda, quia res initio pusilla crescunt in maius. Vn
 de prouerbio dicitur, in guttula pluuia imbre facere,
 ad quod pulchrè alludit Plautus in Menæchmo:

Nunc in te cadunt folia, post cadent arbores.

- 12 Aegyptij t̄ simulachrum principis ita repræsentabant, vt
 oculum pingerent cum sceptro, indicantes, quod oculus
 in corpore, id verus princeps esset in Republica: quod
 sol in coelo, id princeps in populo: Sol oculus mundi,
 prin-

princeps oculus multitudinis: quod animus in homine,
 id princeps in ciuitate: animus sapit, corpus obtemperat.
 Denique Dei moderantis vniuersa, salutaris princeps vi-
 uam imaginem refert. Proprium t̄ autem officium prin-
 cipis est, facere iudicium, atque iusticiam, & liberare de-
 manu calumniantium vi oppressos: peregrinis, pupillis,
 & viduis, qui facilius opprimuntur à potentibus, præbe-
 re auxilium, vt legitur prolixius apud Hieremiam cap. 7.
 & ex Hieron. in c. Regum 23 q. 5. c. administratores. ibid.
 l. vnica. C. quādo Imper. int. pupil. & viduas vel alias mi-
 sera. perio. cognoscit, & ideo in causis viduarum, pupil-
 lorum, & aliarum miserabilium personarum Cæsar im-
 mediatè cognoscere potest, text. in d. l. vnica, vide supr̄
 Obser. 1. lib. 1. Plutarchus scribit, iusticiam t̄ esse finem le-
 gis, legem autem officium esse principis: at principem
 imaginem esse Dei, omnia rectè constituentis & dispo-
 nentis. Illud obiter in materia de non offendendo obser-
 uandum, quòd t̄ si duo inimici faciant inter se pacem sub
 pœna de non offendendo, & vnus eorum postea iterum
 alterum offendat, quòd offendens incidat in pœnam: sed
 offensus impunè se defendere queat. Spec. in titu. de treu-
 ga & pace, in princip. Bart. in l. cum pater. §. libertis, nu.
 7. ff. de lega. 2. & in l. 1. §. cū arietes, nu. 2. ff. si quadri. paup.
 feciss. dica. Bald. Salice. & Castr. in l. qui fidem. ff. de tran-
 fact. Iulius Clarus in pract. crimi. §. fin. quæst. 47. num. 10.
 [Bald. pulchrè confi. 195. nu. 4. vol. 2. incip. laudare vos.]
 Ias. in l. cum proponas, la. 2. num. 7. C. de pact. per illum
 tex. vbi glo. in verbo, vti. & Dd. notant, quòd fidem fran-
 genti, non fit seruanda fides, iuxta illud:

*Fallere fallentem, fraudemq̄, repellere fraude,
 Exemploq̄, licet ludere quenque suo.*

gloss. notab. in c. 1. §. final. in verbo, utilitatem, de nouā
 form. fidelit. Bal. ibid. nu. 5. Afflict. nu. 9. vbi dicunt, quòd
 iuramentum non sit obligatorium, si iuranti fides non
 seruetur, eò quod iuramento tacita insit conditio, quate-
 nus placita seruetur, text. in c. quemadmodū, & in c. per-
 uenit ad nos, de iureiur. Et conuentio de non soluendā
 societa-

- 32 societate intra certum tempus, intelligitur si promissa seruentur, text. in l. si conuenerit. ff. pro socio. Barro. ibid. num. 1. text. in l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati. Sed
- 17 † quid si plures promiserint non offendere sub pœna, & postea vnus eorum offendat, an cõtra omnes pœna committatur? Dicendum quod non, quia factum vnus socij, non nocet alteri, quando ex conuentione sunt principales socij, etiam in rebus indiuiduis, text. in l. de pupillo, §. si plurium. ff. de noui oper. nunt. Zas. in l. 4. §. Cato. ff. de verbo. oblig. vbi Ias. & communiter Dd. & sic obseruandum quod in stipulatione nõ offendendi, vno offendente, alij non teneantur. Zas. eleganter in d. §. Cato, num. 27. & num. 44. Aliud † est, si fiat promissio de non offendendo per se, neque per suos hæredes: quo casu mortuo promissore, si vnus hæredum contraueniat, omnes tenebuntur, & tota pœna committetur contra omnes pro portione hæreditaria, de qua materia vide post Bart. plene Ias. in d. §. Cato, nu. 8. & nu. 14. cum sequen. text. in l. 2. §. item si in facto. ff. de verbo. oblig. quia in factis indiuiduis non potest nisi in solidum peccari, text. in d. §. Cato. Sed ne co-hæredes non contra facientes iniquè damnum sentiant ex culpa alterius, familiæ hercis. iudicio quod præstiterunt reperere possunt, text. in d. §. item si in facto, & in l. inter. §. quod ex facto, & in l. hæredes. §. in illa. ff. famil. hercis. In prætorijs † tamen stipulationibus indiuiduis, pœna non committitur contra omnes hæredes, sed tantum contra eum, qui promissa non seruat, idque pro sua parte hæreditaria, vt latius declarat Ias. in d. §. Cato, nu. 55. & in l. stipulationum, num. 8. ff. de verbor. obligat. vbi omninò vide, quia materia diuidui & indiuidui intricata est, & latissimè patet.
- 18

CAP. IIII.

De mandatis auocatorijs contra Duces
belli illiciti, & tumultuarios
milites.

S V M M A

S V M M A R I A.

- 1 Mandata auocatoria contra duces & milites sub pena
banni decernuntur, vt à militia deficiant.
- 2 Mandata auocatoria Cesar vel vice eius Camera Impo-
rialis concedit.
- 3 Ad bannum proceditur contra inobedientes duces belli.
- 4 Bella sine scitu Imperatoris moueri non debent.
- 5 Alias committitur crimen laesa maiestatis.
- 6 Bellum mouere soli Principi concessum est.
- 7 Hostes qui dicantur.
- 8 Postliminium cessat in bello illicito.
- 9 Romanus populus lege Regia omnem potestatem in prin-
cipem transfudit.
- 10 Vasallus an dominum in bello illicito adiuuare teneatur.
- 11 Fides ad facinora non extenditur.
Impia est promissio, qua scelere adimplatur, & in malis
promissu fides rescindenda est. ibid.
- 12 Subditi in rebus illicitis dominis obedire non debent.
- 13 Necessitas parendi penam minuit.
- 14 Mithridatis exemplum de occiso domino & seruatis
seruis.
Parentibus an in omnibus parendum. ibid.
- 15 Milites militia sacramentum non excusat à bello illi-
cito.
- 16 Iuramenta contra pacem publicam praestita nulla sunt ip-
so iure.
- 17 Milites auocati, si militare pergant, banniri debent.
- 18 Probatoria militaris quid sit.
- 19 Bellum geritur vt pax acquiratur.
- 20 Bellum iure diuino non est prohibitum.
- 21 Pacem habere voluntatis est, bellum debet esse necessi-
tatis.
- 22 Solemnitas assumendi milites.

- 23 *Bucellatum militare quid sit, item stigma: & saluberrimum.*
- 24 *Militia genera olim tria erant. ibid.*
- 24 *Militari disciplina praescripta antiqua.*
- 25 *Tribunorum militum officium.*
- 26 *Duci mandata in bello accurate obseruanda.*
- 27 *Manlius Torquatus filium victorem propter inobedentiam occidit.*
- 28 *Aenea praecipuum, ut milites se absente non militarent.*
- 29 *Capitaneo Ducis mandato propter noxam superuenientem causam non obtemperanti parcendum.*
- 30 *Mandati fines quãdã Oratores, Legati, Commissarij excedere possint.*
- 31 *Cautela pro Oratoribus, Commissarijs, &c. Clausula commissivum prudentia, vel discretioni aut voluntati tua, quid importet. ibid.*
- 32 *Epaminondas vigilem dormientem occidit.*
- 33 *Militari disciplina nostri temporis qualis sit.*
- 34 *Germanica libertatis iniqua iactatio.*
- 35 *Contemptores mandatorum Caesaris Deum ultorem habebunt.*
- 36 *Milites vagabundi & palantes qua pena afficiantur.*
- 37 *Bannum sine sententia declaratoria quibus irrogetur.*
- 38 *Milites pagatim grassantes quomodo coercendi.*
- 39 *Depopulatores agrorum & desertores militia, item aggressores impunè occidere licet.*
- 40 *Bellum quãdã dicatur licitum,*
- 41 *Belli iusti definitio.*
- 42 *Detestatio quid sit. ibid.*
- 42 *Fœciales apud Romanos bellum denunciabant.*
- 43 *Pax iniusta bello iustissimo praefenda.*
- 44 *Pacis & induciarum differentia.*
- 45 *Pax an dicatur rumpi, si ex nova causa fiat offensio:*

*Transgressioni vel sententia, ex noua causa contrahere
possunt. ibid.*

¶ 6 Inducia an ex noua causa rumpi possint.

EX Constitutione pacis publicæ Diui Imperatoris Caroli V. sub titu. Von Mandaten des Cammergerichts/wider die Fridbrecher/ & Ordinat.par.2. titul.9.§. Vnd ob sich/cum §.sequ. in Camera Imperiali mandata ꝑ auocatoria contra eos decernuntur, qui ex quacunque causa ad offensionem alterius delectum militum agunt, quibus sine clausula iustificatoria, sub pœna Banni, & amissionis omnium beneficiorum & priuilegiorum, non solum Duci, & auctori exercitus, vt militum vestigio temporis dimittant, sed etiam ipsis tumultuarijs & gregarijs militibus, ne prece vel precio militent, serio præcipitur, eaq; mandata auocatoria (*gematne abfodderung*) per nuncios Camere Imperialis vtrisque ritè insinuatur, facit tex. in l.7. & in l.3. ff. ad l. Iul. maiest. cum alijs iuribus infra allegatis. Possunt autem ꝑ talia mandata etiam ex aula Cæsareæ maiestatis dari, & misso Forciali (*Sherold*) ducibus & militibus intimari, idque plerunque fieri solet: vtrobique verò pacis publicæ conseruandæ, & publicorum scandalorum euitandi gratia, vel ex officio decernuntur, vel parte alterutra petente, merito conceduntur. De mādatis auocatorijs facit Modestinus I. C. mentionem in l. desertorem. §. fina. ff. de re milit. Cùm multi, inquit, milites in aliquod flagitium conspirent, vel si legio deficiat, auocari militia solet. Cicero pro Sexto Roscio, auocare à prælijs, & Plinius Iun. à signis milites auocare dixerunt. Istitis ꝑ mandatis auocatorijs, si post factam insinuationem pareatur, benè est: sin minus, ad pœnam Banni, aliasque iuris communis pœnas, tam contra Duces belli, quam ipsos milites proceditur, & interim vis vi repellitur, implorato ad hoc subsidio, & auxilio vicinorum principum, & præsidum illius prouincie, vbi bellum geritur, (*desselbigen Kraiß Obrißten*) secundùm dispositionem & formam Ordinationis

executionis à Diuo Ferdinando Imperatore in Comitibus
 Augustanis Anno 55. communi Statuum consensu edi-
 tam. Ratio verò cur mandata ista sine clausula decernan-
 tur, in pròptu est: quia huiusmodi bella ipso iure illicita
 & reprobata sunt: & ided valere pràceptū, & ab execu-
 tione incipi posse notum est, text. in l. 1. & in l. 4. §. illud
 videamus. ff. de fideicommiss. libertatib. vide suprà cap.
 4 2. num. 16. plura allegata. Omnia autem † bella, quæ in-
iussu summi Principis, putà Imperatoris, vel sine eius sci-
 entia & licentia geruntur, priuata quadam vindicta, in-
 iusta & reprobata sunt, per text. in l. 3. ff. ad l. Iul. maieft.
 ibi, qui iniussu principis bellum gesserit, text. in l. nemi-
 nem. C. de re milit. lib. 12. & in l. 1. C. de agentib. in reb. eo.
 lib. text. in l. vnic. C. vt armò. vsus in scio principe inter-
 dict. sit, gloss. ibid. in verb. mouendorum, libr. 11. & ibid.
 prolixè etiam Lucas de Pēna, tex. in §. 1. Auth. vt neq; mi-
 les, neque foederatus, & in §. 1. Auth. de armis. Innoc. in c.
 olim, el. 1. nu. 8. de restit. spol. & in c. sicut, nu. 5. de iureiu.
 Barto. in l. hostes, nu. 14. ff. de capt. & postlim. reuerf. Af-
 flict. in c. 1. §. bona committentium, nu. 40. tit. quæ sint re-
 gal. præclare Iacob. de S. Georg. de feud. in verbo, & pro-
 miserunt, num. 9. cum sequen. Gigas in tracta. de crimin.
 maieft. libr. 1. titu. 1. quæstio. 31. & quæst. 53. Ordin. part. 2.
 titu. 15. ibi, Auß der Kayserlichen Maieftat / oder vn-
serm zugeben vnd erlaubnuß / & in recessu Augustano,
 1 de anno 55. §. Wo sich aber / cum §. sequ. Imò in † crimen
læzæ maieftatis incidit, qui bellum in Imperio sine Czæ-
ris licentia mouet, text. in d. l. 3. ff. ad l. Iul. maieft. quia v-
 6 surpat sibi ea quæ sunt † solius principis: nam mouere bel-
 lum, ad solùm principem summum, putà Imperatorem
 pertinet, vt norant plenè Dd. in l. ex hoc iure gentium. ff.
 de iustit. & iur. glo. in d. l. vnic. C. vt armor. vsus, & c. libr.
 11. & text. in d. l. 3. ff. ad l. Iul. maieft. Innoc. in d. c. olim, 1.
 & in d. c. sicut. Bart. in d. l. hostes. Iacob. de S. Georgio lo-
 co citato, nu. 10. Gigas d. quæst. 31. & d. quæst. 53. [Afflic. in
 d. §. bona committentium, num. 40. vbi 45. casus recenset,
 quibus ex primo, & secundo capite crimen læzæ maie-
 statis

status committatur. ¶ *Vlpius* hostes ¶ definit, quibus bellum publicè populus Romanus decreuit, vel ipsi populo Romano: ceteros latrunculos, & latrones appellat, text. in d. l. hostes, & in l. hostes. ff. de verbo. signifi. Bald. in c. l. hic finitur lex, num. 6. vbi dicit, iniusta bella nihil aliud esse quam latrocinia, quo fit, vt capti à ¶ talibus hostibus serui non efficiantur, nec postliminio opus habeant, text. id l. postliminium. §. à piratis. ff. de cap. & postlim. reuer. & in d. l. hostes, ff. eod. titu. At quoniam ¶ populus Romanus lege Regia omnem potestatem in Principem transfudit, text. in l. r. ff. de consti. prin. & in l. 2. §. nouissimè. ff. de orig. iur. Zas. ibid. in verb. datum. Bar. in d. l. hostes, necessariò sequitur bellum non posse indici, nisi à principe Romano, in què populus Romanus & status Imperij omnem potestatem transtulerunt. Et ideo caueant sibi inferiores à summo principe, ne inconsulto Cæsare, alteri ob priuatam vindictam, vel dominandi libidinem bellum inferant, quia in lætæ pacis publicæ, nec non maiestatis crimen inciderent, per iura allegata. Milites ¶ verò vasallos, iuramenti religio, quo ducibus belli ex pacto beneficij, vel feudi ratione deuincti sunt: minimè excusat, quia dominum bellum illicitum mouentem sequi non tenentur, neque debent, per text. in d. c. l. hic finitur lex. Bal. pulchrè ibid. nu. 5. & communiter Feudistæ, nam ¶ fides ad facinoræ non extenditur, text. in l. iurifgèrium, §. si ob maleficium. ff. de pact. item in re turpi nulla contrahitur obligatio, text. in §. illud, Insti. mand. & in l. si remunerandi, §. rei turpis, & in l. si mādauero. §. qui ædem, ff. eod. titu. Bart. ibid. nu. 1. Iacob. de S. Georgio in d. verbo, & promiserunt, nu. 6. Innoc. in d. c. olim. 1. num. 1. text. in c. in malis, de regu. iur. in 6. & in c. in malis, 22. quæst. 4. vbi text. inquit, in malis promissis rescinde fidem, in turpi voto muta decretum, quod incautè voluisti, ne facias. Impia est promissio, quæ scelere adimpletur. Item quæ ad turpem causam se referunt, non oportet ad effectum perducì, text. in l. Quintus Mutius, in fin. ff. de annu. leg. Bald. in d. c. l. hic finitur lex, vbi omninò vide. Et in scelere præstare patrocinium defensionis, est legibus & ipsi

- naturæ contrarium, text. in l. per omnes. C. de defenso. ciuit. Bald. vbi supra, facit text. in c. i. de forma fidelitatis: vbi inter cætera requisita iuramenti fidelitatis, honesti
- 22 qualitas recensetur. Idem in † subditis ad talem militiam iure subiectionis vocatis, obtinet: nam nandatū superioris in delictis non excusat, & obedientia in delictis inofficiosa, & iure reprobata est, text. in l. fin. §. fin. ff. de bon. dam. text. in l. seruus. ff. de act. & oblig. text. not. in l. sed & si vnus, §. si iussu domini. ff. de iniur. text. in c. fi. 15. q. 6. & in l. fi. §. fi. ff. de bo. damnat. Tiraq. in tracta. de pœnis, causa 34. per totam, vbi plura allegat, idq; maxime in grauioribus delictis obtinet, per iura allegata: etsi non nunquam † venia digni, vel mitius puniendi sint, tex. in l. seruos. C. ad l. Iul. de vi public. Bald. ibid. nu. 1. Similiter Salnum. 3. idem plenè in l. non idè minus, nu. 9. C. de accusat. Dec. in l. velle non creditur. ff. de regu. iur. Iulius Clarus in prac. crim. §. si. quæst. 60. nu. 15. cum sequen. Tiraq. loco citato, nu. 3. & nu. 6. vbi refert ex † Appiano Alexandrino, de bello Mithridatico exemplum de ipso Mithridate, qui Attilium, quod ei insidias struxisset, supplicio affecit, seruos verò eius impunitos esse voluit, ob parendi necessitatem. An autem parentibus in omnibus sit parendum, vide disputationem Gellij libro 2. cap. 7. vbi pulchrè concludit, honesta facienda etiam sine Imperio parentum: sed quæ his contraria, quæque turpia, & omninò iniqua sunt, ea ne si imperent quidem: quæ verò in medio sunt, & à Græcis ἀσπορα, tum μισα appellantur, vò in militiam ire, rus colere, vxorem ducere, honores capessere, & causas defendere, in ijs parentibus parendum esse, nisi accedente aliquo turpitudinis numero, desinant esse media & indifferentia, veluti si imperent parentes vxorem ducere infamem, propudiosam, criminofam, aut pro reo Catilina aliquo causam dicere. Quod
- 23 ad sgregarios, & mercede conductos milites attinget, nullam ipsis excusationem præstat militiæ sacramentū: quod in verba ducum iurārint, et idè sine turpitudinis nota discedere nequeant, quia non iuramenta, sed periuria potius dicenda sunt, quæ cum interitu salutis æternæ seruantur,

tur, & ad seditionem, concussionem, rapinas, latrocinia & scandala publica spectant, atque contra pacem publicam nefarie præstantur, text. notab. in c.1. de his quæ sunt à maio. parte capit. & in d. c. in malis, 22. q. 4. & in c. sicut, de iureiur. text. in c.1. §. quia verò, eod. titu. libr. 6. c. non est obligatorium, de reg. iur. lib. 6. d. l. si mandauero. §. eodem.

Iuramenta ¶ omnia, quæ in deteriore exitum cedunt, 16
 quæ exemplo perniciofa sunt, quæ ad multorum cladem pertinent, adeò ipso iure reprobata sunt, vt ne absolutionem requirant, & sine metu periurij licitè contemni possint, text. in c. quanto, de iureiur. & ibid. Canonist. Panormit. præclare in e. cum contingat, num. 5. & num. 22. cum sequ. eod. tit. & in c. si diligenti, num. 7. de for. compet. plenissimè verò quæst. 22. num. 21. Bart. in l. si quis pro eo, nu. 9. ff. de fideiussorib. Est enim nonnunquam in officiosum seruare iuramentum. Exemplum de Herode, qui iurauit, quod quicquid petitura esset, daret filiz Herodiadis: necem Iohannis præstauit, ne promissum negaret. Matth. cap. 14. c. est etiam, 22. q. 4. ex S. Ambros. de off. lib. 1. tex. in c. vnusquisque 22. q. 4. vbi dicitur, Herodem præmium, quod turpiter saltatrici promissit, crudeliter soluisse, & melius periurium sacramento fuisse. Et David mortem Nabal iurauit, sed laudatur, quòd maluerit non facere, quod iurauerat, quàm iurationem suam hominis fusso sanguine adimplere: iniquè quidem fecerat, quod iurauit, sed ex duobus malis minimum elegit, vt legitur Reg. 1. cap. 15. & in c. quod David, cum sequen. 22. quæst. 4. vbi omninò vide per totum, de iuramentis illicitis non seruandis, & teste Diuo Ambrosio d. libr. 1. Offic. tolerabilius est inhonestè promissum non seruare, quàm facere, quod turpe est, d. c. vnusquisque, ex Ambros. loco citato. Cicero quoque libr. 1. & 3. Officio. docet promissis quandoque non esse standum, & honesta, commutata vtilitate fieri non honesta: & iuramentum illicitum non seruare, nullum esse periurium. Et hæc omnium maxime obtinent, postquam ¶ milites de voluntate, interdicto & præcepto Imperatoris per emissã mandata auocatoria sub poena Banni certiores facti sunt, ita vt nullam

ignorantiam prætexere nequeant, text. in l. capitalium, §. solent quidam. ff. de pœnis, ibi, à præfide admoniti: nam si postea contra interdictum Cæsaris, & factam inhibitionem turpiter & illicitè militare pergant, iam vel ex hac sola cõtumacia perduellionis Rei facti sunt, et tanquàm hostes Imperij meritò proscribuntur, & in Bannù declarantur, tex. d. Auth. vt neq; miles, neq; foederatus. §. sint igitur, & in d. l. 3. ff. ad l. lul. maiest. tex. in l. nemo miles. C. de re milit. lib. 12. vbi præcipitur militibus, ne aliena obsequia sine nutu principali peragant, & in d. l. neminem. C. cod. ritu. vbi dicitur, quòd hi tantùm in numeris, vel militijs militent, qui à nostra diuinitate probatorias consequuntur. Probatoria † significat attestationem illam, qua qui in ordinem aliquem adsciscitur, idoneus & probatus renunciatur, text. in l. 3. §. fin. C. de agentib. in reb. lib. 12. Militaris disciplina maiorib⁹ nostris antiquior fuit liberòrum charitate, vt inquit I. C. in d. l. postliminium. §. filius. ff. de capt. & postl. reuer. vtputà, quòd in eius sinu & turela serenus tranquilluscq; beatè pacis status conquietat, vt inquit Valer. Maxi. de militari disciplina lib. 2. cap. 2. & Quintilia. in milite Mariano, facit text. in §. 1. quomodo in l. l. maiest. crimi. proced. in extrauag. nam † bellum licitum ided geritur, vt pax acquiratur, vt præclare testatur S. Augustinus ad Bonifacium epist. 1. Sicut legitur in c. noli, 23. quæst. 1. cuius verba, quia singularia, hic adscribam. Noli existimare, inquit, neminem † Deo placere posse, qui armis bellicis ministrat: In his erat sanctus David, cui Dominus tam magnum perhibuit testimonium. In his etiam plurimi illius temporis iusti. In his erat sanctus ille Centurio, qui Domino dixit: Non sum dignus, vt intres in tectum meum: Et paulò post: Pacem † habere voluntatis est: bellum autem debet esse necessitatis, vt liberet Deus à necessitate & conseruet in pace. Non enim pax quæritur, vt bellum exerceatur: sed bellum geritur, vt pax acquiratur. Cicero quoque lib. 1. Offic. scribit, Bella eam ob causam suscipienda esse, vt sine iniuria in pace viuamus, & eodem libro: Bellum, inquit, ita suscipiatur, vt nihil aliud quàm pax quæ sita videat.

videatur. In assumendis † militibus olim certa solennitas, certusque ordo & delectus habebatur, de quibus solennitatibus vide tex. in l. stigmata, C. de fabricensib. lib. 11. & gloss. in l. penult. in verbo, periculo, ff. ex quib. caus. maiores. vbi militiæ requisita recenset, & plenius Specul. in tit. de procuratore. §. num. 21. vbi omninò vide. Doct. ad §. 1. Institut. de testam. mili. Socin. Senior consil. 33. nume. 4. volum. 3. incip. circa præsentem consultationem. Zas. cor. fil. 6. num. 16. cum sequen. volum. 1. incip. cum nobilis. Stigmata teorum brachijs insigebantur, vt hoc pacto latiantes agnoscerentur, tex. in d. l. stigmata. Stigmata erant notæ publicæ, quibus recepti signabantur. Vegetius, punctis signorum scribendis tyro. & alio loco, videntur in cute punctis milites scripti. Vide Cuiacium ad d. l. stigmata. Bucellato utebantur, quod erat genus panis bis cocti & expeditionalis annona dicebatur, tex. notab. in l. 1. C. de erog. milit. anno. lib. 12. transcuntes per Prouincias, nullam prouincialibus molestiam adferre audebant, sed algamo contenti esse debebant, quo nomine significabatur herbe conditæ, veluti enula, Bassica, beta, & quæ adiectum ex sale in vasis continentur, si huius nominis obantu, aliud exigerent, veluti culcitra, ligna, oleum, poëia in eos statuebatur, tex. in l. vnica. C. de salgamo hospiti. non præbendo, lib. 12. Vestium canonem ex publico habebant, tot. tit. C. de milita. veste, lib. 12. Tria autem genera militiæ olim fuerunt, sacramentum, quæ legitima est militia: tumultus, & euocatio, vt ex Seruio in octauum Aeneidos refert Budæus ad l. 1. §. 1. ff. deposit. quem ad hæc omninò vide, & eundem de imaginaria militia ad l. quæ cum vno §. grauius. ff. de re milit. Porro, militaris † doctrinæ præscripta erant, vt milites stipendijs suis contenti essent, & priuatis lucris non inhiarent, ipsisque omnis negociatio aded erat interdicta, vt ne agrum quidem eo loci, vbi militarent, ne ab amicis, nedum ab hostibus comparare, sed nec vlli obsequio, quod non sit militaris exercitij, insistere liceret, tex. in l. vnica. C. negociatores ne militent, lib. 12. text. notab. in l. milites. ff. de re milita. eid. lib. tex. in l. milites prohibentur. & in l. mi-

- lites agrum. ff. eod. tit. Rationem tradit Veget. libr. 1. Incongruum, inquit, videbatur Imperatori, militem, qui veste & annona publica pascebatur, vtilitatibus vacare priuatis. Nullam quoque euagandi per possessiones habebant facultatem, sed cum signis in mansionibus solitis ac publicis manere debebant, idque præcipue officium Tribunorum erat, vel eorum qui exercitui præerant: hi quoque ad exercitationem producebant milites, vigiliis circumibant, frumentationibus commilitonum interebant, frumentum probabant, fraudem mensorum coercerant, delicta secundum suæ autoritatis modum castigabant, querelas commilitonum audiebant, & valetudinarios inspiciebant, text. in l. officium. §. officium. f. de re milit. & in l. tribuni. C. eod. titul. lib. 12. In bello qui rem a Duce prohibitam faciebat, aut mandata non seruasset, capite puniebatur, etiam si res foeliciter cessisset, ext. in l. 3. §. in bello. ff. de re milit. Francisc. Cremen. singul. 151. incip. mandatum. Manlius & Torquatus filium e medio sustulit, quod cum hoste contra præceptum suum dimicasset, hostemque superasset: fatius esse iudicans, pacem forti filio, quam patriam militari disciplina carere. Valerius Max. lib. 2. cap. 1. & Titus Liuius 1. decad. libr. 8 Aeneas & militibus suis præcepit, ne se absente, vel in scio quicquam contra hostem attentarent.

Namq; ita discedens præceperat optimus armis.

Aeneas, si qua interea fortuna fuisset,

Nec struere auderent aciem, neu credere campo,

Castra modo & tutos seruaerent aggere mure.

Virg. lib.
6. Aen.

- Parcendum tamen Capitaneo nonnulli recte existimant, si pro re nata, & ex noua superueniente causa, mandato summi Ducis non obtemperauerit, quæ causæ ipsum Duce[m] tempore belli latebat, per textum valde singularem & menti tenendum, in l. si hominem, ad finem. ff. mandat. ubi procurator generalis potest ex iusta causa, quam dominus ignorabat, fines mandati excedere, & mutare ea, quæ sibi a domino specialiter erant commissa. Ita tenet Francisc. Cremen. d. singul. 151. Antho. Trigoia singul. 32. num.

num. 2. Anthon. Corfet. in singularibus suis, in verbo, in-
 ramentum. Alexan. ad Rubric. & ad l. 1. ff. de offi. eius, cui
 mand. est iurisdic. Ias. in l. non solum. §. morte, num. 17.
 ff. de noui oper. nuncia. Hæc diligenter † pro Legatis, O- 30
 ratoribus, & Commissarijs Principum obseruanda sunt,
 quod ex causa noua, quæ committentem latebat, quando-
 que ex tempore, pro re nata, limites mandati sui pro uti-
 litate, & in rem Domini excedere possint, maxime si man-
 dato, vel instructioni, vt vocant, generalis illa clausula
 inserta sit: Reliqua tuæ prudentiæ, & discretioni commit-
 timus, prout hoc exemplis declarat Cremen. d. sing. 151. Ec-
 ego quandoque cum laude in grauissimis causis Legatos 34
 Principum fecisse memini. Tutius tamen † est, si tempus
 & occasio ferant, super noua & incidenti causa commit-
 tentem consulere, ne, si res aliter opinione cadat, ipsi O-
 ratore in vitz, honoris, & bonorum periculum, ob non
 arctè seruatum mandatum adducantur, cum mandati fi-
 nes, præsertim in negocijs principalibus diligenter custo-
 diendi sint, tex. in l. diligenter. ff. mand. & in l. sed & si pu-
 pillus. §. condicio. ff. de instit. actio. cum similib. & notus
 est verficulus :

Quis ne scit longæ regibus esse manus ?

De clausula, Cætera committimus prudentiæ tuæ, vel ar-
 bitrio tuo, aut discretioni tuæ, & similibus clausulis, vide
 amplissimè Felin. in c. 1. num. 51. de constitut. & in c. ne in-
 nitaris, num. 2. eodem tit. vtroque Doct. vbi dicunt, ta-
 les clausulas intelligendas esse de prudentia, arbitrio, &
 discretionem rationi consentaneis, deficiente enim ratio-
 ne, non prudentia, sed fatuitas censenda est. Felin. in d. c.
 ne innitaris, vbi plures ad hoc allegat. Regulæ tamen iu-
 ris non erit subiectus Commissarius, si aliquid suæ volun-
 tati committatur, vt docet Felin. in d. c. l. numero 51. cum
 multis allegationibus. Porro, quod ad vigilias † militum. 32.
 attinet, extat antiquum, & seuerum militaris discipli-
 næ exemplum de Epaminonda Thebanorum Duce, quæ
 cum in magno periculo vigilias circumiret, vigi-
 lem, quem dormientem inuenerat, gladio transfixit :

all.

- asserens, hominem mortuum inueni, mortuum reliqui, vide Plutarch. in Parellelis, cap. 13. Vtinam hac nostra tempestate, superiorum temporum militaris disciplina, & feruor castrensis, de qua vide Alexand. ab Alexandro Genialium dierum, lib. 2. cap. 13. adhuc sarta testaque conseruaretur. Modò † sine delectu, honesti cum reprobis, absque vlla probatoria milites assumuntur. Militia ipsa venalis est, cauponaria, & institoria, milleq; fraudibus exposita, idque non sine maximo Imperij detrimento, tantaque nostrorum militum effrenata licentia est, vt omnia pro sua libidine per fas & nefas attentent & concutiant,
- 34 nimiaque † fiducia & opinione Germanicæ libertatis, quam toties arroganter ingeminant, nunc pro Imperio, mox mutata pro arbitrio sententia, contra Imperij salutem stipendia merentur, vt meritò cum Vergil. exclamare liceat:

Lib. 2.
Georg.

*Quippe vbi fas versum atq; nefas, tot bella per orbem,
Iam multa scelerum facies, non vllus atatro
Dignus honos: squalens abductis arua colomis.*

Et cum Lucano lib. 10. bell. ciuil.

*Nulla fides pietasq; viris, qui castra sequuntur,
Venalesq; manus: ibi fas, vbi maxima merces.*

At fortè metuendum, ne Germaniam, toto terrarum orbe celeberrimam, huius iniquè iactatæ libertatis (absit omen) aliquando, sed seriùs peniteat.

*Ergò ignem, cuius scintillas ipse dedisti,
Flagrantem latè, & rapientem cuncta videbis.*

- 35 vt inquit Iuuenal. Saty. 14. Contemnuntur † quandoque interdicta & mandata Cæsarea, nec eo, quo decet, loco habentur, sed proculdubid huiusmodi ardeliones Deum vltorem habebunt, quoniam ordinationi Dei turpiter resistunt, text. in c. Regum, 24. quæstio. 5. quibus iure dici posset:

*Im & iura negant homines, & numina fallunt,
Nec Iouis Imperium, nec Phlegetonta ciment.*

Nonnun-

Nonnunquam etiam in † Imperio firmiter concursus incerto auctore, & duce belli, qui quacun- que iter faciunt impotentissimæ petulantix vestigia post se relinquunt, aliorum subditis infinita damna adferentes, omniaque miserè concutientes & depopulantes, atque latrocinij, suppilationibusque fœdantes omnia. Et ista quoque prætextu quodam Germanicæ libertatis accidere solent. Verùm contra huiusmodi erroneas, pasantes milites, & turbines, vt Budæus ait, vel potius multitudinis colluuiem, *Herrnlose Knechte/ vnd Landiläuffer/* Principes & Status Imperij, in quorum Prouincia grassantur, ferro & igni animaduertere, eos dissipare, & armata manu, implorato vicinorum Principum auxilio, quatenus necesse, obsistere, captisque impietatis ducibus, eos ad restitutionem damnorum compellere, atque pro merito punire debent, sicut prolixius disponit Constitutio D. Ferdinandi Imperator, in recessu Augustano, de Anno 55. §. *Sohaben wir/ cum §. sequen. & §. Wo sich aber/ cum sequ. Ordinac. par. 2. tit. 15. & in recessu Imperij, de Anno 59. §. Damit dann hinffuro/* vbi constituitur, quod † huiusmodi turbatores pacis publicæ, & colluuias hominum ipso factò, absque vlla sententia declaratoria in Bannum Imperiale inciderint, & pro bannitis habendi sint, facit text. in c. 1. de homicid. in 6. in fin. quia non militum, sed latronum & prædonum nomine digni sunt, text. in d. l. hostes. ff. de capti. & postlim. reuer. & in d. l. hostes. ff. de verbor. signific. Est tertium genus † militum, quos circumforaneos, vagos, siue pagatim grassantes milites vocamus, *Umbläuffende vnd gartende Knechte/* qui incertis sedibus vaticim & pagatim per Imperium caterinatim vagantur, ac rusticos miserè concutiunt, exedunt, diuexant, atque sceleratè deprestantur, [imò plerunq; bonis omnibus ac fortunis euertunt,] vera hominum sentina. Quomodo autem hi coercendi & puniendi sint, vide in d. recessu de Anno 55. §. *Vnd damit angerete/ & text. in l. 1. & in l. 2. C. quan. liceat vnicuique sine iudice se vindicare. vbi vnicuique † permittitur, huiusmodi deserto-*

res militiae, grassatores & depopulatores agrorum, atque aggressores itinerum propria auctoritate occidere, ut ipsi mortem, quam minabantur, excipiant, & id quod intendebant, incurrant, ad idem est tex. in l. capitalium. §. grassatores. ff. de poenis, ubi poena capitis in eos constituitur, eo quod proximi latronibus habeantur: & est casus specialis, quo quis sibi ipsi ius dicere possit, contra regulam l. vnicae. C. ne quis in sua causa iudic. Porro, quando bellum sit licitum, vel illicitum, & quot sint genera bellorum, vide per Doct. in l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iur. Bartol. pulchrè in d. l. hostes. ff. de capti. & postlim. reuer. Innocen. in d. c. olim. i. de restit. spoliar. & in d. c. sicut, de iure iur. Bald. in l. 2. num. 71. C. de seruit. & aqu. Afflict. in §. fin. hic finitur lex. Marti. Garr. in tract. de bello. Franc. Marc. quæst. 456. num. 42. Damhaud. in pract. crimin. Rub. de bello, ubi omninò vide, Iacob. de S. Georg. in verb. & promiserunt, num. 10. ubique ferè septem belli species referunt. Breuiter, bellum quod pro defensione propria suscipitur, aut rerum suarum, aut recuperandis rebus ablatiis, pro defensione patriæ, aut ciuitatis suæ, aut cõtra subditos rebelles: & omnium maximè, quod geritur contra infideles Turcas, perpetuos fidei Christianæ hostes, iustum & licitum est, de quibus omninò vide [Bald. consil. 439. per tot. vol. 5. incip. ad bellum iustum.] Inno. & Bartol. ubi supra. Et in huiusmodi bello militare nõ est peccatum, sed propter prædam militare delictum est, text. in c. 1. & in c. militare. 23. quæst. 1. & in c. noli existimare, text. notab. in c. quid culpatur, ead. caus. & quæstio. Iustum t bellum definitur, quod ex edicto geritur de rebus repetendis, aut propullandorum hominum causa, text. in c. 2. & c. 3. 23. q. 2. l. 3. §. cum agitur. ff. de vi & vi arm. Idem Cic. lib. 1. Offic. testatur, dicens, nullum bellum esse iustũ, nisi quod aut rebus repetitis geritur, aut denunciatum ante sit, & indictum. Bal. in d. l. 2. C. de serui. & aqua. ubi de armorum detestatione siue denunciatione, diffidationem vocant (vulgariter Abfassung) scribit, quod illa bellum præcedere debeat, nam detestatio est denunciatio facta cõtestatione, text. in l. detestatio. ff. de verbor. signific. Apud

† Romanos mittebatur Fecialis cum patre patrato, & morz querebantur, quæ bellandi furorem temperarent. Sed † quantumuis bellum iustum sit, tamen pax, etiam iniqua, bello præferenda est, præsertim inter Christianos, nam

42

43

Nulla salus bello, pacem te quarimus omnes.

Virg. lib.
II. Aeneid.

Præsertim incipias, iam plus nocuisti patriæ, quàm sis profuturus victor: exhaustis civium opes, luctu funestas domos, omnia latronibus, furibus, stupratoribus implet. Has enim reliquias parit bellum, ita præclare declamat Eras. in dicto Adagio, dulce bellum inexpertis, belli calamitates: vbi omnino vide de commodis pacis, & incommodis belli. Adde illud Luca. lib. I. de bel. ciuil.

Heu quantum terra potuit pelagijs, partri.

Hoc, quem ciuiles hauserunt sanguine dextra.

gloss. in l. i. C. publicæ lætitiæ, lib. II. in verb. si desinunt, vbi dicitur, quod bellum perditionem animæ, corporis, & substantiæ inducat, per tex. in Authen. de armis. §. I. & §. si autem inter. Et propterea Diui Imperatores tam sollicitè animum ad pacem in Imperio conseruandam intenderunt, vitæ necisque pœnas in violatores & turbatores pacis publicæ statuentes, vt ex ipsis Constitutionibus perspicuum est. Et hæc obiter, tametsi extra propositum hic notare volui, sicut & illud, quod inter † pacem & treugã, siue inducias, hoc discriminis sit, quod pax sit perpetua, treuga verò pax temporanea, quando securitas præstatur rebus & personis ad tempus, discordia nondum finita, glo. in c. I. de treuga & pace, in verbo, treugas, Doct. ibid. Ias. in l. cum proponas, la. 2. num. 6. C. de pact. vbi dicit, pacem esse finem discordiæ perpetuò duraturum: Treugam verò pacem ad tempus. Aulus Gell. lib. I. cap. 21. variè definit inducias, & refert Varronem inducias festiue belli ferias vocasse. Item † pax dicitur rumpi, si ex veteri causa sequatur offensio: secus si ex noua causa fiat offensio, quo casu pax non dicitur rumpi secundum communem opinionem Doct. Deci. conf. 380. nu. 2. incip. conclusio, vbi communem dicit, & consil. 321. nume. 7. incip. ac-

44

45

cur ac

curatè & diligenter. [Roman. consil. 258. nume. 5. incip. in casu proposito. vbi dicit, promissionem de non offendendo, habere tacitum intellectum, rebus sic stantibus, & noua offensione non superueniente, per allegata ibid.] Bartol. in l. aut facta, §. causa, num. 1. ff. de poen. Ias. in l. qui seruuum, num. 2. de verbor. obligat. Alexan. in l. qui insulam, num. 5. ff. eod. tit. vbi dicunt, illud perpetuè menti tenendum, & quòd in dubio præsumatur offensio facta ex noua causa, idque tanquam aureum nunquam obliuioni tradendum, Alexand. consil. 115. nume. 7. volum. 4. incip. viso themate. & consil. 19. num. 2. volum. 1. incip. viso processu causæ. Idem in l. semel mora, num. 3. ff. solu. matrimo. Roman. consil. 183. num. 1. incip. in casu proposito dicendum. vbi omninò vide. Hippol. singul. 503. incip. ex pace. Bald. in c. 1. num. 2. de pace tenen. Ratio, quia, [vt dictum est, promissio intelligitur facta cum clausula, rebus stantibus, & quia] non seruati fidem, non est seruanda fides, gloss. & Doct. in d. l. cum proponas, per illum text. & notata sup. cap. 4. quemadmodum ex noua causa contraueniens transactioni, vel sententiæ, non dicitur contrauenire transactioni, vel sententiæ, text. in l. si de certa. C. de transact. & in l. cum queritur. ff. de except. rei iudic. Bartol. in d. §. causa. An autem si idem in treuga receptum sit, quòd videlicet ante tempus finitum induciæ ex noua causa rumpi possint, variant Doct. opiniones, vide Ias. in d. l. qui seruuum, latè in vtranque partem, & Nicolz. Moronum in tract. de treuga & pace. quæst. 112. & quæst. 118. magis communis videtur, quòd idem sit in treuga, ne mora auferat offenso defensionis oportunitatem, & quia vtroque casu agitur de obseruantia contractus, in quo æqualitas obseruanda est, per text. in l. quæro. §. inter locatorem. ff. locat. Bart. ibid. Dec. d. consil. 531. nu. 7.

CAP. V.

De mandatis sine clausula, & vtrum in
causis fractæ pacis decer-
ni possint.

SFM-

S V M M A R I A.

- 1 Mandata sine clausula iustificatoria ipso iure nulla sunt.
- 2 Alexander Magnus accusatori vnam, teo verò alteram aurem prabuit.
- 3 Innocens nemo esset, si accusare sufficeret.
- 4 Iudex vtraque partem audire debet.
- 5 Christus citauit Adam post lapsum.
- 6 Iudicium à citatione incipere debet.
- 7 Bonus quilibet presumitur.
- 8 Iudex non seruans ordinem iuris, pro priuato habetur.
- 9 Iustitia administratur, quando ordo iuris obseruatur.
- 10 Mandata sine clausula, in quibus casibus iudex decernere debet.
- 11 In casibus omni iure prohibitis citatio non requiritur. & num. 12.
- 12 Citatio cur necessaria sit regulariter.
- 13 Mora quando periculum adfert, recedi potest à regulis iuris communis.
- 14 Testis infirmus à iudice incompetente examinari potest absque citatione partis.
- 15 Mandata sine clausula, an in causis fracta pacis decerni possint.
- 16 Mandata sine clausula decernuntur in causis pignorationum.
- 17 Pena commensuranda delicto.
- 18 Accessorium non debet esse potentius suo principali.
- 19 Mandata cum clausula per comparitionem partis resoluentur in vim simplicis citationis.
- 20 Differentia inter mandata pignorationis, & alia mandata.
- 21 Pignorationes omni iure sunt prohibita.
- 22 Omnis fracta pax est vis publica, sed non contrà.
- 23 Mandata arctiora sine clausula, quando in causis fra-

Et pacis decerni possunt.

25 *Carcerari nemo debet ex causa civili.*

26 *Accessorium quando non sequatur naturam sui principalis.*

27 *Mandatum sine clausula quando rescindendum. & no-
me. 28.*

29 *Rescripta Principis habent tacitam clausulam, si precibus
veritate nitantur.*

*Subscriptio Principis veritatem precum probat, vel
eius Cancellarij, qui olim Quaestor sacri Palatij dictum
ibid.*

- 1 **M**ANDATA † sine clausula iustificatoria regula-
riter ipso iure nulla sunt, quia ab executione non
est inchoandum, text. in l. si cum nulla. ff. de re iu-
dic. & in l. i. C. de execut. rei iudic. text. in l. nec quicquā.
§. vbi decretum. ff. de offic. procons. & leg. & in l. nam ita
Diuus. ff. de adopt. & in l. de vnoquoque. ff. de re iudicā.
Doct. in l. de pupillo. §. meminisse. ff. de nou. oper. nunci.
præclare Angel. in §. curare, num. 10. Instit. de actio. text.
in l. prolatam. C. de senten. & interloc. omn. iudic. Et Se-
neca in Medea piè dixit, eum, qui statuit aliquid part.
inaudita altera, æquum licet statuat, haud tamen æquum
esse. Alexander quoque † Magnus, initio cum in causis ca-
pitalibus sederet iudex, accusatori alteram aurem occlu-
debat: rogatus cur id faceret, alteram, inquit, integram
seruo Reo. Vnde illud distichon:

Cur geminas homini concessit Iupiter aures?

Posit ut hac laesis, illa patere Reis.

- 3 Nam si † accusare sufficit, quis innocens erit? ut Iulianus
Imperator cuidā calumniatori præclare respondit: nam
eum peculatus reo, qui crimen negabat, pro tribunali se-
deret, dicente accusatore: Quis vllius criminis proptas da-
bit, si Reo inficias ire proderit? Respondit, & quis insons
erit, si accusatori, crimine non probato, fides habeatur?
quæ Iuliani Cæsaris sententia singulariter memoriæ com-
mendanda est, præsertim istis exulceratissimis temporibus

Dus in castra obrectatorum & spurcissimorum Palparum frequentia, qui

Vanos circum palatia fumos,

Vendunt, vt cum Martiale loquar, & sæpissimè innocentes inauditos apud Principes in summum discrimen vitæ & bonorum adducunt: nam

Lingua pars pessima seruis.

vt inquit Iuuenal. Satyr. 9. & Ouid. Epist. 19. Heroid.

Currens infelix absens agor? Et mea cum sit

Optima non vilo causa tuente perit.

Boni igitur Principis, & cuiuscunque iudicis officium est, vt ranque partem benignè priùs audire, quàm iudicare, & condemnare, non præcipitare iudicium, neque ab executione, sed à citatione, & causæ cognitione incipere, maximè in famosis & criminalibus causis, vbi de honore & vita agitur: idque exemplo Dei, qui t̄ etsi notum haberet lapsum Adæ, tamen eum inauditum condemnare noluit, sed ad se priùs vocauit, Adam, inquiring, vbi est vt legimus Genesi cap. 3. c. Deus omnipotens. 2. q. 1. Clem. pastoralis, de re iud. text. notab. in c. nullum ante. & in c. iudicantem. 30. quæst. 5. tex. in l. fin. C. de accusat. cum alijs iuribus infra allegatis. Et t̄ iudicium ab ea parte, quæ est de in ius vocando, incipere debet, tex. in §. fi. Inst. de poen. tem. litig. et in l. 1. ff. de in ius voc. tex. elegans in l. iudices, cum Authen. sequen. C. de iudic. & in c. forus. §. iudex, de verbor. signific. text. in d. l. de vhoquoque. & in d. l. nam ita Diuus. item homo t̄ præsumitur potiùs bonum facere, quàm malù, cum sit animal rationale, naturæ enim bona est à suis principijs, & qualia sunt principia, talia præsumuntur principiatæ, quò fit, vt quilibet præsumatur bonus, tantisper, donec contrarium probetur, per textum in c. final. de præsumpt. gloss. ibidem, in verbo, præsumatur, cum concordantibus ibid. allegatis. Natta consil. 597. nume. 24. volum. 3. incip. prætermisso. Si igitur iudex tam in civilibus, quàm criminalibus causis à præcepto, & mandato sine clausula incipiat, tale præceptum & mandatum ipso iure nullum est, vt initio dixi, aded, vt

- impunè contemni & sperni possit, text. not. in l. prohibi-
tum est, C. de iure fisci, lib. 10. gloss. ibid. in verbo, resiten-
tibus, tex. in l. omnes iudices, C. de decurion. eod. lib. tex.
in c. conquerente, de restitut. spoliat. & in l. 3. §. fina. ff. de
eo quod met. caus. tex. in l. factum. ff. de regul. iur. Bartol.
in d. l. 1. C. de execut. rei iudic. Angel. in d. §. curare. Instit.
de actio. Felin. in c. dilectus, num. 1. de rescrip. & in c. cum
causa, nu. 2. de offi. deleg. Hippol. sing. 354. incip. in dubio.
Deci. consil. 200. num. 1. incip. in casu proposito. ubiq; di-
cunt, iudicem, † non seruato iuris ordine, procedendo,
priuatum reputari, & spoliatum à tali iudice ante omnia
restituendum, d. l. factum. & d. c. conquestus, tex. in l. me-
minerint, C. vnde vi. & in c. conquerente, de restit. spolia.
Panorm. ibid. nu. 3. Boer. decis. 238. nu. 4. non enim iudicis
nomine dignus est, si non est in eo iustitia, text. in d. c. fo-
rus. Iustitia autem fieri dicitur, quando iuris ordine ser-
uato proceditur, & litigatores causæ suæ merita explican-
tes patienter audiuntur, tex. in d. l. iudices, cum Auth. seq.
C. de iudi. Dec. conf. 483. nu. 1. & 2. incip. pro resolutione,
10 Dd. in l. prolatam, C. de sent. & interloc. om. iud. Sunt † ta-
men nonnulli casus, in quibus iudex à præceptis & mada-
tis pœnalibus sine clausula, iudiciū inchoare possit. Pri-
mò, si subit iustus armorū timor, vt sup. cap. prox. de man-
datis de auocanda militia diximus, per text. in l. equissi-
mum. ff. de vsufr. & in l. super possessione, C. de his qui ad
eccles. confug. II. Si res spectaret ad seditionem & tu-
multum, tex. not. in l. penul. ff. ad leg. Corne. de fizar. & in
l. nouum opus, ff. de oper. publ. & in l. denunciamus, C.
de his qui ad eccle. confug. III. Si mandatū decernatur
gratia vitandi scandalū, tex. not. in Clem. pastoralis. §. fin.
de sent. & re iud. & in c. cum olim, de cler. coniug. text. in
c. cum teneamur, de præb. & dign. gl. ibid. in verb. si nò po-
test, text. in c. super eo, de cognat. spirit. & in c. 2. de præ-
scrip. Feli. ibid. nu. 2. cum seq. vbi enumerat 33. casus, qui-
bus pro euitandis scandalis receditur à regulis iuris com-
munis. III. Si casus cōcernat utilitatem & pacem pu-
blicam, tex. in c. in nostra, de iniur. & in l. conuentionū, in
fi. ff. de pact. Hippo. in præct. crim. §. aggredior, nu. 61. cum
seq.

feq. vbi multa exempla & priuilegia publicę vtilitatis re-
 fert. V. Aut damnũ irrecuperabile, text. in l. 1. §. 6. & in
 l. solet. ff. de ferijs. VI. Vel si periculum sit in mora, vt
 in edicto noui operis nunciationis, text. in l. de pu-
 pillo. §. si riuos, versicu. prętereā. ff. de noui oper. nuncia.
 tex. not. in l. 1. ff. de exercito. actio. Prędictis enim casibus
 licitę a dispositione iuris communis receditur, per iura
 allegata. VII. Generaliter iudex a pręcepto incipere po-
 test, quoties t casus omni iure reprobatus, & prohibitus 11
 est, vel factum, super quo mādatur sine clausula iustifi-
 catoria petitur, tale sit, quod nullo iure comprobari que-
 at, tunc licitę probeque mandata sine clausula decernun-
 tur. Exempli gratia, si pręceptum fieret super eo, quod al-
 tera parte pręsente, & inuita concedendum foret: nam
 quoties t actus explicari potest inuito pręsente, tunc po-
 terit etiam eo absente ignorante, & non citato confici, per
 text. in l. 1. & in l. 4. §. illud videamus. ff. de fideicommissi.
 liber. tex. in l. qui potest inuitis. ff. de reg. iur. & in l. recu-
 sare. ff. ad S. C. Trebell. Ias. in l. rescriptum, nume. 4. ff. de
 pact. Alexand. in d. l. de pupillo. §. meminisse, num. 4. Ias.
 in d. l. nec quicquam. §. vbi decretum, num. 7. Angel. in d.
 §. curare, num. 10. pulchrę Hippol. sing. 30. per totum, in-
 cip. tu scis. Maran. par. 6. tit. de citatio. num. 5. Felin. in c.
 cū olim, num. 11. de senten. & re iudi. Paris. consil. 1. nu-
 me. 33. volum. 1. vbiq̄ dicunt, non opus esse citatione,
 quando certum est, absenti nullam competere actionem,
 per iura allegata. Et sic in talibus casibus cessat ratio d. l.
 nam ita Diuus. ff. de adopt. & d. l. de vnoquoque, cum si-
 milib. Citatio t enim ad eum potissimum effectum ne-
 cessaria est, vt is, qui sua interesse putauerit, comparere,
 seque defendere possit, d. l. de vnoquoque. ff. de re iudica. 12
 & d. l. nam ita Diuus. ff. de adopt. text. in l. si quando, C. de
 testib. quę defensio cū sit iuris naturalis, nemini dene-
 gari debet, tex. in Clem. pastoralis. §. ceterum, de re iudi.
 & in d. l. de vnoquoque, Maran. d. tit. de citatio. nu. 1. cum
 sequen. si igitur pręsens & citatus non potest impedire
 actum, neq; mādatur, & pręceptum iudicis vergat in
 pręiudicium eius, cui mādatur, vt in mandatis de non

- offendendo, & superioribus casibus rectè citatio omitti potest, & præceptum valet, quia, ut dixi, cessat ratio prohibitiua, per text. in d.l. æquissimum. ff. de usufruct. & in l. si super possessione. C. de transact. & in d.l. denunciamus. C. de his qui ad eccle. confug. & alijs in t casibus,
- 14 ubi periculū est in mora, remittitur dispositio iuris communis, & à regulis prohibitiuis receditur, quia mora malorum sæpè dat causas, per text. in d.l. 1. & in d.l. solet. ff. de feriis. & in d.l. de pupillo. §. si quis riuos. Roma. ibid. num. 1. & 3. Alexan. num. 1. Ias. num. 1. glos. in l. fin. in verb. fideiussionis. C. de ferijs. Alex. in l. filiusfam. §. Diui. num. 9. in fin. ff. de lega. 1. vbi Imo. nu. 9. & alij, materiam mandatorum sine clausula tractant. Doct. vbi supra. Hinc
- 15 est, quòd t testis infirmus à iudice incompetente examinari possit, parte altera non citata, quia periculum in mora, & iniquum foret actorem probationem sine sua culpa amittere. Bart. in l. admonendi, num. 41. ff. de iureiur. Ias. ibid. in repet. num. 183. Alexan. in l. hac consultissima. §. si quis autem, nu. 3. C. de testam. Maran, d. titu. de citatio. nu. 29. Felin. in c. 2. num. 13. de test. text. not. in l. 1. ff. de exercitio. glo. ibid. in verbo, locus, tex. in l. 1. §. meritò. ff. de pos. si. Et hæc infinitis exemplis comprobari possunt, præter casus supra commemoratos. Istis utiliter præmissis, queritur, an in t causis fractæ pacis vnà cum citatione, mandata quoque de relaxandis captiuis, vel restituendis rebus ablatis sine clausula offenso concedi possint? Quid obstarè, nam t in causis pignorationum, (pfandungs sachen) vnà cū citatione ratione turbatæ possessionis, mandatum de relaxandis captiuis, vel restituenda re pignori capta sine clausula iustificatoria decernitur, ut dixi in tracta. pign. Obser. 13. cur non idem in causis fractæ pacis obtinere debet ne meliore loco sit pignorator, quàm turbator pacis publicæ, qui grauius peccat: necesse enim est, teste Horat. Serm. lib. 1. Satyr. 3. ut

Adfit

Regula peccatis, qua penas irroget æquas.

- 16 Nam t poena commensuranda delicto est, & qui grauius peccat.

peccat, grauius puniri debet, text. in c. foelicis. §. pramif-
 fis, de poenis, in 6. & in l. leuia. ff. de accusatio. & in l. 1. §.
 unde queritur. ff. de publica. & vectigal. tex. in Auth. om-
 nes peregrini. C. commu. de success. & in l. 1. §. sed & qui.
 ff. de abige. Hippol. ad l. fin. num. 48. ff. ad leg. Corn. de si-
 car. & in l. is qui cum telo, nume. 2. C. eod. tit. Facit quod
 scribitur Deuter. cap. 25. Pro mensura peccati erit plaga-
 rum modus. Mea quidem sententia regulariter in causis
turbatae pacis publicae, mandata sine clausula impartiri
non possunt. Ratio, ne t accessorium potentius sit suo
 principali, quod concedendum non est, etiam si dignius
 sit, tex. in l. Græcè. §. illud. ff. de fideiussoib. & in Clem. 1.
 in fin. de przb. text. in l. & si non sunt, aliàs incip. cum au-
 rum. §. perueniamus. ff. de aur. & arg. leg. & in §. si tamen.
 Instit. de rer. diuis. Hippol. sing. 17. nu. 6. incip. accessoriū.
 Gab. Saray. ad Matthei. singu. 110. nu. 71. incip. nota vnā.
 Cum igitur citatio super turbata pace publica principa-
 liter fundet iurisdictionem Camere, & huiusmodi man-
 data de relaxando accessoriè veniant: consequens est, ali-
 ter quàm cum clausula decernenda non esse, cuius t clau-
sula iustificatorix effectus est, vt comparitione partis ta-
lia mandata in vim simplicis citationis resoluantur, idq;
 secundum recepram in Camera, & communem Doct. o-
 pinionem. Bar. in l. 1. num. 3. C. de execut. rei iudi. Alex. in
 d. l. de pupillo. §. meminisse, nume. 8. Ias. in d. l. nec quic-
 quam. §. vbi decretum, num. 6. vbi magis communem di-
 cit, vide supra Obser. lib. 1. Obser. 19. His non aduersatur,
 aliter in processu super Constitutione pignorationis ob-
 seruari, tum quia lex Imperij ita scripta est, argumen. l.
 prospexit. ff. qui & à quib. tum quòd in eo processu vtrun-
 que, puta citatio super facta turbatione, & mandatum de
 relaxando vel restituendo pignore, æquè principaliter
 decernatur, ita vt nihil accessoriè veniat. Præterea t pig-
norationes omni iure prohibita sunt, tex. in Auth. vt non
fiant pignoratio. & in Auth. vt nulli iudic. §. quia verò,
 tex. in c. vnico, extra, de iniur. libr. 6. nemo enim alterius
 odio pregrauari debet, vulg. c. non debet, de reg. iur. in 6.
 cum concord. & ideo valet mandatū sine clausula in pi-
 gno-

gnorationibus, per iura supra allegata: at secus est in causis fractæ pacis publicæ, vbi directò ad pœnam pacis violatæ in Camera agitur: alia verò mandata accessoriè veniunt, & iure quodam connexitatis conceduntur, vide de materia connexorum infra eod. cap. sequen. Et licet turbatio ꝑ pacis publicæ omni quoque iure prohibita sit, toto tit. de pace tenen. & eius violat. & toto tit. de pace tenen. & iuramen. firman. tamen causa cognita prius discuti debet, an sit commissæ publicæ violentiæ contra editum pacis publicæ, text. in l. qui sententiam. C. de pœn. & in l. fina. C. si per vim, vel alio modo, cum iuribus infra allegatis: quia non omnis vis publicæ, est fracta pax, licet è diuerso, turbatio pacis, sit vis publicæ, vt infra eodem libro, cap. 7. dicam. Ergò in primis audiri debet citatus, cur talem publicè comprehensum in carceres coniecerit, text. nota. in c. qualiter & quando, el. 2. §. debet igitur, de accusat. text. in l. si accusatoribus. & in l. absentem. C. eod. tit. text. not. in l. vnus. §. cogniturum. ff. de quæstionibus. & in l. absentem. ff. de pœnis. quæ ratio cessat in causis pignorationum, vbi reus innocens, vel subditus alicuius, nullo suo merito, sed ob alterius controuersiam, pignori accipitur, & captiuus abducitur, quòd nullo iure iustificari potest, & ided valet præceptum iudicis de relaxandis captiuis, vel restituendis pignoribus, per iura supra allegata. Regulariter igitur in causis fractæ pacis, vnà cum citatione mandata sine clausula decerni non possunt, ob rationes prædictas. Et ita in Camera obseruatur, postquam verò mandata in causis fractæ pacis decreta, parti insinuata, & in iudicio reproducta sunt, iudexque in puncto mandati de innocentia captiui cognouerit, licetè arctiora mandata sine clausula concedit, maxime ex causa ciuili capto, idoneamque cautionem offerenti. Nemo enim ꝑ ex causa ciuili in carceres conijciendus est, præsertim si idoneè cauere velit, text. in l. non est singularis. ff. de regul. iur. Bartol. in l. cum eo, num. 2. ff. ad leg. Iuliam peculat. Panormitan. in c. 2. numero 3. de pignoribus. Iason in §. 1. nume. 72. cum sequen. Institut. de actio, & malitijs hominum non est indulgendum,

dum, text. in l. in fundo. §. constituimus. ff. de rei vendica.
 Ad hæc, vt hoc obiter dicam, accessorium ꝑ non sequitur 26
naturam sui principalis, quando non est eadem ratio in
 accessorio, quæ est in principali, per text. in l. ex placito,
 C. de rerum permutat. & in l. & si is. C. de præd. minor.
 text. in l. stipulatio. §. alteri. ff. de verbor. obligat. Hippol.
 d. singu. 17. num. 3. Mantua singu. 295. num. 1. Quod si abs- 27
 que citatione ꝑ mandatum sine clausula principaliter pe-
 tatur, tunc si narratio oblatarum precum talis sit, vt su-
 per facto omni iure prohibito cõcludat, & persona, con-
 tra quam petitur mandatum, immediatè Imperio subie-
 cta sit, potest licitè mandatum petitum decerni, quia talè
 casu fundatur iurisdictio Cameræ ex Ordinatione par. 2.
 titu. 23. & iura communia præceptum admittunt, vt ini-
 tio dictum est. Potest autem ꝑ is, cui mandatur, falsita- 28
 tem narratorum reproducto iudicialiter mandato alle-
 gare, & docere, quo facto, mandatum rescinditur, con-
 demnato impetrante ad refusionem expensarum, quod
 in Camera frequenter factum memini, per text. in c. se-
 des, & in c. si quando, de rescript. text. in l. vniuersa. C.
 eod. titu. & in l. etsi legibus. C. si contra ius vel utilit. pub-
 lic. Habent enim omnia ꝑ Principis rescripta & manda- 29
 ta tacitam illam conditionem, Si preces veritate nitan-
tur, per text. in c. 2. de rescript. & in c. super literis, eo. tit.
 gloss. ibid. in verbo, literas, text. in d. l. etsi legibus, & in d.
 l. vniuersa. Hippo. singu. 153. num. 1. incip. clausula, vbi di-
 cit, virtute huius tacite conditionis & clausule pœnam
 comminatam in suspenso esse tantisper, donec de verita-
 te vel falsitate narratorum doceatur. Canonist. plenè in
 d. c. super literis. [Ad veritatem precum plurimum facit
 subscriptio summi Principis, eiusque Cancellarij, qui o-
 lim Questor sacri Palatij dicebatur, teste Cuiacio, ad l. fi.
 C. de petitiõ. bono. subla. lib. 10. Is enim petitionibus sub-
 scribebat his verbis QUESTOR LEGI, quem morem
 adhuc hodie in Aula summi Principis, puta Imperatoris
 obseruari videmus. Nam Imperator primò precibus
 subscribit, postea ad confirmationem rescripti, eius Can-
 cellarius siue Questor sacri Palatij his verbis: VIDIT

D 5 N. que

*Cancellarius
 Questor palatii
 olim dicitur*

N. quod antiquitatis veneratione obseruandum est, & hic obiter annotare volui.]

CAP. VI.

Quod mandata cum clausula iustificatoria, vnà cum citatione super fracta pace, in Camera decerni possint.

S V M M A R I A.

1. Mandata cum clausula in Camera vnà cum citatione super fracta pace, decerni possunt.
2. Continentia causarum diuidi non debet.
3. Multa in consequentiam conceduntur, qua alias forent prohibita.
4. Actus secundarius regulatur à primitiuo.
5. Connexitas vnitatem operatur, & connexorum idem iudicium.
6. Mandata, de relaxando, & restituendo, quando absq; citatione in Camera obtineri possint.
7. Cumulatio poenarum iuris communis cum poena fracta pacis in Camera admittitur.
8. Sed non coram iudice ordinario, qui Bannam irrogare nequit.
Cumulatio diuersarum actionum quando, de iure communi locum habeat. ibid.
9. Solum Caesar, vel Rex Romanorum, aut Camera Bannam Imperialis poenam infligunt.
10. Princeps, Comes, vel Baro, an tantum possint in sua ditione, quantum Imperator in Imperio.
11. Ciuitates Imperiales libera iura Principis habent.
12. Inferior à Principe summo an bannire aliquem possit.
13. Interdicere qui eam tantum prouinciam potest, quam regit.

- 24 *Bannum Imperij ubiq; se extendit.*
- 25 *Habens merum & mixtum Imperium potest proſcribere & relegare.*
- 26 *Mandata cum clauſula quandò immediate in Camera decernantur abſq; citatione.*
- 27 *Mayor 25. annu connexitatis ratione vititur priuilegio minoris.*
- 28 *Laicus cum clerico ob. maleficium captus, an ad iudicem Eccleſiaſticum remittendus ſit.*
- 29 *Laicus poſidens rem communem cum Eccleſia vititur priuilegio preſcriptionis centenaria.*
- 30 *Laicus cum clerico heres. inſtitutus ſortitur forum Epiſcopi.*
Priuilegium ad familiam priuilegiati extenditur.
ibid.
- 31 *Actus collegialiter geſtus ab habilibus & inhabilibus ſuſtinetur.*
- 32 *Mulier naturalis nupta. viro naturali & legitimo, reputatur legitima.*
- 33 *Vxor ſequitur forum viri, & conuſcat radijs mariti, & m. 24.*
- 34 *Per alium quis aliquid conſequitur, quod per ſe conſequi non poſſet.*
- 35 *Iuriſdictio delegata extenditur ad connexa.*
- 36 *Domo vendita, & hortus debetur.*
- 37 *Caſtro in feudum conſeſſo an munitiones conſeſſa videantur.*
- 38 *Pertinentia quomodo conſtituantur.*
- 39 *Subſtitutio dubia ex inſtitutione accipit interpretationem.*

QUAMVIS ſi ſola qualitas ruptæ pacis publicæ Camere iuriſdictionem fundet, tamen alij quoque proceſſus acceſſoriè, vnà cum citatione ſuper fracta pace probè ibidem decernuntur, putà mandata.

CUR.

cum clausula de relaxandis captiuis, ampliùs non turbando, & restituendo: quæ quidein mandata principaliter, & separatim à citatione, deficiente iurisdictione, concedenda non forent: et sic obliquè permittitur, quod directò obtineri non posset, contra regulam l. si. C. de vsur. rei iudic. text. in c. cum quid vna, de regu. iur. in 6. lal. in l. cætera. §. item quæri. ff. de lega. i. num. 10. Sed hoc fit con-
 2 nexitatis, & continentiz causæ ratione, nè illa iniquè & incommodè diuidatur, iuxta l. nulli. C. de iudic. & in l. i. ff. de quib. reb. ad eund. iudic. ea. gloss. ibid. in verbo, eundem.
 3 Multa enim in consequentiam conceduntur, quæ aliàs principaliter non concederentur, per text. in l. i. ff. de auth. tut. gloss. ibid. in verbo, accommodare. Bart. ibid. num. 1. text. in l. quod dicimus. ff. eod. titu. text. in l. si vnus. §. illud. ff. de pact. text. in l. si is qui duos. ff. de liber. legat. & in l. non solùm. ff. de resti. in integ. text. in l. & per iurandum. §. etsi fideiussori. ff. de acceptilat. glo. in c. per venerabilem, in verbo, habebat, circa finem, qui filij sint legit. Socin. senior in l. in conditionibus, nu. 2. ff. de condit. & demonstrat. Deci. consil. 698. num. 9. incip. in causæ legitimacionis, text. in l. quoties. C. de iudic. pulchrè Iason ibid. num. 10. maxime si tale sit consequens, quod principale negotium concernit: quo casu per consequentiam licet, quod directò prohibitum est, per iura allegata, ut pulchrè explicat Barto. in d. l. i. nume. 1. ff. de auth. tuto. vbi omninò vide: quia tunc inspicimus quid principaliter, non quid per consequentiam agatur, iuribus iam allegatis. Et regulariter accessorium sequitur naturam sui principalis, c. accessorium, de regu. iur. in 6. l. cum principalis. ff. eod. titu. text. in l. eos. C. de vsur. & in l. i. & in l. 2. ff. de peculio legato. & clausulæ accessoriz recipiunt ex principali fomentum, text. in l. ex pupiliari. ff. de vulg. & pupil. gloss. in l. si pacto quo pœnam. C. de pac. in verbo, solennem. Iason ibid. nume. 7. Bald. in l. etiam, in fin: C. de iur. dot. Roman. consil. 11. num. 4. incip. quæstio consultationis. Panorm. in c. si quis contra, num. 2. in prima lectura, de for. compet. Hippol. in pract. crimin. §. oportunè, num. 66. Item actus secundarius regulatur a primitiuo. Dd.

tiuo. Dd. in locis suprà allegatis. Præterea t̄ connexitas
 operatur, vt vnitas censeatur: nam connexorum idem est
 iudicium, quo fit vt idem iudicemus de cōnexo, quod de
 principali, text. in c. translato, de constitutio gloss. ibid.
 in verbo, quod de vno, & communiter Canonista, tex. in
 c. inter ceteras, de rescript. & in l. arbor. ff. communi di-
 uid. text. in l. quæ religiosis. ff. de rei vend. & in l. proinde,
 la. i. ff. ad l. Aquil. Hippo. sing. 251. num. i. incip. connexo-
 rum. Ergo ratione continentia: causarum prædicta man-
 data de relaxandis captiuis, amplius non turbando, & re-
 stituendo, vnà cum citatione super fracta pace in Cama-
 ra in consequentiam obtineri possunt, quæ aliàs per se, &
 principaliter absq; citatione deneganda forent, cò quod
 connexa, habeantur pro indiuiduis, & vnitatem operen-
 tur, per iura allegata. Fallit t̄ secundò, quando actor in
libello supplici factum, super quo talia mandata petit,
 Constitutioni pacis publicæ conformat, putà quod vio-
 lenta, & armata manu, hominibus coactis, per insidias,
 dolo malo, & de industria captus sit, aut rebus suis simili
 modo vis illata, vel bona ablata sint: quo casu, cùm iuris-
 dictio Camere super huiusmodi narratis violatæ pacis
 fundata sit, meritò etiam absque citatione petita mādata
 immediatè supplicanti conceduntur, idq; ex Constitu-
 tione Diui Imperatoris Caroli V. titu. Das am Cam-
mergericht nit allein/ & Ordination. titul. 9. §. 5. part. 2.
 permittitur. Potest enim t̄ offensus omiſsa pœna Banni,
 ad pœnas iuris communis agere in Camera, vel ad vtran-
 que simul: nam hanc cumulationem pœnarū iuris com-
 munis, cum pœnis ruptæ pacis, vel horum alterutrum
 separatim, dictæ Constitutiones permittunt, quæ omnia
 in factò & foro accuratè obseruanda sunt. De iure com-
 muni cumulatio diuersarum pœnarū permittitur, quan-
dò ex diuersis factis plures nascuntur actiones, quo casu
 vna actio, alteram non elidit, text. not. in l. nunquàm plu-
 ra. ff. de priuat. delict. gloss. ibid. in verbo, ob aliud, tex. in
 l. qui seruum. ff. de actio. & oblig. & in l. plura delicta. ff.
 eod. titu. text. in l. nunquàm actiones. ff. de regu. iur. & in
 l. licet.

I. licet. ff. nau. caupo. stabu. Secus est, si ex vno factó, plu-
 res nascuntur actiones, quia tunc cumlatio non admi-
 titur, nisi in id, quod plus esset in vna, quàm in alia, tex. in
 l. i. ff. vi bono. rapt. & in l. cum ex vno. ff. de act. et obl. glo.
 ibid. in verb. obtinuit, text. in l. quoties lex. §. i. ff. eod. &
 in l. 5. ff. nau. caupo. stab. gl. singularis ibi. in verb. con-
 tentus, tex. in l. pradia. ff. de act. empt. glo. notab. in §. si. in
 verb. contumit. Inst. si quadrup. pauper. fecit. dica. Bar. in
 l. 1. §. unde queritur, nu. 3. ff. de pub. & vectigalib. & in d.
 8. nunquam plura, nu. 3. Et t memoria in primis tenendū,
 hanc cumplationem pœnarum Banni, cum pœnis iuris
 communis in causis violatę pacis in iudicio Camerę Im-
 periali tantum obrinere: non autem coram iudice ordi-
 nario, quia vtrum conuentum ad pœnas iuris commu-
 nis, causa cognita, condemnare potest: at pœnam Banni
 inrogare nequit, deficiente iurisdictione. Soli tenim Cz-
terii, vel eo abente, Regi Romanorum, & Camerę Impe-
rialis Banni Imperialis competit, facit ad hoc tex. in l.
1. §. si quibus. ff. de leg. 3. vbi I. C. dicit, deportatos eos esse
accipiendos, quibus Princeps intulas annotauit, vel de
quibus deportandis scripsit: ceterum priusquam factum
preiudicis comprobet, nondum amississe quis ciuitatem vi-
deat, vide infra eod. lib. cap. 11. & libr. 2. cap. 1. Et licet t
 nonnulli Status Imperijus Banni quoad suos subditos
 sibi quoque vsurpent, per doctrinam Dd. quod quilibet
Princeps, Comes, vel Baro, tantum possit in sua ditione
quoad eorum subditos, quantum Imperator in Imperio,
 Bart. in l. infamem, nu. 14. ff. de publicis iudic. Felin. in c.
 que in Ecclesiarum, nu. 32. cum sequen. de constit. Alex.
 consil. 2. nu. 9. volum. 1. incip. visis codicillis. Castren. sin-
 gulariter, quem omnes referunt, consil. 34. num. 1. & nu. 5.
 verfic. concluditur, volum. 2. incip. super primo dubio.
 Socin. senior consil. 66. nu. 12. vol. 3. incip. visa donatione.
 Soc. iunior consil. 98. num. 1. volu. 3. incip. consideratis his
 vbi magis communem dicit. Curt. iun. consil. 61. nu. 9. in-
 cip. habita diligenti consideratione, vbi communem di-
 cit. Iaf. consil. 103. num. 2. volum. 4. incip. pro veritatis. Zal.
 consil. 1. nu. 11. volum. 2. Schurff. consil. 18. nu. 2. cent. 3. incip.

Quzdam

Quædam communitas. Natta cons. 454. nu. 19. vol. 3. incip. quod serenissimus, vbi que ex hoc multa inferunt: idem que extendunt tad liberas ciuitates, vt sunt ciuitates libere Imperiales, die freie Reichs Stette/ quod etiam illa iura Principis & potestatem legis condendæ habeant, & tantundem in sua Republica possint, quantum Imperator in Imperio, per tex. in l. prohibere. §. plane, cum §. sequen. ff. quod vi aut clam. Barto. in d. l. infamem, num. 14. & in l. 1. C. de bon. vacan. libr. 10. & in l. 1. §. de qua re. ff. de postul. Alex. in l. 4. nume. 24. ff. de re iudic. Deci. consi. 357. num. 1. incip. primò videndum, vbi communem dicit, & consil. 534. num. 2. incip. procedendo breuiter, & consil. 4. num. 2. incip. & pro tenui. Bal. consi. 407. num. 6. vol. 5. Afflict. decif. 361. nu. 5. Panormit. in c. quibusdam, num. 2. de verb. sign. vbi dicit, ciuitates posse reueruata Principi tempore immemoriali præscribere, quem ad hoc omninò vide, per text. in c. super quibusdam, §. præterea, de verbor. signifi. text. in c. 1. §. fin. de præscript. in 6. & in l. hoc iure, §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æsti. Ang. ibid. & in l. 1. §. si. cum l. seq. ff. de aq. plu. arcen. Dd. in l. imperium. ff. de iurisd. om. iud. Natta consi. 636. num. 5. vol. 3. incip. multa sunt. Feli. latè ad rubr. de præscrip. nu. 3. cum seq. licet, inquam, inferiores à summo Principe, vel Ciuitates libere Imperiales Bannum quoq; irrogent: tamen talia Banna ultra eorum territoria non extenduntur, quia eorum iurisdictionis territorio limitatur. Barto. in l. hostes, nu. 1. ff. de rapti. & postli. reuer. & in Tractatu Bannitorum, num. 9. Bald. in l. 1. num. 4. C. de hæred. institu. Panorm. in c. fina. num. 13. de foro competen. per iura infra allegata, & idem non Banna, sed proscriptiones, deportationes, & relegationes proprie appellanda sunt; per text. in l. relegatorum. §. interdicere. ff. de interd. & relegat. vbi dicitur, quod t interdicere quis possit eam provinciam, quam regit, aliam non possit, facit text. in l. fina. ff. de offic. præfecti vrbis, text. in l. 3. ff. de offic. præsid. text. in l. 1. & l. 2. ff. de offic. procons. vide Nellum in tractatu de Bannitis, in secunda parte primi temporis, nume. 1. & d. l. 1. §. deportatos. ff. de legat. 3. gloss. in §. relegati. Institut. quib; mod;

- 14 mod. ius patr. potest. fol. At † Bannum Imperij quod à
 Cæsare, vel suæ maiestatis nomine à Camera Imperiali
 irrogatur, vniuersale est, propter vniuersalem Cæsaris
 iurisdictionem, quam in omnes omnium ordinum per-
 sonas, cuiuscunque dignitatis & excellentiæ, ex quo ha-
 berit: ita quòd ab Imperatore Bannitus, vbique terrarum
 in Imperio pro Bannito reputetur, & ab omnibus tan-
 quàm communis omnium hostis, impunè offendi pos-
 sit, text. in l. de precatio. ff. ad l. Rhod. de iac. & in l. benè à
 Zenone. C. de quad. prescript. gloss. ibid. in verb. omnia,
 gloss. in §. 1. in verb. rebellando. in fin. qui sint rebel. in ex-
 tra uag. vide infra eod. lib. Obseruat. 11. De iure communi
- 15 generaliter omnes † habentes merum & mixtum Impe-
rium, possunt in suis prouincijs delinquentes, tam ratio-
ne domiciliij, quàm ratione delicti, bannire, proscribere,
 & deportare, vt tenet Nellus loco allegato, & an tales
 banniti perdāt bona extra territorium sita, vide eundem
 Nellum in prima parte secundi temporis, num. 54. cum
 seq. Bart. in l. cunctos populos, in vlti. quaest. & Ias. in l. de
 pupillo. §. si in plurib. nume. 9. ff. de no. oper. nunc. quòd
 Banniti à ciuitate, perdant iura statutaria illius ciuitatis,
 sed non iura communia, per text. in l. certa forma. C. de
 iur. fis. lib. 10. Bart. in l. amissione. §. qui deficiunt, num. 1.
 ff. de cap. dimi. Bald. in d. l. 1. nu. 4. C. de hær. insti. secus est
in Bannitis ab Imperatore: quia tunc sunt hostes in vni-
uerso mundo, ita dicit Ias. in d. §. si in plurib. per l. 2. C. de
desertorib. & occultatorib. lib. 12. & per consequens per-
dunt omnia iura ciuilia Romani Imperij, d. l. certa for-
ma, non tamè iura gentium, vel naturalia, tex. in l. si man-
dauero tibi, §. is cuius. ff. mand. Barto. ibid. num. 1. & in d.
tractatu Bannitorum, num. 9. cum sequen. Bald. in d. l. 1.
 Ias. in d. §. si in pluribus, num. 9. Tertio fallit, quòd † man-
 data cum clausula in Camera absque citatione decerni
 queant, quandò reus immediatè subiectus est iurisdic-
 tioni Camerae: ita quòd ibidem in prima instantia conue-
 niri possit, idque per regulam vulgarem, quòd actor te-
 neatur sequi forum Rei, vulgata l. fina. C. vbi in rem act.
 De mandatis sine clausula dixi suprà cap. prox. Porro
 quoniam

Quoniam initio dictum est, connexorum idem esse iudicium, & materia connexitatis in iure nostro frequens, & in foro utilis sit, opere precium me facturum existimaui, si vltra prædicta quædam singularia exempla, licet extra propositum, hæc commodè subijcerem: non enim mei instituti est, ita me intra fines Constitutionis pacis publicæ continere, vt non liceat quandoque, occasione data, in latiore campum expaciari, & vela vento secundo, vtiliter explicare. Primo † itaque connexitatis vinculo efficitur, vt incapax gaudet beneficio capax: Exempla gratia, maior viginti quinque annis vitur priuilegio minoris, quæ ad petendam restitutionem in integrum, per text. in l. si communem. ff. quemadmodum seru. amittitur, vbi priuilegium minoris prodest eius consorti maiori, text. in d. l. si is qui duos. ff. de liber. leg. vbi iure societatis, incapax commodum legati percipit, text. in l. Aristo. in si. ff. quæ res pig. oblig. non poss. Schurff. consil. 94. num. 4. cum seq. cent. 3. incip. Quod responsiones. Hippo. singul. 180. nu. 1. incip. Plura. Ias. pulchre in l. si emantipati, nu. 5. cum seq. C. de collat. Hinc est quod † laicus cum clerico ob maleficium captus, simul cum clerico ad iudicem Ecclesiasticum remittendus sit, ne contentia causarum diuidatur, & contrariæ sententiæ præferantur, per text. singularem in c. per tuas, ext. de arbitr. & ita tenent Felin. in c. placuit, nume. 6. circa medium, de præscrip. Hippo. d. sing. 180. nu. 1. & sing. 167. nu. 1. incip. Dixi tibi. & sing. 307. nu. 1. incip. Tritum. Sed quicquid sit de iure, aliter moribus obseruatur: nam iudex laicus cognoscit quoad laicos, & Ecclesiasticus quoad clericos. Capic. decil. 173. Iul. Clar. in præct. crimi. §. fin. 2. quæ st. 36. verficu. euenit. Hinc quoque est, quod quædam † priuatus habet ius commune cum Ecclesia Romana, non currat ei præscriptio, nisi centenaria, text. in c. ad audientiam, §. si. de præscript. Innocen. ibid. nume. 2. Panormita. in c. de quarta, nu. 19. eod. titu. Felin. in d. c. placuit, num. 6. Ias. in d. l. si emancipati, num. 10. Hippo. d. sing. 251. Et si † clericus cum laico sit institutus hæres, laicus propter clericum coram Episcopo conueniri debet: Idem obtinet, si laicus cum clericis

Connexio
 efficitur

17

18

19

clerico sit executor testamenti alicuius, quo casu laicis
 formitur forū clericici. Bar. in l. præcipimus. §. eo obseruando, C. de appel. & in l. solēt. ff. de alim. leg. & in d. l. si com-
 21 munem. Ial. in d. l. si emancipati, nu. 10. Item quod factus
collegialiter gestus pariter ab habilibus & inhabilibus,
sustineatur propter habiles, etiā pauciores, per text. sing.
 in c. si. de procurato. pulchrè ibid. Panorm. nume. 4. Cor-
 setus in singularibus suis, in verbo, vniuersitas. Ratio,
 quia actus nomine vniuersitatis gestus censetur ab habi-
 libus factus, eò quod ius vniuersitatis penes habiles re-
 deat? omni meliori modo quo potuit, & ideò talis actus
 ob præsentiam inhabilium, etiam numero plurium, cor-
 ruere non debet, text. in c. gratum, de postulat. prælat.
 gloss. notab. ibid. in verbo, pauciores, & in l. sicut, ff. quod
 cuiusque vniuers. nomin. Panormita. in d. c. fina. nume. 5.
 ybi hoc in quibusdam casibus limitat. Prædictis adsti-
 pulatur, quod privilegium alicui pro se concessum, ex-
 tendatur etiam ad eius familiam, sine qua esse non po-
 test, text. elegans in l. huius. ff. qui pot. in pigno. habeant.
 ibi, sine quibus naus salua peruenire non poterat, & in
 l. administrantes, §. 1. ff. de excusat. tuto, text. not. in l. 1. §. si
 22 vir aut vxor, ff. de S. C. Syllania. Hippo. d. sing. 180. Præte-
 rea mirabilis connexitatis effectus est, quod mulier
naturalis tantum nupta viro legitimo & naturali, mariti
splendore & dignitate, legitima & naturalis reputetur,
 text. in l. si quis naturalem, C. de natura. lib. Bald. ibid.
 num. 1. Hippo. d. singu. 501. nume. 1. Decius in l. formine,
 ff. de regu. iur. Quò pertinet, quòd origo viri habeatur
 23 quoque pro origine vxoris, & quòd vxor domicilium
mariti sequatur, iisdemque statutis, quibus maritus obli-
 getur, text. in l. penul. ff. de iurid. om. iud. & in l. fin. C. de
 incol. lib. 12. tex. in l. filij, & in l. de iure, §. si. & in l. si. itē,
 ff. ad municip. tex. in l. exigere, ff. de iudi. & in l. vnica, C.
 de mulier. ib. in quo loco, lib. 10. Socin. in c. 1. nu. 13. de for.
 comp. idem in c. pen. nu. 7. eod. titu. Bal. consi. 439 num. 4.
 volu. 4. incip. super quarto. Alexan. consi. 100. num. 10. vo-
 lum. 3. incip. ex inspectione. Ad prædicta facit, quòd vxor-
 res coruscant radijs maritorum, & clarissimis personis
 nuptæ

Vtpræ† clarissimarum appellatione contineantur, text.
 elegans in l. fina. C. de incol. libr. 10. & in l. foemina, ff. de
 senatoribus, text. in d. l. filij, §. vidua, & in l. cum te. C. de
 nupt. latè Tiraqu. in tracta. de nobilita. cap. 18. per totum.
 Eiusdem generis plura exempla vide apud Felinum in d.
 c. translato, nume. 6. de constitu. & in d. c. placuit, de præs-
 cript. & Iason in d. l. si emancipati. Et pro singulari re-
 gula obseruandum, quod † quandoq; quis ex persona al-
terius aliquid consequatur, quod ex sua persona conse-
qui non posset, per text. in c. autoritate, §. fin. de conce-
 sionib. lib. 6. & in d. l. Aristo. in fine, ff. quæ res pignor. ob-
 lig. non poss. glo. ibid. in verbo, potest, text. in d. l. si eman-
 cipati, & in d. l. si comunem, & in Clem. si religiosus, de
 procur. vbi monachus potest esse procurator laici in cau-
 sa communi, & vide omninò Bal. in c. 1. nu. 12. quib. mod.
 feud. amitt. Ad hæc quod ad † delegatam iurisdictionem
 attinet, plurimum momenti habet causarum cõnexitas:
 nam etsi delegata iurisdictione stricti & angusti iuris sit,
ita vt ultra expressa extendi non debeat, text. in c. cum P.
 & G. & in c. cum super eo, de offi. deleg. Panormit. ibid.
 num. 1. idem in c. 1. nu. 15. in fin. de sequest. poss. text. in
 c. cum olim, de rescript. Panormit. ibid. nume. 11. Marant.
 disputat. 1. num. 33. cum sequen. tamen ad connexa, nulla
 eorum in rescripto mentione facta, licitè fit extensio, tex.
 in c. prudentiam, §. sexta nobis, & in §. si verò, de offi-
 deleg. text. in l. 1. ff. de iurisdic. omn. iud. Panormi. in d. c.
 cum olim, nu. 7. Hippo. d. sing. 151. d. l. arbor, ff. communi
 diuid. & d. l. quæ religiosis, ff. de rei vèdi. Felin. in c. super
 literis, nu. 20. de rescrip. vno enim concessio, omne id con-
 ceditur, per quod peruenitur ad illud, per iura allegata.
 Sic † domo vendita, accessoriè venit hortus domui con-
tinguus, quasi additamentum domus, text. notab. in l. præ-
 dijs, §. si. ff. de lega. 3. text. in l. Seiz, §. Tyrannæ, ff. de fund.
 in struc. text. in l. si. ff. de seruit. vrb. prædio. & in l. si par-
 tem, ff. de seruit. rust. prædio. & † castro in feudum concessio
etiam arma, siue munitiones, vt vocant, concessæ intel-
liguntur, tanquàm pertinentia ad castrum: quod de ijs
armis intelligendum, quæ eo animo illata & inuecta
 sunt,

sunt, vt perpetuò custodiz causa ibi existant & perman-
 heant, vt singulariter docet Ias. in l. beneficium, num. 2. ff.
 de constitut. princip. Bald. praeclare in c. 1. nu. 5. cum sequ.
 de Capit. qui cur. vend. Decius consil. 316. nume. 26. incip.
 quoniam causa ista. Anthon. de Butr. in c. cum dilecti, in
 fin. de donation. facit ad hoc text. in l. etsi non sunt, cum
 §§. sequentibus. ff. de auro & argen. legat. & in l. fundi. §.
 fin. ff. de actio. empt. text. in l. instrumenta. ff. de fund. in-
 struct. & instru. legat. & regulariter apprehensa posses-
 sione castri, omnes eius pertinentiz tanquam accessoriz;
 paritor apprehensæ censentur, text. in l. 3. ff. de acq. posses.
 Alex. ibid. num. 31. Zas. nume. 28. & communiter Dd. facit
 text. in l. 2. C. de bonis vacant. libr. 10. quem ad hoc ordi-
 nò vide. Pertinentias † autem sola voluntate & destina-
 tione patrisfamil. constitui notum est, per text. notab. in
 l. quod in rerum. §. si quis. ff. de leg. 1. quæsitù: & in l. §. si
 quis eodem, & in §. Papinianus, 2. ff. de fun. instr. text. in l.
 ex facto. §. rerum. ff. de hæred. instit. Innoc. quem omnes
 allegant, in c. cum ad sedem, nu. 2. de restit. spol. Bald. pul-
 chre in d. c. 1. nu. 2. & §. de Capit. qui cur. vend. Bart. in l. 2.
 nu. 3. ff. de dam. infect. Guido decis. 193. per totam. Postre-
 mò connexitatis † ratione, dubia ancepsq; substitutio ex
 ipsa institutione, tanquam principali, & capite testamen-
 ti interpretationem accipere debet, per text. in l. 1. C. de
 impub. & alijs substitut. & in l. si plures, ff. eod. titu. Ro-
 ma. cõsi. 110. nu. 4. incip. quæstio consultationis, vide plura
 exempla connexitatis, Obser. lib. 1. Obser. 35. Hæc omnia
 tanquam singularia; & in foro vtilia memoriz commen-
 danda sunt:

CAP. VII.

Actio ex Constitutione pacis publicæ
quandò competat.

SUMMARI A.

- 1 *Requisita actionis ex Constitutione pacis publicæ*
- 2 *Vt armata.*
- 3 *Arma dicuntur omnia per qua nocetur:*

Arma

- 4 Armati qui dicantur.
- 5 Telorum appellatione quid veniat.
- 6 Armorum appellatione quid proprie intelligatur.
- 7 Voluntas & propositum distinguunt maleficia.
- 8 Iacula percussa minus feriunt.
- 9 Animus occidendi quomodo probetur.
- 10 Deficiente dolo an committatur delictum.
- 11 In delictis lata culpa dolo non equiparatur, sed verus dolo requiritur, alias delictum non committitur.
Fallit in Capitaneo Arcu. ibid.
- 12 Dolus regulariter non presumitur & qualibet causa excusat à dolo.
- 13 Dolus presumitur in eo qui dat operam rei illicita.
- 14 Violentia quomodo presumatur, & nu. 15.
- 16 Vis in se dolum continet, sed non econtrario.
Casus, in quibus dolus & fraus presumitur, remissive, ibid.
- 17 Dolus quàm multifariam in Iure accipitur, remissive, ibid.
- 18 Practica petendi citationem super fracta pace.
- 19 Omnis fracta pax est vis publica, sed non è diuerso.
- 20 Lex vel statutum plura requirens, in omnibus adimpleri debet.
- 21 Conditiones plures vnius loca habentur, & omnibus parendum est.
- 22 Vxor legata sub pluribus conditionibus omnes adimplere debet.
- 23 Conditiones in forma specifica adimplenda.
- 24 An vnus vel duo pacem publicam rumpere queant.
- 25 Turba & familia quando dicatur.

VT actio ex Constitutione pacis publicæ, ob pacem violatam utiliter competat, & institui possit, tria potissimum requiruntur. Primo requiritur vis publica, & maior, quàm cui resisti possit: nam

edictum pacis publicæ nō ad omnem, sed ad solam atrocem vim pertinet, sicut interdictum de vi et vi arm. tex. in l. 1. §. hoc interdictū. ff. de vi & vi ar. & in l. 2. cum l. seq. ff. quod met. causa, text. in Lex conducto. §. si vis, & in l. si merces, §. vis maior, & in l. si fundus in fi. ff. locati. Secundo requiritur vis armata, quæ sic coactis & coadunatis hominibus, ponderando verba Constitutionis, ibi, mitgeter handt/ hoc est, armata manu, collectis hominibus, text. in l. 2. in princ. & in §. homines. ff. vi bon. rapt. text. elegans in l. 3. l. seq. ff. ad l. Iul. de vi publ. tex. in l. qui coetu. & in l. qui dolo. §. hac lege cum l. seq. ff. eo. titu. quæ iura præcipue ad Constitutionem pacis publicæ spectat, & tot. tit. de pace tenen. & eius violatorib. Arma dicuntur omnia per quæ nocetur, non solū gladij, hastæ, & fræmæ, sed etiam fustes & lapides, tex. in l. 3. §. armis. ff. de vi & vi arm. & in l. armorū, & in l. si calumnietur. §. rerū. ff. de verb. sig. tex. in §. armorum. Inst. de interdic. Et armatos nō utiq; eos intelligere debemus, qui tela habuerint, sed etiam eos qui habent aliud quod nocere potest, text. in l. armatos. ff. ad l. Iul. de vi public. Sic telorum appellatione omnia ex quibus singuli homines nocere possunt accipiuntur, text. in l. pen. ff. ad l. Iul. de vi. pub. & in §. itē lex Iulia, vers. telum. Insti. de publ. iudi. Propriè tamen armorum appellatione veniunt ea, quæ principaliter ad offendendum, vel defendendum fabricata sunt, ut notant Dd. in d. l. armorum. Ang. in §. recuperandæ, nu. 2. Insti. de interdic. Roman. in l. 1. §. occisorum, num. 1. ff. de S. C. Syllan. Hippo. pulchrè in pract. crim. §. pro complemento, nu. 13. cum seq. quem ad hoc omninò vide et sup. cap. 1. Homines coactos accipere debemus, ad hoc coactos, ut vim inferant, text. in d. l. 2. §. homines. ff. vi bon. rapt. Vide infra prolixius in fine. Tertio ad fundandam accusationem, siue actionem super Constitutione fractæ pacis, requiritur dolus malus, dolus verus, propositum, & destinata voluntas offendendi, nimirum vim publicam, & armatam factam esse dolo malo, præcedente consilio de industria, & data opera, ponderando verba Constitutionis.

Atiutionis, ibi, *furfertlich/gefertlich/ vnd freuentlich* / id
 est, proposito, dolose, obstinate, malitiose, & ex insidijs.
 Facit text. in d. l. 1. §. dolo autem malo, ff. vi bon. rapr. vbi
 dicitur, quod dolo malo faciat, qui precedente consilio
 ad hoc ipsum colligit homines armatos, vt damnum det,
 bonave rapiat, gloss. in d. l. 1. §. hoc interdictum, in verbo,
 atrocem, ff. de vi & vi arma. Et siue ipse quis cogat homi-
 nes, siue ab alio coactis vratur ad rapiendum, dolo malo
 facere videtur, ita tex. in d. §. dolo malo. Voluntas t enim 7
 & propositum distinguunt maleficia, text. in l. qui iniu-
 riz causa, in princip. ff. de furt. cum similib. Cicero lib. 1.
 Officio. inquit: Leuiora esse ea, quæ repentino aliquo 8
motu accidunt, quam ea quæ meditata & preparata infe-
runtur: vnde illud vulgatum, quod iacula prauisa minus
feriant. Sic t animus occidendi probatur ex qualitate 9
percutiendi, vtrum ex proposito percutiat, an in rixa, vel
 alio quodam impetu, vt præclare notat Barto. in l. 1. §. Di-
 uus, num. 2. ff. ad l. Corn. de sicar. per illum text. & text. in
 l. 1. 2. & 3. C. eod. ritu. Cessante t igitur dolo vero, cessat 10
 delicti qualitas, ad stipulante regula, quod quories in de-
lictis dolus requiritur, eo deficiente, nō committatur de-
lictum, text. in l. inter omnes, §. rectè, & in l. falsus, §. qui
 alienum, ff. de furt. text. in d. l. 1. §. Diuus, ff. ad l. Cornel.
 de sicar. adè vt t lata culpa non æquiparetur dolo, quia 11
 in delictis sanguinis poenam irrogantibus, ex communi
 Dd. opinione, dispositio l. quod Nerua, ff. depo. nō obti-
 net, sed verus dolus requiritur, p text. in d. l. 1. ff. ad l. Cor.
 de sica. vbi communiter Dd. Blan. in prac. crim. §. vifis in-
 dicijs, nu. 137. cum seq. Feli. in c. 2. nu. 4. de constit. & ibid.
 Canonist. Bart. [in l. quemadmodum, nu. 12. C. de agrico.
 & censu. lib. 11. &] in l. in actionibus, nu. 1. ff. de in lit. iur.
 12. ibidem nu. 23. cum sequen: vbi hoc limitat in Capita-
 neo siue Castellano, vt vocant, qui arcem lata culpa amit-
 tit, quod perinde ac si dolo Arcem amisisset, capitis pu-
 niendus sit, idque propter exemplum & terrorem alio-
 rum, per textum in l. milites, ff. de custod. & exhib: reo:
 Idem tenet Oldrad. consi. 91. nume. 1. incip. Rex habebat:
Dolus t. verò etsi regulariter non præsumatur, textus in 13

1. dolum. C. de dolo. Dd. ibi. text. in l. quoties, §. qui dolo ff. de probat. & in l. si prator. §. Marcellus. ff. de iudi. adeoque quælibet causa, etiam iniusta, a dolo præsumpto excuset, text. in l. igitur. §. potest. ff. de lib. causa. text. in l. 1. §. si. ff. de abigeis. text. in l. plagij, la. 2. ff. ad l. Fauiam de plagiarijs, hoc tamen non procedit, quoties quis actum per se illicitum explicat: nam rei prohibitz operam nauans ipso facto censetur esse in manifesto dolo, text. in l. si ex plagis. §. tabernarius. ff. ad l. Aquil. & in l. si non conuicij, C. de iniur. glo. & Dd. in d. l. dolum, gloss. in c. 1. in verbo, ludens, de præsump. Felin. in c. in præsentia, nu. 13. de probat. & in c. si autem, nu. 1. & 2. de rescrip. Ias. in l. in actionibus, num. 23. ff. de in lit. iur. Angel. in l. si quis ex domo, nu. 2. ff. de furt. Alex. consi. 103. num. 13. volum. 1. incip. videtur prima, dicēs dolum semper præsumi in ijs, qui sunt de genere prohibitorum. Afflict. in c. 1. §. si quis hominem, in 2. notab. num. 3. de pace tenen. vbi dicit per illum text. quod in actibus prohibitis dolus semper præsumatur. Sic ¶ violentia præsumitur, ex quo quis armatus ad locum accessit, text. in l. idem est. §. qui armati. ff. de vi & vi arma. Ange. in d. l. si quis ex domo. Salice. in l. Senatus, nu. 5. C. de his q. sibi ascribunt in testa. Et ¶ vbicunq. committitur violentia, ibi dolus adesse præsumitur, sed non è diuerso, tex. in d. l. 2. §. doli mali mentio, ff. vi bon. rapt. vbi I. C. ait, qui ¶ vim facit, dolo malo facit, nõ tamen qui dolo malo facit, vtq; & vim facit, & ita dolus habet in se & vim, & sine vi si quid callidè admissum est, æquè continebitur, ad idem facit text. in l. prator ait, cuius §. si cum seruum. ff. d. titu. [Vide Lucam de Penna in l. quemadmodum, in prin. C. de agric. & censu. lib. 11. vbi 213. casus ordine recenset, in quibus dolus & fraus præsumitur.] De gradibus ¶ doli, & quomodò multifariam in iure nostro, tam in ciuilibus, quàm criminalibus causis dolus accipitur, vide præclare Bald. in l. quæ fortuitis, nu. 5. cum seq. C. de pign. actio. Blanc. in pract. crimi. §. visis indicijs, nu. 130. & num. 132. Cõcurrentibus igitur superioribus tribus requisitis, actio ex Constitutione pacis publicæ vtiliter instituitur. Quapropter ad ¶ obtinendam citationem

In Camera super pace rupta, hæc tria requisita [quis in supplici libello] simul commemorare, & cœpto iudicio, luculenter probare debet: alterutrum horum non sufficit, quia non omnis vis publica, est fracta & pax, licet e contrario omnis fracta pax sit vis publica, quia hoc editum pacis publicæ, non ad omnem, sed ad atrocem vim pertinet, ut initio dictum, sicut ex tit. ff. & C. ad leg. Iul. de vi publica, videre est, ubi multæ species vis publicæ recensentur, quæ tamen ad Constitutionem ruptæ pacis nõ pertinent, facit d. l. 2. §. doli mentio. Sed publica pax turbari nequit sine vi publica, quia, ut dictum est, tria cumulatè requiruntur, quæ pariter ad vim publicam spectant: quolibet horum deficiente, cessat poena pacis violatæ, puta Banni Imperialis, sed ad poenas iuris communis de vi publica, ratione simplicis spoliij agi potest. Quoties enim lex vel statutum plura coniunctim requirit, non sufficit alterum fieri, sed omnia adimpleri necesse est, text. in l. si quis ita stipulatus fuerit decem. ff. de verborum obligatio. Deci. consil. 177. num. 1. incip. quod supr. Vide plura allegata infra eodem libro, cap. 13. Sic in conditionibus, quando plures conditiones hæredi coniunctim datæ sunt, omnibus parendum est, quia vnius loco habentur, si disiunctim, cuiuslibet, text. in l. si hæredi plures. ff. de condit. institut. & in l. cedere diem. §. vbi sub conditione, ff. de verborum signific. text. in l. qui hæredi. ff. de condit. & demonstrat. & in l. cum quærebatur. ff. iudica. sol. text. in l. si ita quis. & in l. si quis ita. ff. de verborum obligat. Bartol. ibid. num. 1. text. in l. cum pupillus. §. 1. ff. de conditio. & demonstrat. Capra consil. 71. nume. 12. incip. cum viso. vbi hoc inducit & ad legatum sub pluribus conditionibus uxori relictum: veluti si, & quoad honestè vixerit, vidua permanserit, atq; in domo mariti testatoris habitauerit, quod videlicet legatum ei non debeat, nisi omnes conditiones adimpleuerit, per text. notab. in d. l. si hæredi plures. Deci. consil. 610. num. 2. incip. casus de quo queritur. Hinc pro regula dicimus, conditiones in forma specifica adimplendas esse, & non per æquipollens, text. in d. l. qui hæredi. & in l. Mzuius. ff. eodem tit. Bartol.

ibid. nume. 1. [& per plura allegata supra Obseruat. lib. 2. Obser. 19.] In secundo requisito huius Constitutionis dictum est, quod vis publica debeat fieri hominibus coadunatis, & collectis: vnde infertur, si unus, aut duo vim publicam inferant, quod non super Constitutione fracte pacis, sed super pœnis iuris communis coram ordinario iudice conueniri debeant, vt probato delicto & violentia, pro merito pœna ordinaria iuris communis puniantur. Nam Constitutio fracte pacis ad pacem publicam spectat, hanc vnus, aut alter turbare nequit: sed hoc fieri potest per potentiores collectis, & coadunatis hominibus, quibus ita collectis tranquillitas Imperij perturbari posset. Et proculdubio ex mente Statuum Imperij ista Constitutio non est singulorum & priuatorum nomine promulgata, quorum vana est sine viribus ira, & qui pœnis ordinarijs in officio retineri, & delinquendo plecti possint: sed eorum potissimum nomine, qui per potentiam collecto milite, vel auxilio multorum, alium iniquè offendere, & pacem publicam turbare possint: quod in decernendis processibus diligenter considerandum est. Facit ad hoc text. in l. prætor ait. §. turbam. ff. vi bonor. rapt. quod si duo, tres, aut quatuor, propriè turba non dicantur, sed si plures fuerunt decem aut quindecim homines, turba dicentur, ad idem facit text. in l. detestatio. §. vnicus. ff. de verbo. signif. quod vnicus seruus familiaris appellatione non contineatur, nec duo quidem familiam faciant. Si igitur etiam priuati de industria, dolo malo, & hominibus coactis vim publicam inferant, rectè super hac Constitutione conueniri possunt, quia Constitutio generaliter loquitur von Landfrieden/ & lex sui natura generalis est, vt sup. c. 1. dixi, per text. in d. l. 1. ff. de legib. & in l. 3. §. Diuus. ff. de sepul. violat. latè Panorm. ad Rubr. de constitut. num. 1. Et de iure communi, & si vnus homo coactus sit, adhuc dicemus homines coactos esse, tex. in d. l. 2. §. homines. ff. vi bono. rapt. text. in d. l. 1. §. familiaris autem. ff. de vi & vi arm. vbi dicitur, quod in illo interdicto familia deiecit videatur, etiam si vnus seruus vi deiecerit, sed magis est, vt in causis, fracte pacis pluriù coadunatio, requira-

ratur, qui precedente consilio ad hoc conueniunt, vt alteri vim publicam inferant.

CAP. VIII.

Ecclesiastici an super turbata pace publica agere, & offensi armata manu se defendere possint.

S V M M A R I A.

- 1 Clerici criminaliter agere nequeunt.
- 2 Accusare prohibitus ad accusandum admittitur, si suam iniuriam prosequi velit.
- 3 Accusatio dicitur genus illaudabilis intentionis.
- 4 Clerici in causa criminali testimonium perhibere non possunt.
- 5 Clerici quando, & quomodo criminaliter agere possint.
- 6 Ecclesiastici an super turbata pace publica agere queant.
- 7 Ecclesiastici Status Imperij ad poenam Banni in Camera procedere possunt.
- 8 Principes Ecclesiastici ratione Regalium forum Casareū sortiuntur.
- 9 Appellatio ab Episcopo, Comite, ad superiorem Comitatus deuoluitur.
- 10 Citatio super fracta pace Ecclesiastica Statibus Imperij non est neganda.
- 11 Clerici mediāte Imperio subiecti, super fracta pace agere non possunt.
- 12 Clericus habens iurisdictionem temporalem, maleficia per alios punire debet.
- 13 Clerici mediāte Imperio subiecti, an ad restitutionem bonorum ablatorum in Camera agere queant.
- 14 Quod sic, cujus protestatione tamen, quod ciuilitate agere velint.
- 15 Instrumentum protestationis conficere debent.

16. *Quamvis occasionem danti, quandoque damnum dedisse non censetur.*
Rei licita operam danti, nulla culpa imputari potest.
ibid.
17. *Clericum criminaliter coram laico neque conueniri, neque reconueniri potest.*
18. *Clerici si contra pacem publicam offendantur, ad vi armata resistere queant.*
19. *Sacerdos an aggressorem in templo occidere possit.*
Necessaria defensio peccato caret. ibid.
20. *Clerici regulariter bellum mouere non possunt.*
21. *Arma clericorum sunt lachryma & orationes.*
22. *Milites seculares à militibus Ecclesia discreti sunt.*
23. *Clericus pro defensione sua & Ecclesia arma mouere potest.*
24. *Clericus alium hortari potest, vt arma sumat pro defensione oppressorum.*
25. *Pralati habentes iurisdictionem temporalem, bellum per alium contra subditos inobedientes mouere possunt.*

1. **I**VRE Canonico notum est, clericos t̄ criminalem accusationem contra laicos instituere non posse, quia sanguinis poenam agitare non debent: imò nec ad vindictam publicam criminali iudicio, cessante sanguinis poena, agere possunt, text. in c. praelatis, de homicid. in 6. & in c. clericis, & in c. sententiam, nec cleri. vel monach. secul. neg. se immisc. tex. in c. sicut sacerdotes, 2. quæstio. 7. & in c. his à quibus. 23. quæst. 8. Panor. in c. cum P. Manconella. num. 8. de accusa. gloss. in c. laicos. 1. quæst. 7. in verbo, laicos, per illum textum. Et licet regulariter t̄ omnibus, quibus accusatio denegatur, in proprijs causis accusandi licentia non sit deneganda, text. in c. omnibus. 4. quæstio. 6. tamen hoc non obtinet in clericis, etiam propriam iniuriam prosequi volentibus, gloss. in d. c. laicos.
3. Panormita. vbi sup. quia t̄ accusatio dicitur genus illaudabilis intentionis, vt dicit text. in c. si quis Episcopus. 2. quæst.

quæst. 7. Vnde clericus non debet se immiscere huiusmodi odiosis litibus, tex. in d. c. sicut sacerdotes, item clerici debent esse separati à vita laicorum, tex. in d. c. laicos, neque t̄ testimonium ferre possunt in causa criminali, text. in c. de cætero, ext. de testib. in c. testimonium. ii. quæst. 1. Panormita. in d. c. cum P. Manconella. Et hæc accipienda sunt de accusatione super crimine poenam sanguinis irrogante: si verò t̄ sanguinis poena non sit imponenda, licite accusare possunt, quando suam, vel Ecclesie sue iniuriam prosequuntur: aut si delictum morte plectendū sit, interposita protestatione, quòd ipsi nolint ad poenam sanguinis agere, rectè quoq; agunt: & si iudex postea mortem delinquenti iustitia mediante inferat, probè excusantur, per textum notab. in d. c. prælaris. & facit text. in c. de occidendis, versic. absit, 23. quæst. 7. Panorm. vbi supra, num. 10. Et hæc quomodo procedant, mox prolixius explicabo. Istis præmissis queritur, an Ecclesiastici, vt clerici super turbata pace publica, ad poenam Banni accusationem instituere queant. Ex prædictis liquidò constat, hoc fieri non posse: nam accusationem super fracta pace criminalem esse, & poenam sanguinis, vitæ, necisque irrogare, sepe dictum est, & edictum pacis publicæ hoc luculenter exprimit. Ex facto responsum memini, Ecclesiasticas t̄ personas, principaliter & immediate Imperio subiectas, so ohn mittel dem H. Reich vnderworfen/ vñnd desselbigen Stand seynd/ rectè ex Constitutione pacis publicæ, ad Bannū agere, & criminaliter in Camera ob violatā pacem conuenti, & causa cognita conuicti, banniri posse, seruato discrimine, de quo supra cap. 1. dixi. Et hoc t̄ casu fundatur iurisdicctio aduersus Ecclesiasticos ratione bonorum feudalium, priuilegiorū, & regalium, quæ à Romanorum Imperatore, & Sacro Romano Imperio habet, & quorū nomine Principes Imperij appellantur, forumque Cæsaris sortiuntur, von wegen des H. Reichs Regalien/ vñnd weltlicheit/ oder weltlicher Obrigkeit/ & idèd præceptis Cæsaris, & Imperij parere, & vocati ad auxilium, & consiliū, venire, & comparere debent, per

ter:

tex. in c. si Episcopus, ibi, præceptione Regia, 18. distincti.
 gloss. ibid. in verb. regia, & in c. cum parati, de appel. gloss.
 ibid. in verbo, in legatione, & similiter Panorm. ibid. nu-
 me. 8. cum sequen. vbi omninò vide, tex. in c. nimis, de iu-
 reiur. gloss. in c. reprehensibile, in verbo, orationibus. 23.
 q. 8. Bal. in c. 1. vers. hoc quod nos, nu. 6. de pace Constan.
 Panorm. præclare in c. sacrosancta, per totum, de electio.
 Francis. Mar. q. 456. num. 9. Guido conf. 72. num. 5. cum seq.
 incip. principalia dubia. Hieron. Scharff. pulchrè conf.
 72. num. 2. cum sequen. cen. 1. incip. pro clariori, vbi que dā
 cunt, Ecclesiasticos ratione regalium, & feudorum tem-
 poralium, obedientiam sæcularibus, à quibus talia rega-
 lia, & feuda recognoscunt, præstare debere, forumque se-
 culare sortiri, facit gloss. in c. solitè, in verbo, suscipiunt,
 de maior. & obed. Canonist. in c. Romana. §. debet, de ap-
 pel. in 6. Phil. Fran. ibid. num. 2. Cast. in l. si quando, num.
 2. C. de appel. vbi dicit, si l'appelletur ab Episcopo, tan-
 9 quam Comite, non appellatur ad Pontificem, sed ad supe-
riorem Comitatus, sicut quotidie in causis appellationū
in Camera obseruatur. Et aliàs de iure communi priuile-
 gium fori clericis concessum, non habet locum in bonis
 feudalis, quia coram iudice laico, hoc est, paribus Cu-
 rix, vel domino feudi probè conueniuntur, text. in c. ex
 transmissa, & in c. verum, de foro compet. text. in c. tate-
 rum, de iudi. Socin. in c. 1. nume. 27. de foro compet. & in
 c. sanè, num. 14. eod. tit. & in fallen. regul. 56. fall. 2. & Dd.
 10 vbi suprà. Quapropter si in t bonis beneficiarijs Imperij
hostiliter ab alio offendantur, Camera talibus Ecclesiasti-
cis personis, tanquam Imperij Principibus & Statibus ci-
tationem super turbata pace merito decernit, & ita obser-
 11 uatur. Cæterum, quod t ad medij vel inferioris ordinis
 Ecclesiasticos attinet, puta, qui non sunt Status Imperij,
 neque immediatè Imperio, sed suis Prælati superioribus
 subiecti, hi accusationem criminalem super turbata pace
 instituere non possunt, iuribus iniuriis allegatis. Et si hæc
 differentia ad iuris Canonici rationem reuocata, parum
 momenti haberet, quoniam nullum inter clericos, cu-
 ius

Quiscunque gradus vel dignitatis, lex discrimen facit, sed
 in vniuersum omnes clericos ab accusatione criminali
 sanguinaria arcet, atque remouet: nullus clericus, inquit
 tex. in d. c. sententiam, sanguinis vindictam exercent. est
 vniuersalis negatiua, quæ ad omnes clericos, cuiuscun-
 que status, vel præminentie pertinet. & alia allegata iu-
 ra vniuersaliter de clericis disponunt, & pœnam Cano-
 nicam irregularitatem vocant, transgressoribus irrogant.
Quò fit, vt Ecclesiastici habentes merum, mixtumque 12
Imperium, & gladij potestatem non per se, sed per suos,
seculares iudices, in criminalibus iustitiam administra-
 re debeant, text. in c. finz. ne cleri. vel mona. libro 6. Io-
 an. Lup. in tracta. de bello. §. habeas, nume. 1. ipsi enim
 sanguinis sententiam proferre non possunt, nec sangui-
 nis vindictam exercere, aut vbi exercetur, interesse, d. c.
 clericis. & d. c. sententiam, utrobique glossi. in verbo, iu-
 dicent, & verbo, sanguinis, text. in c. ex literis, de exces-
 sibus prælator. [Bald. consil. 139. nume. 2. volum. quinto,
 incip. ad bellum iustum.] Sed prædicta differentia in
 Camera propter Regalia, & iurisdictionem tempora-
 lem merito obseruatur, & Status Imperij Ecclesiastici,
 in causis fractæ pacis actiue & passiuè rectè agunt & con-
 ueniuntur, prout ante meum Assessoratum decreti sunt
 processus super fracta pace, Reuerendissimis Episcopis
 Bambergensi & Herbipolensi siue Vvirtzburgensi, tan-
 quam Principibus Imperij, contra Marchionem Alber-
 tum Brandenburgensem, qui ad eorum instantiam, ob vi-
 olatam pacem publicam, anno 1553. in Camera Imperiali
 in Bannum Imperij declaratus fuit, & postea meo tempo-
 re processus super fracta pace decreti sunt Abbati in El-
 gingen/ tanquam Prælato Imperij, contra Remtingen/
 & consortes. De pœnis Ecclesiasticis vide Fel. in c. quali-
 ter & quando. el. 2. nu. 28. de accusatio. Vt autem ad clericos
 13
 mediatè Imperio subiectos redeã, queritur, nunquid
 ciuilitè ob fractã pacem saltè ad restitutionem honorũ
 ablatorũ, & damna accepta, in Camera agere possint? Ma-
 ximè, adeoq; in prima instantia in Camera: quia causa cri-
 minis-

minialis ciuilitate intentata, dicitur merè ciuilis, Iaf. in l. admonendi, num. 226. ff. de iureiur. vbi vide, an hoc casu possit actori deferri iuramentum necessarium, quod ex communi Doct. opinione in criminalibus causis non deferretur, gloss. & Doct. in l. 3. ff. d. tit. gloss. & Bartol. in l. maritus. ff. de quaestionibus: gloss. in c. cum sunt partium, de regul. iur. in 6. in verb. fina. Iaf. in d. l. admonendi, num. 224. vbi communem dicit. Prædicta procedunt, dummodo clerici in libello supplici pro citatione vel mandato de restituendo, facti narrationem constitutioni pacis publicæ conforment, iuxta requisita, de quibus sup. cap. proxi. sed tamen ad poenam Banni non concludant: imò con-

14

ceptis verbis testatum faciant, se non t ad sanguinis poenam, nec publicam vindictam, verum ciuilitate tantum ad restitutionem bonorum ablatorum, & damna hostiliter data, agere velle, per tex. in c. si diligenti, de simonia, gloss. in d. c. laicos. & in d. c. prelati, de homic. in 6. Franc. ibid. nu. 6. Anch. nu. 6. Panor. in d. c. cum P. Manconella, nu. 10.

15

vbi que dicunt, clericum omiſſa t̄ ista protestatione, incidere in poenam Canonicam, & irregularem fieri, honore, & loco priuari: ideoque consultum esse, vt non solum protestetur, sed etiam super facta protestatione instrumentum publicum confici curer, quo facto, si postea in processu causæ, iudex ad instantiam procuratoris fisci, accusato poenam Banni irroget, clerico nihil imputari debet, per tex. in d. c. prelati. & in d. c. de occidendis. Absit, inquit tex. ibidem ex Augustino, vt ea quæ propter bonum licitum facimus, aut habemus, si aliquid per hæc præter nostram voluntatem cuiquam malè acciderit, nobis imputetur: alioqui nec ferramenta domestica, aut agrestia sunt habenda, ne quis ex ijs vel se, vel alterum interimat: nec arbores plantanda, ne quis se inde suspendat: nec fenestra facienda, ne per hanc se quisquam præcipitet. Hinc sumitur argumentum, quod non omnis, qui

16

t̄ occasionem damni dat, damnum dedisse videatur, contra regulam l. qui occidit. §. penult. ff. ad leg. Aquil. cum multis concordantibus, in gloss. ibidem, in verbo, fecisse. Item aliud argumentum, quod rei licite operam danti, nul-

ri, nulla culpa imputari possit, etiamsi inde aliquid mali
 eueniat, tex. in c. sepè, 10. distinct. & in c. item si putator,
 Instit. de lege Aquil. & in l. si putator, ff. eod. tit. gloss. in
 d. c. de occidendis, in verbo, bonum. Quomodo autem
 e Ierici clericos, vel laici clericos criminaliter accusare
 possint, vide gl. Panor. & Doc. in d. c. cum P. Manconella,
 de accusat. tex. in d. c. laicos, cum sequen. 2. quæst. 7. & am-
 plissime sul. Clarum in pract. crimin. §. fina. quæst. 36. per
 totam, vbi per varias quæstiones de foro clericorum eru-
 ditè disputat, & communem testatur, clericum non pos-
 se coram iudice seculari criminaliter conueniri, vel re-
 conueniri, tex. in c. cum non ab homine, de iud. Vide quo-
 que de hac materia Imol. Dec. & Doct. in c. at si clerici, de
 iudi. Barrol. in l. si quis in seruitute, nume. 2. de furt. cum
 longa Apostil. ibid. Canonist. in c. vt famæ, de sentent. ex-
 commun. vbi dicitur, quod iudex laicus clericum delin-
 quentem apprehendere potest, non vt ipsum detineat, sed
 vt ad iudicem ecclesiasticum ducat: idque procedit, si
apprehendatur in ipso actu delinquendi, secus si ex in-
teruallo capiatur, vide Doct. in c. cum non ab homine, de
iudi. & Apostil. in d. l. si quis in seruitute. Porro, si tunc
 18
 Ierici contra pacem publicam vi armata offendantur, du-
 bium non est, quin vi armata resistere, se, suaq; tueri pos-
 sint, cum defensio sit non solum iuris naturalis, sed etiam
 diuini, omniaque iura vim vi repellere permittant, text.
 in l. vt vim, ff. de iustit. & iur. & in c. si verò, el. 1. de senten.
 excommun. & tex. in c. significasti, el. 2. §. fina. de homicid.
 vbi elegans gloss. in verbo, tutelæ, text. in l. 1. C. vnde vi. &
 in l. 3. §. eum igitur, ff. de vi & vi arma. tex. in l. 1. §. vim vi.
 ff. eod. tit. & in l. scientiam, §. qui cum aliter, ff. ad leg. A-
 quil. text. in l. sed & partus, §. 1. ff. de eo quod met. caus. Et
 hæc de defensione necessaria, quæ fit cum moderamine
 inculpatæ tutelæ accipienda sunt: vtputà, si ipsis vitæ pe-
 riculum immineat, & aliter euadere nequeant, nisi se de-
 fendant: si defensio incontinenti & necessariò, nõ ad vin-
 dictam fiat, per iura allegata, & tex. not. in Clemen. vnic.
 de homicid. gloss. ibid. in verb. non valens. & in l. is qui
 aggressorem, C. ad leg. Cornel. de sicar. ibid. in dubio vitæ
 F discrimi-

- discrimine constitutus. Doct. in d. l. vt vim, gloss. in d. c. significasti, idque adeo verum est, vt plerique velint, sacerdotem † in templo ex insidijs adortum, posse impunè aggressorem occidere, & sacra antea incepta, postea pericere, vt not. Iohan. de Lignanò. in tract. de bello. quem refert & sequitur Panorm. in c. clerici. el. 1. num. 2. de vita & honest. cler. [& in c. sicut dignum, nume. 14. de homicid. Blanc. in pract. crimi. §. iuris permissione, nu. 2.] Hippo. in pract. crim. §. quoniam, num. 61. cum sequen. vbi plures allegat, & latissimè materiam defensionis prosequitur. [Rationem tradunt, quòd necessaria defensio peccato careat, & sic nihil obstat, quo minùs Sacerdos sacra perficiat, per iura allegata.]
- 19 Et licèt regulariter † clerici bellum mouere non possint, quia neminem occidere, vel mutilare debent, aliàs honore & ordine priuantur, hoc est,
- 20 siunt irregulares: quia † arma sacerdotum & clericorum debent esse lachrymæ & orationes, ex sententia S. Ambròsij, & aliorum Sanctorum Patrum authoritate, prout prolixè notatur in c. non pila. & in c. si in mortem. & in c. conueniat. & in c. reprehensibile. 23. quæst. 8. Non pila, inquit S. Ambrosius, quærent ferrea, non arma Christi milites; sed dolor, fletus, orationes, lachrymæ, fuerunt mihi arma aduersus milites: talia enim sunt munimenta sacerdotis.
- 21 Nam cum discreti † sint milites seculi à militibus Ecclesie, non conuenit militibus Ecclesie militare seculo, per quod ad effusionem sanguinis necesse sit peruenire, text. in c. clericum. c. minor. c. de his, distinct. 50. d. c. reprehensibile. Et D. Paulus ad Timoth. cap. 2. hortatur Timoth. vt laboret tanquàm bonus miles Christi, & quòd militans Deo non debeat se implicare negotijs secularibus: licèt, inquam, regulariter bellum clerici mouere nequeant, tamen † pro defensione sua, & rerum suarum atque Ecclesie arma sumere possunt, quia non propriè bellum; sed defensio est, quæ omni iure permittitur, si sit moderata, vt præclare concludit Inno. in c. olim causam, num. 7. de restit. spoliat. dicens, tali casu clericos bellum indicare, eique interesse posse, sed non pugnare, neque milites
- 22 ad homicidia exhortari debere. Item alios † hortari possunt
- 23
- 24

tant, vt arma sumant pro defensione oppressorum, text. in c. quicumque. & in c. hortatu. c. igitur. 23. quæst. 8. latissime Iohan. Lupi in tract. de bello. §. habeas, cum seq. §. per totam. Similiter ¶ Prælati habentes iurisdictionem temporalem, contra subditos inobedientes licite mouent arma, eosque pro tuitione iurisdictionis suæ merito puniunt, [text. in c. auctoritatem, 15. quæst. 6. gl. ibi. in ver. materiali. Inno. in d. c. olim causam, nume. 8.] text. in c. r. de pœnis, in 6. & in l. si quis fortè. §. si quis comitum. ff. eod. tit. [facit text. in l. qui restituere. ff. de rei vendica]. Alex. consil. 13. num. 10. volum. 6. incip. consideratis his. quo casu non bellum, sed potius iurisdictionis executio fieri dicitur, [Inno. vbi supra, nume. 8. & 9.] sed ipsi Prælati hanc executionem alijs suis Officialibus laicis committere debent, quia sanguinis pœnam ipsi agitare, vel consilium de certo homine occidendo in specie & inditiduo dare non debent, consulentis, non autem suggerentis opera clerici fungi possunt, text. in c. pessimam, in fine. 23. quæst. 8. & in d. c. ex literis, de excelsib. prælator. gloss. singul. ibidem, in verbo, consuluit, text. in c. clericis. & in c. sententiam, ne cleri. vel mona. d. c. final. eodem titul. libr. 6. facit tex. not. in l. r. §. qui quæstionem. ff. de quæstionibus. Innocent. in d. c. olim causam. Iohan. Lupi vbi supra, quem omnino vide.

CAP. IX.

Accusatio ex constitutione Pacis publicæ,
in quibus à publico criminali iu-
dicio differat.

S V M M A R I A.

- 1 Pœna talionis in criminalibus locum habet, & cur introducta sit.
- 2 In causis fractæ pacis pœna talionis cessat,
- 3 Similiter hodie de consuetudine pœna talionis non obtinet, neque in atrocioribus delictis.

- Pœna talionis ex lege 12. Tabularum & iure diuino constituta ibid.*
- Frangenti fidem fides non est seruanda. ibid.*
- 4 *Procurator in criminalibus causis non admittitur. Fallit in causis fracta paci.*
- 5 *Accusatus de crimine, an statim in carcerem conijciendus sit.*
- 6 *In causis fracta paci à citatione, non à carcere incipitur.*
- 7 *In criminalibus Reo tres, Actori dua tantum dilationes dantur.*
- 8 *Examen testium in ciuilibus alteri committi potest.*
- 9 *Fallit in criminalibus.*
- 10 *Testes in criminalibus an torqueri possint.*
- 11 *In causis fracta paci examen testium alteri delegari potest.*
- 12 *Testes extra Prouinciã non sunt euocandi.*
- 13 *Affessores Camera non possunt examinare testes.*
- 14 *Causa criminales biennio summi debent.*
- 15 *Fatalia in Consistorio Principis non currunt.*
- 16 *Accusatus ab accusatione defisilens, incidit in S. C. Turpilianum.*
- 17 *In causis fracta paci permissum est ab accusatione defisilere.*
- 18 *Absolutio à Banno Imperiali, an refusus damnis & expensis concedenda sit.*
- 19 *Abolitio causa cognitionem requirit.*
- 20 *Abolitio triplex generalis, legalis, & specialis.*

ET S I iudicium super fracta pace institutum, publicum, & merè criminale sit, vt iam antea dictum, & in Camera receptum est, tamen in multis à publico criminali iudicio differt. Primò differt, quòd iure communi † inscriptio ad pœnam talionis, in criminali accu-

accusatione requiratur, quæ ad id inuenta est, ne facile quis profiliat ad accusationem, cum calumnian, es ad vindictam poscat similitudo supplicij, tex. in l. si cui, ff. de accusa. tex. in l. fina. C. eodem tit. & in l. 3. C. qui accusa. non poss. text. in l. non prius. C. de calumnia. & in c. tuæ, de procurator.

Nec enim lex iustior vlla,

Quam neci artifices arte perire sua.

Ouid,

Sed in t accusatione pacis publicæ, nulla in crimine subscriptione opus est, ita disponente constitutione tituli. §. 1. & t hodie quoque inscriptionis necessitas in criminalibus passim in desuetudinem venit, & ab Aula, vt Dd. aiunt, recessit: idque ea potissimum ratione, ne meru propriæ salutis quis ab accusatione desistat, & sic sceleratissimi etiam impuniti relinquuntur, Bartol. in d. l. si cui, num. 2. in fin. Salicet. in d. l. 3. num. 4. Felin. in c. super his, num. 3. de accusat. Bossius in tract. crimin. titu. de accusa, num. 2. Gigas in tract. de crim. læsæ maiest. lib. 1. tit. qualiter in crim. læsæ maiest. procedi debi. quæst. 1. num. 5. Alber. in l. eum quem temerè, nume. 3. ff. de iudi. Iul. Clarus in pract. crim. §. fin. quæst. 81. Damhaude. in pract. crimin. cap. 5. num. 5. Idque maximè obtinet in atrocioribus delictis, vt in crimine læsæ maiestatis, & similibus, in quibus inscriptio ad pœnam talionis non habet locum, vt notat Gigas loco citato, gloss. notab. in d. c. super his, in verbo, oportet, Felin. ibid. nume. 3. vbi plures casus referunt, in quibus de iure communi cessat inscriptio. Talionis quoque pœna ex lege 12. Tabularum constituta erat, qua damnum illatum simili damno pensabatur: videlicet, vt oculus eruaturs ei, qui oculum excusserit alteri. Hanc pœnam talionis etiam lege diuina inductam legimus, Exod. 12. Deuteron. 19. cap. Non misereberis eius, sed animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente exiges. Hæc pœna talionis prætorij iuris clementia, postea reuocata est, tex. in §. pœna autem iniuriarum. Insti. tit. de iniur. Vide Gell. de pœna talionis, & quomodo antiquitus obseruatum, libr. 10. Nocti. Atti. cap. 1. Pœna

quoque rationis puniuntur violatores induciarum, sine
treugæ, vt vocant, quia

Frangenti fidem, fides frangatur eadem.

text. in c. peruenit, de iureiur. gloss. ibid. in verbo, paruis-
se. & in l. si conuenerit. §. fin. ff. pro socio. & in l. cum pro-
ponas. la. 2. C. de pac. gloss. in c. constitutus, in verbo, v-
tramque, ext. de poenis. Bald. ad Rubr. de treuga & pace,
num. 9. vide §. si quis verò temerario. Authen. de pace iu-
ram. firm. vide quæ suprâ dixi cap. 4. circa finem. Secundò
differt, quòd iudicium fractæ pacis per procuratorem a-
gitari possit: secus est de iure communi, quia in crimina-
libus non admittitur procurator, tex. in l. accusatore. §. si.
ff. de publi. iudi. cum similibus, vt copiosius dicam sequi,
cap. vbi vide. Tertio, accusatus ob delictum, statim car-
ceribus mancipatur, maximè, si confessus sit crimen, et si
in leuioribus delictis, datis fideiussoribus, relaxari pos-
sit, per tex. in l. ff. de custod. & exhib. reor. glo. ibidem in
verbo, recipienda, Bartol. similiter, num. 1. cum sequi. text.
in d. l. Diuus. & in l. si confessus. ff. eod. tit. text. in l. 1. & 2.
C. eod. At secus est in causis fractæ pacis, etiam si factum
publicè notorium sit: non enim à carcere, sed citatione
iudicium inchoatur, tot. tit. ff. de in ius vocan. tex. in §. si.
Instit. de pœna temer. litigan. excipio tamen atrocissima
delicta, putà rebellionis, & læsæ maiestatis, vbi exemplo
opus est, tex. in l. quisquis. §. filij. C. ad leg. Iul. maiest. & in
l. 1. C. ad leg. Iul. repet. vel si periculum fugæ subsit, quia
tunc ius commune obtinet locum, & proceditur ad ca-
pturam absque citatione, ne delinquens ad fugam instru-
atur, per notata Feli. in c. cum non ab homine, num. 1. de
iudi. Maran. par. 6. tit. de citatio. nu. 14. Iul. Clar. in pract.
crimina. §. fina. quæst. 9. nume. 4. Quarto in capitalibus
causis accusatori dux, reo verò tres dilationes, causa cog-
nita, dantur, per tex. in l. fin. ff. de ferijs. gloss. & Dd. ibid.
Sed hoc discrimen in causis violatæ pacis publicæ in Ca-
mera nõ obseruatur, verum pari passu, & æqua lance, per-
indè ac in ciuilibus causis, proceditur, summarie tamen,
& de plano.

Sine.

per tex. in d. l. 1. C. de custo. & exhib. reor. Bal. ibid. num. 1.
circa fin. Ordinatio Camere part. 3. tit. 3. tamen si in iudi-
cio Camere inter ordinarias & extraordinarias causas ad-
modum exigua sit differentia, quoad modum & celerita-
tem procedendi. Quinto, quamuis in t. causis civilibus
examen testium alteri committi possit, per text. in l. iudi-
ces. C. de fid. instrum. Bal. ibid. nu. 1. tex. in §. & quoniam.
in Authen. de testib. & tex. not. in c. cum causam, ext. eod.
tamen t. hoc in criminalibus non procedit, vbi presentia
testium requiritur, ad hoc vt iudice presente exacte in-
terrogari, & examinari queant, nam t. quandoque etiam
torqueri possunt, si vacillent, tex. in Authen. de testib. §. &
quoniam, in fin. & in Auth. vt defuncti seu funera eorum,
§. illud etiam, glo. ibid. in verb. testibus, tex. in Lex libero.
& in L. vnus. §. testes ff. de questionib. tex. not. in Auth. 2.
pud eloquentissimum. C. de fid. instr. & in l. 3. §. idem Di-
uus. ff. de testib. tex. in c. testes. 3. q. 9. Rom. sing. 397. incip.
personæ egregiæ. Sed in t. causis fractæ pacis hoc non pro-
cedit, quia in Camera, perinde atque in civilibus, examē
alteri committitur, vti quotidiana docet experiētia, nam
iurisdictione Cæsaris vniuersalis est per totum Imperium,
tex. in l. deprecatio. ff. ad leg. Rhod. de iact. & in l. bene à
Zenone. C. de quadr. prescrip. vide prolixè infr. eod. cap.
11. habetque in causis fractæ pacis solus, cum sua Camera
Imperiali, fundatam iurisdictionem: & quoniam longè
lateque patet Imperium Romanum, neque t. testes extra
Prouinciam longis itineribus euocandi sint, per tex. in l.
3. §. testes non temrè. ff. de testib. & in d. §. & quoniã. Au-
then. eod. tit. gloss. in verb. intra prouinciam, idē meritò
testium receptio alteri committitur. Adhuc t. Assessoribus
Camere Imperialis testium examina nō committun-
tur, vti in alijs Consistorijs, & Parliamentis, vt vocant, sic
ri consuevit, idq; Cæsaris, & Statuum decreto optimè con-
stitutum est, ne absentibus Assessoribus, iustitię admini-
stratio, magno multorum litigantium malo, iniquè im-
pediatur. Sed & Bal. in d. Auth. apud eloquentissimū, exi-

- mat in criminalibus receptionem testium alteri probè demandari posse, adeoque publicè interesse, vt hoc fiat, ne crimina impunita maneant. Sextò, iure communi † causæ criminales intra biennium à tempore litis contestationis, omni prorogatione sublata, finiri debent, ita vt sententia diffinitiuà postea lata, nulla sit, text. *fn. C. vt intra cert. temp. quæst. crimi. termi.* Bald. *ibi. num. 1. l. in Senatusconsultum. §. qui post. ff. ad S. C. Turpil. Sed in causis fractæ pacis certa finiendæ litis tempora non præfiguntur, neque hoc fieri posset in Camera, in tanta causarum*
- 15 multitudine. Quibus accedat, quòd alias in † Consistorio summi Principis, vt est Camera Imperialis Spiræ fatalia primæ vel secundæ instantiæ non currant, & ita obseruatur, per textum in *Authen. sed & lis. C. de tempo, appell. text. not. in c. anteriorum. §. ad hoc sancimus. 2. q. 6.* Archid. *ibid. num. 8.* Bartol. *in l. 1. num. 7. ff. de libell. dimisso. Afflict. decis. 78. num. 4.* Idem *in c. 1. num. 41. quæ sint regalia, in vsib. feudo.* Septimò, † Accusator criminis publici ab accusatione citra abolitionem desistens, in *S. C. Turpilianum* incidit, text. *in l. 1. à. si quis autem, & §. atqui idem. ff. ad S. C. Turpil. & in l. 1. C. eo. tit. Doct. in d. l. transigere. C. de transact. idque procedit non solum in prima, sed etiam in secunda instantia: puta, si appellatione per Reum interposita pendente, Actor desistat, text. in*
- 17 *d. l. 1. §. atqui. ff. ad S. C. Turpil.* Sed in † causis pacis publicæ, accusator in omni parte iudicij ab instituta actione desistere, & citra omeem abolitionem cum accusato, saluo iure fisci, transigere potest, vt plenè dixi *infra eodem*
- 18 *cap. 11.* Octauò, Bannitus † ob violatam pacem publicam, absolutionem; refusis damnis & expensis, à Cæsare, vel Camera Imperiali, offensa parte quandoque inuita, petere, & obtinere potest, vt est videre in *Ordinatio. Cameræ, tit. 18. part. 2. & tit. 46. §. 2. part. 3.* quæ tamen cum moderate & distinctione accipienda sunt, sicut *infra lib. 2. c. 18.* annotatù est. At criminali iudicio capitali condemnatus, quandocunq; damna & expensa offerat, tamè absolutionem criminis nõ consequitur, nisi priùs à Cæsare, vel ordinario iudice gladij potestatem habente, restitutione
- & abo-

De abolitionem (Landshuldigung) obtinuerit: quæ quidem restitutio, & abolitio, causa cognita vel conceditur, vel denegatur. In causa cognitione versatur qualitas delicti & personarum, vt si in commisso homicidio provocans occisus sit absque moderamine inculpatae tutelæ: quo casu, si homicida cum occisi vidua, aut liberis, vel consanguineis transegerit, quod iure facere potest, d.l. transigere, cum liceat vnicuique sanguinem suum qualitercunque redimere, text. in l. 1. ff. de bon. eor. qui ante sent. sibi mort. consci. benignè, & non gravatè abolitio à principe impetratur, tot. titu. ff. & C. de sent. pass. & resti. Porro obiter hic annotandum, † abolitionem esse triplicem, generalem, siue publicam, legalem, & specialem, siue priuatam. Generalis est, quam Princeps ob rem prospere gestam, siue publicam gratulationem conficit, text. in l. abolitio, cum l. seq. ff. ac S. C. Turpil. & in l. si interueniente, ff. eo. tit. text. in l. 2. C. de general. abolit. & hæc quidem accusationem factam extinguit, sed non causam accusati. Vnde crimen intra 30. dies repeti potest, text. in l. aut priuatim. §. triginta, & in §. hoc autem. ff. ad S. C. Turpill. text. in l. 1. C. de gener. abolit. Legalis abolitio est, quæ ex lege descendit, vtputà si accusator moriatur: quo casu instantia perit, vel aliàs ex iusta causa impediatur, quo minus accusare possit, text. in d. l. aut priuatim, text. in l. 1. & in l. fin. C. si reus vel accus. mort. fue. Vide infrà eodem cap. 10. Specialis abolitio dicitur, quæ fit accusatore postulante à Principe, vel ordinario iudice cum cause cognitione, vtrum per errorem, an verò temeritatem accusauerit, petique debet intra 30. dies, à die institutæ accusationis, per text. notab. in l. 2. & in l. fin. C. de abolit. Et hæc in materia criminali accuratè obseruanda sunt.

CAP. X.

In causis fractæ pacis an admittatur
procurator.

S U M M A R I A.

F S 1. Pro

1. Procurator non admittitur in causis criminalibus.
2. Ratio cur hoc receptum sit.
3. Iudex reo presente, ex aspectu & sermone indicio multas observare potest.
4. Crimen vultu non praderi difficile est.
5. Conscientia mille testes.
6. Conscientia recte factorum, summa, in adversis consolatio.
7. Coniuncta persona in criminalibus procurator esse nequit.
Quadam possum per me, qua per alium non possum. ibid.
Industrialia per alium explicari nequeunt. ibid.
8. In causis fracta pacis iudicium in Camera per procuratorem agitur.
9. Absolutio à Banno Imperiali per procuratorem postulare nequit.
10. Infirmus & impeditus in criminalibus per procuratorem comparere potest.
11. Universitas de crimine accusata per Syndicum comparere potest.
12. Persona illustres in criminalibus per procuratorem rectè comparent.
13. Procurator in causis criminalibus civiliter intentatis admittitur.
14. Quia tunc non dicuntur propriè criminales.
15. Procurator in criminalibus non pro absente comparere possit.
16. Ad excusandum & excipiendum, nec non causas absentia allegandum, procurator in criminalibus admittitur.
17. Similiter, si Princeps hoc permittat, cum clausula non obstante.
18. Criminale iudicium cum procuratore agitatum, parte non opponente an valeat.

AN in causis criminalibus in perniciosis factis admittatur procurator? Primò dicā quid iuris communis, deinde quid in Camera in causis fractæ pacis obseruetur. Quod ad ius commune attinet, ad crimen iudicij publici persequendam, frustra procurator interuenit, sed excusationes absentium ex S. C. iudicibus allegantur, & si iustam rationem habent, sententiam differunt. Verba sunt Vlpian. in l. accusare. §. siua. alias allegatur l. penulti. §. ad crimen. ff. de publ. iud. vbi communiter Dd. text. in l. i. ff. an per alium caus. appel. red. poss. & in c. veniens, ext. de accusat. vbi glo. singularis, in verb. criminali, & communiter Canonist. tex. in c. tuæ, de procur. & in c. si quando, 2. q. 6. & in c. in criminalibus, 3. q. 5. glo. in c. i. in verbo, criminalis, de iudicij lib. 6. Spec. tit. de procuratore. §. 1. nu. 9. cum seq. Afflic. decis. 64. num. 2. Petrus Gerhar. sing. 63. nu. 1. inci. Ferè per totam Italiam. Philip. Port. libr. 5. commu. opin. conclu. 38. vbi amplissime. & Alex. confi. 116. nu. 1. & 18. vol. 2. incip. Animaduertis statutis, gloss. & Dd. in d. l. pen. §. ad crimen, & in l. absentem, ff. de poenis. Communis ergo conclusio est, quòd in criminalibus, vbi poena maior est relegatione, procurator non admittatur per iura allegata. Ratio tñe sententia fiat elusoria, quia condemnato procuratore non posset contra eum tanquam innocentem executio fieri, & sic crimina manerent impunita, quòd exemplo perniciosum foret, text. not. in l. bona fides, ff. de pos. & in l. si quis fortè. §. si quis Comitum. ff. de poenis, text. in l. operis. C. eod. tit. cum similibus. Deinde, si procurator interuenire posset, nunquam comparerent Rei criminis, conscientia perpetrati sceleris territi, sed latebras & effugia quærerent, vt poenam condignam delicto euitarent, Dd. in d. l. penul. §. ad crimen. Alber. & alij, in l. seruum quoque. §. publicè. ff. de procur. Præterea tñ presentia accusati, multum momenti habet, ad hoc, vt iudex ex vultu, aspectu, qualitate personæ, constantia, trepidatione, ex oculorum, sermonisque indicio, delinquentis conscientiam obseruare possit: quæ procuratore constituto, considerari nequeunt. Doctò. passim in locis allegatis, & textus singu.

ſingu. in l. de minore. §. plurimum. ff. de quæſtionib. Bart.
in l. is qui reus, num. 12. in fin. ff. de public. iudic. præclare
Cicero in oratione pro P. Sylla ſub finem. Vnde illud
vulgatum: †

Ouid. lib.
2. Meta-
morph.

Heu quam difficile eſt crimen non prodere vultu.

Et Iuuenalis Saty. 1. in fin. inquit,

Rubet auditor cui frigida mens eſt.

Criminibus, tacita ſudant præcordia culpa.

Idem Saty. 2. inquit,

Hunc ego ſatis

Imputo, qui vultu morbum inceſſuq. fatetur.

- 5 Hinc dicimus prouerbiali ſententia, cōſcientiam † mille
teſtes eſſe, vt refert Quintilian. Oratoriarum Inſtitutio-
num lib. 5. Et Eraſmus in Chiliadib. dicens, cōſcientiam
rem eſſe vnam omnium efficaciſſimam: aded vt nulla tor-
menta melius prodant maleficium, quàm cōſcientia.
6 Contra, † cōſcientia rectè factorum in rebus aduerſis,
vna omnium maxima conſolatio eſt, vt præclare teſtatuz
Horat. lib. 1. epiſt. 1.

Hic murus aheneus eſto,

Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa,

Idem Carm. lib. 1. Ode 22.

Integer vita ſcelerūq. purus

Non eget Mauri iaculo, nec arcu:

Nec venenatu grauida ſagittis.

Fuſce pharetra.

Et Ode 3. lib. 3.

Iuſtum, & tenacem propoſiti virum,

Si fractus illabatur orbis,

Impaudum ferient ruina.

Item Plaut. in Amphitrione.

Quæ non deliquit,

*Decet audacem eſſe, & confidenter proſe, & proteruè lo-
qui.*

- 7 Sed vt ad Regulam, & concluſionem noſtram redeamus,
illa vique adeo verò eſt, vt etiam † coniuncta perſona
in cri-

in criminalibus non admittatur in procuratorem, ut notat singulariter *Las.* in *l. cum rem, nume. 3. C. de procurat.* per illum text. argumento sumpto à cōtrario sensu. *Port.* d. *conclus. 38.* in prima ampliacione, proceditque regula tam in priuatis quàm publicis criminibus, & non solum in reo, verum etiam accusatore, d. *l. accusare, §. fina. gloss. ibid.* in verbo, *procurator.* *Port.* vbi supra in secunda ampliacione, hodie tamen ex parte accusatoris procurator admittitur, quia ablata est pœna talionis. *Julius Clar.* in *prac. crimin. §. fina. quæst. 32. vers. pone quòd,* vbi omnino videt, & obserua hic regulam, quòd quædam possum per me, quæ per alium non possum, text. in *d. l. ff. an per alium causæ appellat. reddi poss.* nam purgare se a crimine, in eo versatur industria personæ, d. *l. pen. §. ad crimen,* & idè per alium talis actus expediri nequit: nam regulariter industrialia per alium explicari, & confici non possunt, ut notant latè *Dd.* in *l. ff. de offi. eius cui mand. est iurisd.* per text. in *l. inter artifices. ff. de solu. & in l. vnic. §. fin. verò talis. C. de caduc. tollen.* vide supra *Pract. Obser. lib. 1. Obser. 97.* Fallit autem ista conclusio, primò in Camera † Imperiali, in causis fractæ pacis, quæ licet criminales sint, tamen accusatum per procuratorem comparere posse, publicè notum est, & in illo consistorio non aliter quàm per procuratores causæ agitari possunt, ut habetur in *Ordin. part. 1. titu. 25.* & sic obseruandum, dispositionem iuris communis in *l. C. de sent. & inter lo. om. iudi.* in Camera locum non habere. Absolutio † tamen à Banno Imperiali per procuratorem postulari nequit, sed necesse est Bannitum personaliter comparere, nisi valetudine aduersa, vel alio iusto impedimento, de quo legitime docere debet, impeditus venire nequeat: quo casu absolutio per procuratorem obtineri potest: sicut sæpius factum memini; text. in *c. si pro debilitate, de offi. deleg.* vide infra *libr. 2. cap. 18.* Secundò fallit de iure communi, etiam in † infirmo, qui comparere non potest, vel si aliud sublit comparendi impedimentum, text. in *d. c. si pro debilitate,* & in *l. si longius. ff. de iudi. & in l. 2. §. si quis in iudicio. ff. si quis cautio. Felin. in c. meminimus, nume. 13.*

- de accusat. Port. loco citato in 15. limitatio. Ordini. par. 21.
- 11 titu. 10. §. *Bo abet der*. Tertio fallit, si t iudicium criminale contra vniuersitatem aliquam instituat, quia respectu vniuersitatis non potest esse poena capitalis, quia vniuersitas non habet animam, vt Dd. loquuntur, licet singuli de vniuersitate capitaliter puniri possent, per notata infra, libr. 2. cap. 9. Et ideo Syndicus interuenire, & causam vniuersitatis cum speciali mādato defendere potest, per tex. in l. item eorum, §. decuriones. ff. Quod cuiusque vniuers. nomi. text. in l. municipales. ff. ad municipal. text. in l. tam collatores, §. vt autem. C. de re milita. libr. 12. Specu. d. titu. de procura. nume. 11. Felin. in d. c. meminimus, nume. 13. Bald. pulchrè in l. Polla, num. 6. C. de his quib. vt indign. Port. d. conclus. 39. in 14. limit. lib. 5. Damhaud. in pract. crimi. cap. 24. nu. 2.
- 12 Quarto fallit t in personis illustribus, quæ procuratorem in capitalibus criminibus constituere possunt, per tex. notab. in l. fin. C. de iniur. text. in l. quicumque, cum Auth. seq. C. de procurat. text. in c. absens per alium, §. nisi, l. q. 9. vbi nuncupatum hoc disponitur in actione iniuriarum, criminaliter contra personam illustrem intentata, text. in d. l. 1. ff. an per alium caus. appella. reddi possint, glo. ibid. in verbo, ignominia. Specu. d. titu. de procurato. §. 1. num. 10. Socin. reg. 312. fallen. 7. Port. vbi supr. in 7. limitatio. allegans etiam opinionem Dd. in contrarium, maxime si de delictis grauissimis, & enormibus agatur, per tex. notab. in l. tunc conuenit. C. de accusat.
- 13 Quinto fallit, quando ex t causa criminali civiliter ad poenam pecuniariam agitur: quo casu procurator rectè constituitur, & constitutus condemnatur, executio verò contra delinquentem, siue dominum constituentem fieri debet, d. l. 1. ff. an per alium causæ appellat. argumen. l. Plautius. ff. de procurat. l. sed & si. §. procurator. ff. de iniur. text. notab. in l. licet. §. ad actionem. ff. de procur. gloss. ibid. in verb. publica, text. in c. tuz, ext. eod. & in c. super his, §. si. ext. de accusat. Aflict. d. decis. 64. Feli. in d. c. meminimus, num. 11. glo. sing. in d. c. veniens, de accusat. gloss. in c. 1. in verb. criminalis, de iudi. lib. 6. Port. vbi sup. in 5. limitat. Spec. loco citato, nu. 10.

nu. 10 in fi. Ratio quia t̄ causa criminalis ciuilit̄ incen-
 tata, nō est propriē criminalis, & sic cessant rationes pro-
 hibitiuæ supra pro confirmatione conclusionis allega-
 tæ. Fel. vbi sup. Ias. in l. cūm rēm, nū. 2. C. de procu. vbi di-
 cit per illum tex. quōd in criminalibus quādo p̄na pec-
 cuniaria applicanda venit hīco, procurator admitti pos-
 sit, glo. notab. in d. l. seruū quoque, §. publicē. ff. de pro-
 curato. in verbo, datur, quam omnino vide ibid. num. 6.
 gloss. in d. l. penult. §. ad crimen, in verbo, iudicij. Sexto
 fallit, si t̄ contra absentem procedatur, quo casu publicē
 interest absentes à quibuscūque defendi, & quemlibet
 pro eo verba facientem audiri, text. not. in d. l. seruū
 quōque, §. publicē. ff. de procurato. & in d. l. penult. §. fin.
 qui incip. ad crimen, ff. de pub. iud. Bart. ibid. nu. 10. text.
 in l. non tantūm, ff. de appel. vbi Bart. num. 1. cum seq. tex.
 in c. absens, & in c. absente, 3. q. 9. tex. in l. absens, ff. de pro-
 curatorib. Spec. d. tit. de procurat. nu. 10. vbi dicit ad t̄ ex-
 cusandum vel excipiendum procuratorem admitti, quod
 clarius exprimit Felix. in d. c. ineminimus, numer. 9. di-
 cens, quōd licet procurator in causa criminali non ad-
 mittatur ad disputandum super ipso crimine: tamen ad-
 mittitur ad opponendum exceptiones contra ipsum ac-
 cusatorem & iudicem, vel ad allegandum causas absen-
 tiæ, seu alias exceptiones nō concernentes crimen pro-
 positum, nec merita causa, per textum not. in d. c. veni-
 ens, de accusat. gloss. ibid. in verbo, criminali. Port. d.
 conclus. 38. in 2. limit. Ias. in l. si is qui, num. 7. C. qñi testa.
 sic. non poss. vbi communem dicit. Guid. de cis. 338. num.
 4. incip. aliquis. Septimò fallit, quando ex t̄ singulari
 Principis indulgentia, accusato procurator permittitur
 per rescriptum, adiecta clausula, non obstante, sine quā
 rescriptum non valeret, quia de ordinaria potestate Prin-
 ceps in criminalibus procuratorem admittere non pos-
 set, per text. in d. c. veniens. Hippo. in præct. crim. §. sequi-
 tur, nu. 17. vbi omnino vide. Socin. d. reg. 312. in 3. fal. Port.
 d. conclus. 38. in 7. ampliat. Vltimò an t̄ valeat iudici-
 um criminale agitarum per procuratorem, parte altera
 non opponente, vide Hippol. vbi supra, & Iuli. Clar. in
 d. §. si.

14

15

16

17

18

d. §. fin. q. 32. & plures limitationes apud Port. Felin. Spec. & alios supra citatos. Communiter tenetur valere, vt late per Hippo. in d. §. sequitur. Bald. in Lita demum, nu. 4. C. de procurat. communem dicit. Felin. in d. c. meminimus, veriore scribit, & sequitur Deci. consil. 469. nume. 14. incip. Visa inquisitione, gloss. singul. in L. quamuis indubitati, in verbo, patientiam, C. ad l. Iul. de adult. Salic. ibid. nume. 5. gloss. in d. c. 1. in verbo, criminalis, de iudic. lib. 6. licet nonnulli aliter sentiant, per text. in d. §. ad crimen, ibi, frustra interuenit procurator, quæ verba actus nullitatem denotant, vt notat ibid. Bart. Socin. in d. c. veniens, num. 68. Anthon. Gomef. varia. resolut. lib. 3. cap. 1. nume. 16.

CAP. XI.

In causis fractæ pacis, an exceptio fori
declinatoria, vel peremptoria
admittatur.

SUMMARI A.

- 1 In causis fractæ pacis iudicium Camera declinari non potest.
- 2 Priuilegia exemptionum non habent locum in causis fractæ pacis.
- 3 Cesar solus iudex est in causis fractæ pacis.
- 4 Cesar habet vniuersalem iurisdictionem in Imperio.
- 5 Imperator est dominus omnium, quoad iurisdictionem & protectionem.
- 6 Brabantia Ducatus in causis fractæ pacis exemptus est à iurisdictione Camera.
Hac tamen exemptionis transactio Ducem Brabantia ab Imperij iurisdictione liberum non facit. ibid.
- 7 Clerici inferioris ordinis in causis pacis publica coram ordinario iudice consueniendi.
- 8 Exceptio peremptoria an in causis fractæ pacis impediat litis ingressum.

- 9 Qualitates facti ante litis contestationem in causis fracta pacu disputare nequeunt.
- 10 Peremptoria exceptiones regulariter non impediunt litu ingressum.
- 11 Transactionis exceptio an in causis fracta pacu litis contestationem impediat.
- 12 Transactio exceptio est litu finita.
- 13 Transactio in criminatibus an inducat peremptoriam.
- 14 Transactio in criminibus poenam sanguinis irrogantibus valet.
- 15 Sanguinem suum vniciq. redimere licet.
- 16 Transactio in causis fracta pacu permissa.
- 17 Transactio in criminibus non ingentibus poenam sanguinis non valet.
- 18 Transactio criminalis post inchoatum iudicium inita an valeat.
- 19 Transactio requirens altiore indaginem, non impedit litu contestationem.
- 20 Transactio partis an fisco praiudicet in causis fracta pacu.
- 21 Transigens super delicto, quando pro confesso habeatur, & nu. 23.
- 22 Legis auctoritate nemo decipi debet.
- 24 Compromitti in criminalibus non potest.
- 25 Exceptio litu pendentia in causis pactu publica admittitur.
- 26 De eodem delicto bis queri non debet.
- 27 Exceptio litu pendentia a parte allegari debet. & nume. 28.
- 29 Vsufructuarium an faciat fructus suos ante prestitam cautionem.
- 30 Iuramentum calumnia non exactum, processum non vitiat.
- 31 Libellus obscurus valet, si non opponatur exceptio.

IN causis t̄violatæ pacis publicæ regulariter exceptio-
 nes fori declinatoriæ non admittuntur. Ratio, quia
 omnes causæ fractæ pacis principaliter & immédia-
 tē per viam simplicis querelæ ad Cæsarem vel Camera-
 Imperialem spectant, adeo vt nulla priuilegia, nulla
 prærogatiua vel dignitatis, aut cuiuscunque excellen-
 tiæ, violatores pacis publicæ, à iurisdictione Cæsaris, vel
 iudicio Camere Imperialis eximant: vt constat ex Con-
 stitutionibus Diuorum Imperatorum Maximiliani I. &
 Caroli V. sub titulo, *Aufhebung aller Freibiteu/et Or-*
dinat. part. 2. tit. 9. §. 2. Solus t̄ enim Cæsar Bannum Impe-
 rij irrogare potest, vt dixi supra cap. 6. Ergo solus Cæsar
 in causis turbatæ pacis publicæ cognoscere debet, argu-
 mento l. de quâ re. ff. de iud. Habet t̄ enim vniuersalem in
 Imperio iurisdictionem, & ratione istius vniuersalis iur-
 isdictionis & protectionis Imperij, dominus omnium
 est, adeoque totius mundi, vt Dd. loquuntur, per textum
 in l. de precatio. ff. ad l. Rhod. de iact. & in l. benè à Zeno-
 ne. C. de quadrienn. præscriptione, gloss. ibid. in verb. om-
 nia, & Dd. similiter, text. in c. Adrianus, distinct. 63. & in
 c. quo iure, distin. 80. gloss. in l. Barbarius, in verb. multo
 magis. ff. de offic. prætor. Bartol. in l. si duas, §. 1. nume. 1.
 ff. de excusat. tuto. idem in extrauag. ad reprimendum, in
 verb. totius orbis, & in l. 1. §. per hanc actionem, 2. nu. 2. ff.
 de rei vendic. Ias. in l. cunctos populos, nu. 2. & 8. cum seq.
 C. de sum. Trin. & fide Carho. vbi cōmunem asserit, quod
 Imperator etiã verè dominus sit vniuersalis totius mun-
 di, licet res priuatæ sint singulorum. Quod eleganter
 Seneca explicat, dum inquit. Ad reges potestas omnium
 pertinet, ad singulos proprietas: & paulò post: quemad-
 modum sub optimo Rege, omnia Rex imperio possidet,
 singuli dominio, omnia sunt in Imperio Cæsaris, in pa-
 trimonio propria. Cum igitur Imperator, quoad iurisdic-
 tionē, & protectionem Imperij, sit sup̄remus dominus
 omnium, & ipse solus, vt dixi, Banni Imperialis pœnæ
 infligere possit, non solum de iure communi, verum eti-
 am ex vniuersali Statuum Imperij consensu: necessario se-
 quitur, neminem iurisdictionem vniuersalem Cæsaris, in
 causis

causisturbatz pacis publicæ, vlla exceptione elidere aut
declinare posse, nisi aliter cõceptis verbis, Cæsaris & Sta-
tuum consensu, singulari priuilegio conuentum sit. Ita
anno 48. in Comitij Augustanis inter Carolum V. Imp.
& Status conuentum (Burgundicam concordiam, siue
transactionem vocant *Burgundischen vertragh*) vt †
subditi Ducis Brabantiz in causis violatz pacis publicæ à
loco domicilij non euocentur, sed coram iudice ordina-
rio loci ad poenam Banni, & iuris communis cõuenian-
tur, [quæ tamen transactio non eximit Ducem Braban-
tiz à iurisdictione Imperij, nec per eam definit esse ciuis
Romanus, per notata Bartol. in l. hostes, num. 4. cum se-
quen. ff. de capt. & postlim. reuer. quem ad hoc omninò
vide.] Habet igitur hoc casu singulari iure priuilegium
fori, & per consequens exceptio declinatoria in accusa-
tione fractæ pacis locum. Et hæc est vna limitatio ad re-
gulã prædictam. Secundò fallit in † Clericis mediata Imperio
subiectis, quia etiã in causis fractæ pacis à foro Cæsaris
& Cameræ eximuntur, sicut prolixius notauì supra
cap. 1. & coram suo Ordinario conueniendi sunt, tex. in c.
at si clerici, de iudi. & ibid. Dd. latè Iulius Clarus in præc.
crim. §. si. quæst. 36. per totam, vbi omninò vide. Sed quid
de † exceptionibus peremptorijs, an ne impediant litis
ingressum, puta litis contestationem in causis fractæ pa-
cis? Minimè. Ratio, quia ad merita causæ pertinent: at nul-
la † qualitas facti ante cõceptum iudicium, siue litis con-
testationem in causis violatz pacis admittitur. Et regu-
lariter in quibuscunque causis exceptiones † perempto-
riæ, siue defensiones principale negotium concer-
nentes, litis contestationem non impediunt, text. in c. r.
de lit. contestat. in 6. & in c. super quæstionum, de offic.
iudic. deleg. text. in l. peremptorias. C. sent. rescind. non
poss. Bartol. in l. consentaneum, num. 5. C. quom. & quan.
iud. Innoc. in c. prout nobis, nu. 2. de dol. & contu. Ordina-
rio. Cameræ titu. 27. §. 1. par. 3. At pone † cum reo conuen-
to ante institutam accusationem transactum esse super
violentia, & damno dato, an ne exceptio transactionis li-
tis ingressum impedit? Meo quidem iudicio impedit,

- quod ad ipsum transigentem, siue accusatorem: secus quod
 12 ad alios. Moueor primò, quod t̄ exceptio transactionis sit
 litis finitæ: quis enim de pœna promissa laboret post ne-
 gotium transactum? I. C. in l. 2. ff. si quis cautio. text. in l.
 fratris. C. de transact. & in l. causas. C. eod. titu. d. c. 1. de
 lit. contestat. in 6. Barto. in l. nam & postea, nume. 5. ff. de
 iure iur. vide Bal. in l. transigere. C. de transac. nu. 6. Alex.
 13 ibid. nu. 11. vtrum t̄ transactio in criminalibus inducat ex-
 ceptionem peremptoriam, præsertim in casibus vbi licet
 in criminibus transigere. Secundò moueor, quod de iure
 14 communi, in t̄ criminibus pœnam sanguinis irroganti-
 bus, licita & permessa sit transactio, text. in d. l. transigere,
 15 C. de transact. vbi communiter Dd. quia t̄ vnicuique san-
 guinem suum qualitercunque redimere licet, text. in l. 1.
 ff. de bon. eorum qui ante sent. mort. sibi consci. ergo etiã
 16 super crimine fractæ pacis, quod ex lege publica Imperij
 capitale esse constat. Tertio t̄ moueor, quia ex Constitu-
 tionibus Diuorum Imp̄p. Maximiliani I. & Caroli V. at-
 que Ordinat. part. 2. titu. 18. transactio in causis fractæ pa-
 cis expressè permittitur, & verba Constitutionis cum ef-
 fectu, & ita accipienda sunt, vt aliquid operentur, text. in
 l. 1. §. hæc autem verba. ff. quod quisq. iur. videlicet vt tran-
 sactio partibus suis absoluta in præiudicium transigentis
 firmitatem habeat. Et de iure cõmuni, vt dixi, valet tran-
 sactio super criminibus pœnam sanguinis irrogantibus,
 ex vtraque parte, ante accusationem institutam, aded vt
 transigens non possit reum amplius accusare: idque pro-
 cedit, non solum in publicis, sed etiam priuatis delictis,
 17 si pœna sanguinis, vel mortis imponenda sit. In alijs t̄ ve-
 rò criminibus tam publicis, quàm priuatis, sanguinis pœ-
 nam non irrogantibus, transactio ante accusationem in-
 stitutam, nullius est momenti, & ided is qui transegit,
 potest non obstante transactione accusationem institue-
 re, ne crimina maneant impunita, per textum in l. 2. §. si
 is cuius. ff. de sepul. violat. glo. ibid. in verbo, nolit. Bart.
 præclare in l. si maritus, §. si negauerit, nume. 2. cum sequ.
 ff. ad l. Iuliam, de adult. gloss. communiter approbata in
 l. iurisgentium. §. si paciscar, in verb. non liceat. ff. de pact.

Cast. ibid. num. 2. glo. in l. accusationem, in verbo, non debet. C. de ijs qui accusa. non poss. Bal. ibid. nu. 4. Paris. cōf. 150. nu. 5 vol. 4. incip. Considerata facti narratione. Alex. in d. l. transigere, nu. 16. vbi communem dicit. Iaf. ibi. nu. 3. & communiter Dd. Gandinus de malef. rit. de transact. nu. 2. cum seq. prolixè Iulius Clarus in pract. crim. §. si. q. 58. vbi tenet de consuetudine transactiones in criminalibus indistinctè ante accusationem inchoatam factas, valere, & obseruari debere, atque ita vsu forensi obseruari. Post † acceptum verò iudicium transigens non potest iterum accusare, sed reiecta transactione potest iudex ex officio ad condemnationem procedere absq; nouo processu, licèt Bart. in d. l. si maritus. §. si negauerit, existimet nouo opus esse processu. Iulius Clarus loco citato, hoc casu concludit valere remissionem et transactionē, & per consequens processum tolli, & accusatum absolui debere in illis tantum casibus, in quibus non potest procedi, nisi ad querimoniā partis: in ceteris verò casibus, in quibus ex officio procedi potest remissionem partis nullius esse momenti, quòad hoc vt processus impediatur, aut tollatur: nec instantiam transactione finiri, sed iudicem illam quandocunque prosequi posse, idq; contra Bartol. sententiam in d. §. si negauerit, quam dicit de consuetudine non obseruari. Concludo igitur exceptionem transactionis tanquàm litis finitæ rectè ante coeptum iudicium opponi, & oppositam litis contestationem impedire, idq; accipiendum est de ea transactione, de qua nulla ab aduersario mouetur controuersia, sed incontinenti probari possit, hodie constat transactum, hodie reijciatur litis contestatio, & iudicium finiatur, quòad transigentem: secus † si altiorem quæstionem & indaginem requireret in sciatione aduersarij, quo casu, saluis quibuscunque exceptionibus, & defensionibus, litis contestatio iniungitur, sicut in causis civilibus receptum est: quòd exceptiones peremptoriz altiorem indaginem requirentes, litis contestationem non impediant. Et ita in Camera Imperiali in puncto litis contestationis quotidie obseruatur, per textum in d. c. r. de lit. contesta. in 6. glo. ibid. in verb.

18

19

- 40 finita. Barto. in d. l. nam & postea. An autem t̄ transactio
 partium procuratori fisci nocumento esse debeat, dubi-
 tari quoque posset, ego distinguo vtrum ante coeptam
 accusationem, an vero postea transactum sit. Primo casu
 concludo, fisco ex transactione priuata non pr̄iudicari,
 sicut nec alteri, dummodò ex officio, ne delicta maneo-
 ant impunita, procedere, & iudicium criminale contra
 violatorem pacis publicæ instituire velit, per notata Dd.
 in d. l. transigere, & tex. in d. l. iurisdictionum. §. si paciscar,
 ff. de pac. l. 2. §. hoc edicto. ff. vi bono. r. pto. Altero casu
 valet quoque transactio, sed vt instantia pereat, necesse
 est cum procuratore fisci similiter transigere, idq; ratio-
 ne publicæ vindictæ: maximè, cum fiscus ex transactione
 partis intentionem suam quoque fundatam habeat, eò
 21 quòd t̄ transigens super delicto pro confesso & conuicto
 habeatur, tex. in l. non damnatos. ff. de his qui not. infam.
 glo. ibid. in verb. sed pactos, & in l. quoniam. ff. eod. titu.
 text. not. in l. Imperatores. ff. de iur. fisci, & in l. in fisci
 causis. ff. eod. titu. atque ita in Camera obseruatur: licet
 de iure communi transigens super crimine sanguinis pœ-
 nam ingerente, non habeatur pro conuicto & confesso,
 nec infamia notetur, quia lege permittente transigit, &
 idè contractus non debet esse pœnalis, text. in l. Grac-
 22 chus. C. de adulte. alias t̄ quis legis autoritate deciperetur,
 quod fieri non debet, text. in l. 1. in fin. ff. de his qui veni-
 ni. et. impetr. Ias. in d. l. transigere, nu. 22. In alijs verò cri-
 minibus, in quibus transactio prohibita est, procedit illa
 23 theorica, transigentem t̄ pro confesso & conuicto haberi,
 & infamia notari, iudicemque ad condemnationem
 procedere posse, text. in l. 2. C. de abolit. & in d. l. nò dam-
 natos, & d. l. quoniam. Baro in d. l. si maritus. §. si negauerit,
 nume. 2. Castr. in d. l. iurisdictionum. §. si paciscar. ff. de
 pact. Alex. in d. l. 2. nu. 2. & nu. 16. Ias. ibid. num. 3. 10. & 20.
 vbi aliquot singulares cautelas tradit, quomodo transi-
 gens non habeatur pro conuicto in delictis, in quibus
 24 transactio licita non est, quem ad hoc omninò vide. Et t̄
 quòd in criminalibus non possit compromitti, nec sen-
 tentia per arbitrum ferri, est tex. notabilis in l. nò distin-
 guemus,

guemus. §. Julianus. ff. de recep. arbit. Ratio, quia solutione pœnæ pecuniariæ, corporalis pœna malo exemplo euitaretur, & crimina pro merito manerēt impunita, vulgat. l. ita vulneratus. §. quòd si quis. ff. ad l. Aquil. cum concordantib. et ob eandem rationem transactio in criminalibus in casibus interdictis prohibita est, glo. sing. in d. §. Julianus in verbo famoso. Bald. ibid. num. 1. Hæc in materia transactionis super criminibus prolixius profecutus sum, quia habent in foro magnam vtilitatem. Sed vt ad propositum redeamus, meminisse quoque oportet, exceptionem ꝑ litis pendentis in Camera in causis fractæ pacis admitti. Ratio, quia vbi cœptum iudicium, ibi finire debet, text. in l. vbi acceptum. ff. de iudic. ne continentia causæ diuidatur, & ne de ꝑ eodem delicto bis contra bonam fidem quærat, contra tex. in l. licet. §. si. ff. nau. cau. po. stabul. Vnde actione coram ordinario iudice, ad pœnas iuris communis & restitutionem bonorum ablatorum, intentata, quòd fieri potest, alia in Camera super violata pace publica, & pœna banni institui nequit, propter continentiam causarum, ne illa absurdè, & iniquè diuidatur, text. in l. nulli. C. de iudic. Bald. Alexan. Iaf. & alij ibid. & in l. interdum. ff. de public. iudic. Bartol. ibid. num. 1. dicens per illum text. quòd pendente iudicio super actione ciuili non possit super eodem crimine actio criminalis proponi. Sed quid si ꝑ coram vtroque iudice, puta domicilij, & Camera parte aduersa non contradicente procedatur, an iudicium coram vtroque iudice agitatum valeat? Vtique valebit, sibi que ꝑ pars imputer, quòd litis pendentiam non allegauerit, iudex enim secundum allegata & probata iudicare, nihil que in facto supplere debet, text. in l. illicitas. §. veritas. ff. de off. præsid. & in c. 1. de offic. iudic. ordin. Dd. in l. vnic. C. vt que defung. aduoc. Et ita tenet Innoc. in c. cum M. Ferrarignsis, num. 10. de constit. Bald. in d. l. nulli, nu. 3. Alex. ibid. arg. l. pen. ff. de pet. hæred. & l. is à quo. ff. de rei vendic. Quòd pertinet, quòd in ꝑ iure nostro multa silentio partis præterita subsistant, que si allegata forent, nullam firmitatem haberent. Exempli gratia: Vsufructuarius si cautionem

tionem exactam non præstiterit, fructus suos non facit, secus est, si cautio ab eo exacta non sit, quo casu fructus perceptos probè tuos facit, quia sufficit petenti cautionem, moram non facere, est singularis doctrina & memoriz commendanda, per textum in l. 1. §. quod ait prætor. ff. quorum legat. & in l. peto. §. fratre cohærede. ff. de leg. 1. Cast. ibid. num. 4. Bart. in l. uxori, num. 1. ff. de usufru. leg. pulchrè Dec. consi. 607. nume. 2. incip. Viso puncto. Alex. consi. 96. num. 1. volum. 4. incip. Visis narratis. Sic iuramentum calumniæ omissum, non vitiat processum, si à parte expressè petitum non sit, text. in l. 1. §. sed quia veremur. C. de iureiur. prop. calum. Bart. ibid. num. 3. Et libellus tibi obscurus etsi regulariter non valeat. Authen. offeratur. C. de lit. contesta. text. in l. final. C. de annal. except. Dd. in l. 1. ff. de edend. tamen si contra illum nihil opponatur, procedit, quia ex actis declarari potest. Barto. in l. edita, num. 2. C. de edend. Mantua singu. 273. num. 1. incip. Quoniam, & singu. 331. incip. Libelli. Eiusdem generis similia, & infinita exempla adferri possent, de quibus vide Hippo. singu. 341. incip. ille qui. & Guido decil. 222. incip. item dicta. Felin. in c. sicut, num. 28. de re iudic. Bald. in l. vnica, nume. 3. C. ne lic. in vna ead. caus. tert. prouoc. & in l. 1. nume. 3. in fine. C. de his quæ sub mod. leg. las. in d. l. iurifigentium, num. 2. ff. de pact. & in §. actionum, nume. 13. Instit. de actio. Anchar. consi. 136. nume. 2. incip. Ex consilijs. Dec. consi. 505. nume. 1. incip. Viso consilio. Panorm. in c. penult. nu. 19. de iudic. Matthesi. singu. 12. incip. Nota quòd. Et suprà cap. prox. in fin. dictum est valere iudicium criminale, cum procuratore agitatum, si à parte non sit oppositum, per allegata ibid.

CAP. XII

Reconuentio an habeat locum in causis fractæ pacis.

S V M M A R I A.

1 Reconuentio in criminalibus quando locum habeat.

2 Na

- 2 Nomen Rei inter reos receptum quando dicatur.
- 3 Reconuentio in criminalibus fieri debet coram iudice vtriusque causa.
Ratio l. cum Papinianus. C. de sent. & interloc. om. iud. non habet locum in criminalibus. ibid.
- 4 Reconuentio non habet locum in causis fracta pacis.
- 5 Defensionales articuli in causa fracta pacis quando exhibendi.
- 6 Reconuentio super criminibus in eadem rixa factis admittitur.
Iniuria plures quando pro vnica habeantur. ibid.
- 7 Libellus reconuentionis in Camera reijcitur, & de forma sententia.
- 8 Actionem competentem iudex parti reseruare potest.
- 9 Reconuentio in causis fracta pacis ex tacita partium prorogatione admittitur.
- 10 Iurisdictio in criminalibus expresse vel tacite prorogari potest.
- 11 Prorogatio de mero ad merum imperium admittitur.
- 12 Prorogari non potest, quod non est.
- 13 In causis fracta pacis non fit proprie prorogatio.
- 14 Reconuentio in causis fracta pacis cur in Camera non admittatur.
- 15 Prorogatio iurisdictionis in criminalibus valet, quoad prorogantis prauidicium, sed non ratione interesse publici.
- 16 Criminaliter conuentus non potest ciuilitate reconuenire.

IURE communi † Reus criminaliter conuentus & accusatus, Actorem seu accusatorem, quando suam, suorumque iniuriam prosequitur, criminaliter reconuenire & accusare potest, maximè, si fiat reconuentio ante

quàm nomen Rei sit receptum inter reos, quia talibus casibus perinde reconuentio in criminalibus atque ciuilibus causis admittitur, ex communiori Docto. sententia, per tex. in l. 1. vbi exactè Bald. num. 17. cum seq. & in l. neganda, in prin. C. qui accus. non poss. Bart. in l. is qui reus, ff. de publ. iudic. num. 1. cum sequen. & in Authen. & consequenter. C. de senten. & interloc. om. iud. nu. 7. & communiter Doct. Panorm. omnium amplissimè in c. 1. nu. 12. de mut. petit. Maran. par. 4. dist. 6. nu. 47. Nomen † Rei inter reos receptum dicitur, quâdo iudex pronunciauit, exceptionibus dilatorijs non obstantibus, procedendū esse super accusatione, vel si reus sua spōte litem super libello criminali cōtestatus sit, per notata Bart. d. l. is qui reus, num. 5. Panorm. in d. c. 1. de mut. petitio. num. 12. Maran. vbi sup. nu. 50. tex. in l. adulterij. C. ad leg. Jul. de adul. Bart. ibid. nu. 1. Bal. in l. quamuis, num. 2. C. si pend. appel. mors interue. & plenissimè in d. l. 1. nume. 22. cum seq. C. de his qui accus. non poss. vbi omnino vide. Prædicta itamen cætenus procedunt, si reconuentio fiat coram ordinario iudice ipsius reconuenti, si fiat coram iudice vtriusque causæ: alias secus esset, quia ratio l. cum Papinianus. C. de senten. & inter l. om. iud. in criminalib. causis locum non habet: videlicet actorem eum iudicem, quem ipse elegit & approbauit, reculare non posse. Ratio, quia accusator iudicem Rei non eligit, nec sponte eum accedit, sed quadâ necessitate urgente hoc facit, nimirū propter maleficiū, vel iniuriam sibi factam, quæ ratio cessat in causis ciuilibus ex contractu, vel quasi contractu, vt docent communiter Bart. Panor. & Maran. in locis supr. allegatis. & Canon. in d. c. 1. de mut. petit. per tex. in l. 1. §. sed et si agatur. ff. de iudic. Modò queritur, vtrū † reconuentio habeat etiam locum in causis fractæ pacis, cum Camera in huiusmodi causis sit vtriusque partis iudex competens & ordinarius, lege Imperij iurisdictionem Cameræ fundante, & maxime, si quis suam, vel suorum iniuriam prosequi velit. Dicendum breuiter, reconuentionem fieri nō posse, & crimen fractæ pacis innocentia, non relaxatione purgandum esse, per text. in d. l. is qui reus. Nam aut vult

accu-

accusatus actorem ex eodem delicto reconuenire: pura, quod actor prior cum prouocauerit, aut damnum vi armata dederit: & hoc fieri debet, non per modum reconventionis, sed defensionis, per responfionem ad libellum accusatorium, vel per articulos defensionales, iuxta textum in c. series, de testib. & text. in c. siquidem. C. de exceptio. ad quos actor respondere tenetur, & facta negatione articuli defensionales ad probandum admittuntur, tex. in l. in exceptionibus. & in l. pactum, ff. de prob. ijsque probatis, & sic actione intentata elisa, aut alias actione per Actorem non probata, reus conuentus ab actione instituta absoluitur, condemnato actore in expensis, vulga. l. acculare. C. de edend. text. in l. qui sententiam. C. de pœnis. Licet ex sententia Bartol. in d. l. is qui reus, nume. 3. & aliorum, super t crimibus in eadem rixa factis reconuentio admittatur, ratione connexitatis, qua connexitas operatur, vt vnum delictum censeatur, per multa iura supra cap. 6. allegata, quemadmodum in simili, plures iniurix in rixa, vno perturbati animi impetu ingeminatz, pro vnica iniuria habentur, tex. in l. precox. ff. de iniur. Bartol. ibid. nume. 2. & in l. nunquam plura, nume. 11. de priuat. delict. Alber. in tracta. statur. libr. 2. quæst. 39. per totam. Angel. in tracta. malefic. in verb. verba iniuriosa, num. 4. Couar. latè resolut. lib. 2. cap. 10. num. 8. secus si crimina essent separata, & diuersis temporibus commissa, tex. in l. si plures, ff. de iniur. & in d. L. nunquam plura, gloss. notab. ibid. in verbo. ob aliud. Aut reus conuentus vult accusatorem super alio delicto contra pacem publicam commisso reconuenire, & hoc in Camera non permittitur, sed super nouo illo facto noua requiritur citatio, nouus processus, & noua testa iudiciaria. Et ideo si exhibeatur libellus reconventionis, quod pluries factum memini, Actore petete, hoc pacto per sententiã libellus reijci solet, *In der Landtsfriedbrüchigen sachen D. Kläger/wider D. Beklagten / ist die gegenklag D. tag einkommen/nit angenommen/sonder der beschaid/das D. Procurator/der selbẽ vnuerhindert/auff fürbrachte*
 positional.

sitional Artikel / in zeit der Ordnung / weß sich gebürt /
 handeln soll / doch gedachtem Procuratorn sein not-
 rurfft / bemelter Gegentlag halben / in andere weg
 Rechtlich fürsünemen / hiemit vnbenommen / sonder
 vorbehalten. Latine: In causa fractæ pacis B. Actoris,
 contra M. Reum decernimus, libellum reconventionis,
 tali die exhibitum, admittendum non esse, sed P. procu-
 ratorem, eo non attento, ad positionales articulos, in ter-
 mino Ordinationis agere debere: saluo tamen dicto pro-
 curatori iure reconventionis alia via proponendi. Ita
 pronunciatum in causa Hellenstein / contra Bism /
 Anno 51, die 18. Octob. & in causa Bodenhausen / contra
 Ernestum Ducem Brunzwicensem, 8. Martij An. 55. Fun-
 8 datur autem ista † clausula referuatoria, quam iudex sen-
 tentiæ adijcere potest, per tex. in l. Bebius, in ff. de pact.
 dotalib. & text. in c. examinata, extr. de iud. Bartol. in l. si
 autem. §. si quocunque, num. 1. ff. de negot. gest. per illum
 tex. Panorm. in c. sicut, num. 12. de senten. & re iudi. Bald.
 in Authen. sed & si quis, nume. 8. C. de secund. nupt. Sed
 9 quid si † Actor contra libellum reconventionis in causa
 fractæ pacis exhibitum, nihil opponat, an erit admitten-
 dus? Hoc factum memini, vt in causa Abbatis S. Blasij con-
 tra Comitem à Supffen / vbi partes propria sponte litem
 super reconuentione contestatæ sunt, & sic tacitè iurisdic-
 tionem Cameræ in causa reconuentionis prorogârunt :
 quo factum, vt additionales articuli iudicis interlocuti-
 one admissi fuerint. 22. Febr. Anno 52. per text. in l. 2. §. sed
 si agant, ff. de iud. gloss. in l. 1. C. vbi de crimin. agi oportet in
 10 verbo, inchoata, cum allegaris ibid. Posse autem in † cri-
 minalibus iurisdictionem expressè vel tacitè prorogari,
 communi Doct. opinione confirmatum est, dummodò in
 dex ille, in quem fit prorogatio, aliàs haberet iurisdic-
 tionem in similibus causis criminalibus: aliàs secùs, vbi e-
 nim iudex in talibus causis iurisdictionem non haberet,
 nulla foret prorogatio eius, quod non est, tex. in l. sed et-
 si manente, ff. de precario, sed potius esset nouæ iurisdic-
 tionis collatio, quæ partium voluntate in criminalibus tri-
 bui

bui non potest, text. in l. ff. de iudic. & in d. l. 2. §. sed si a-
 gant. ff. eod. tit. tex. in l. 1. C. de iurisdic. omn. iudi. & ibid.
 gloss. in verbo, iudicibus. Bartol. in l. inter conuenientes,
 nume. 1. ff. ad municip. Castren. in d. l. 1. num. 20. Panorm.
 in c. si diligenti rum. 14. de foro compet. vbi omnino vi-
 de. Iul. Clar. in pract. crimin. §. final. quæst. 42. per totam,
 vbi communem dicit. Prorogatio fieri debet ad speciem
 non diuersam, vnde de t mixto ad merum imperium nõ
 admittitur prorogatio, sed de mero ad merum, & mixto
 ad t mixtum. [Panorm. in d. c. si diligenti, num. 14. Bartol.
 in d. l. inter conuenientes.] Nam t prorogare, est extende-
 re: & quod non est, non potest extendi, tex. in l. priuato-
 rum. C. de iurisdic. omn. iud. text. in c. P. & G. de offi. iu-
 dic. deleg. tex. in d. l. sed & si manente, & in l. bonorum.
 ff. rem rat. habe. [Panorm. in c. non omnis, num. 14. de pœ-
 niten. & remissio. & in c. oblatz, nume. 9. de appellat. Ias.
 in l. si per errorem, num. 1. de iurisdic. omn. iudic.] Præ-
 terea in t causis fractæ pacis non fit propriè prorogatio iu-
 risdictionis Cameræ: quia causæ fractæ pacis non habent
 alium iudicem ordinarium, quàm Cæsarem, vel vice eius
 Cameram: si igitur expresso, vel tacito partis aduersæ con-
 sensu, libellus reconuentionis admittitur, nullum est pec-
 catum, si iudex super eo procedat, cum aliàs iuris sit, vt
 in iudicio dictum est, quòd reconuentionio coram iudice vtrius-
 que causæ in exordio litis facta, in criminalibus admitta-
 tur, maximè si suam, vel suorum iniuriam prosequatur.
 Quòd autem in t Camera regulariter in causis fractæ pa-
 cis reconuentionio non recipiatur, hoc ided receptum esse
 existimo, quia separatis processibus super diuersis factis,
 melius rei veritas indagatur, & ne vna causa aliam impe-
 diat, sed quælibet suo Marte procedat, & in qua prius con-
 cluditur, in ea prius pronuncietur, & quia diuersa facta
 diuersas sententias requirant, tex. in l. scire debemus. ff. de
 verborum oblig. & d. l. nunquam plura. ff. de priuatis de-
 lic. text. in l. etiam si à patre. §. 1. ff. de minorib. 25. annis,
 gloss. ibid. in verb. audiendus, gloss. not. in l. in hoc iudi-
 cio, in verbo, non valere. ff. famil. erciscun. vide infr. libr.
 2. cap. 11. Ad hæc, quod quis vult facere per viam reconuen-
 uen-

15 uentionis, hoc via actionis facere potest, ita quòd non è
 pus sit beneficio reconuentionis. Quòd verò paulò antè
 dictum, t̄ iurisdictionem in criminalibus prorogari pos-
 se, intelligendum quòad præiudicium ipsius prorogan-
 tis, non quòad interesse publicum, cuius partes derogare
 non possunt, rex. notab. in l. iurisdictionum. §. si paciscar. ff.
 de pact. Vnde si in loco prorogationis fuit absolutus, aut
 còdemnatus, poterit nihilominùs in loco delicti iterùm
 accusari & condemnari, vt præclare docet Castr. in d. l. i.
 num. 20. ff. de iudi. cuius distinctionem in hac questione
 omninò vide. Porro illud omni dubitatione caret, quòd
 16 t̄ criminaliter ex Constitutione pacis publicæ conuen-
 tus, non possit in Camera ciuilitè reconuenire, quia ta-
 li casu, ne de iure quidem communi locum habet recon-
 uentio. Criminali enim actione conuentus, non potest
 ciuilitè reconuentionem intentare, per tex. in l. fin. C. de
 ord. iudicio. Bald. ibid. num. 1. Panorm. in d. c. 1. num. 22.
 in fin. de mutuis pet. Maran. d. dist. 6. num. 57. Sic re-
 iecta fuit recòuentio in causa Nürmberg/ contra Wam-
 berg/ Colben vnd Wlannen belangend/ Anno 52. die 18.
 Ianuarij, vbi in reconuentione super fracta pace posses-
 sorium Retinendæ simul deducebatur. & in causa Le-
 wenssain contra Mittelhaim geraden/ Anno 63. die 15.
 Februarij, vbi reconuentio erat merè ciuilis in posses-
 sorio Retinendæ, quòd interdictum cum sit ciuile, nihil cò-
 mune habet cum Còstitutione pacis publicæ, vbi non de
 possessione vel proprietate alicuius rei, sed de violentia
 publica, de pace & tranquillitate in Imperio Romano
 conseruanda disputatur & agitur.

CAP. XIII.

**Factum cum suis qualitatibus in actione
 turbatz pacis publicæ pro-
 bandum.**

SUMMARI A.

- 1 *Agens ex constitutione pacis publicæ factum cum necessa-
 rijs*

cessarijs qualitatibus probare debes.

- 2 Qualitas requisita à facto principali separari nequit.
- 3 Libellans factum qualificatum, vtrumque probare debes.
& num. 21.
- 4 Lex vel statutum requirens certam qualitatem, non ob-
tinet sine illa qualitate.
- 5 Succumbens in qualitate, succumbit in toto.
- 6 Qualitates constitutionis omnes verificari debent, ad hoc
vt pœna Constitutionis locum habeat.
- 7 Fundans se super qualitate statuit, debet articulare &
probare qualitatem statuti.
- 8 Qualitas inheret subiecto, eiq. formam dat.
- 9 Actore non probante factum cum suis qualitatibus in casu
fracta pacis, Reus absolui debet.
- 10 Probatio non dicitur concludens, si qualitas requisita
probata non sit.
- 11 Probatio non concludens rem facit magis dubiam.
- 12 Iurisdictio Camera deficit, deficientibus requisitis fracta
pacis.
- 13 Probationes extra causam fracta pacis sunt impertinen-
tes.
- 14 Officiales non debent se intromittere de officio alte-
rius.
- 15 Appellare omissio medio, quare non liceat.
- 16 Actionem vnâ intentans, & aliam probans, nihil a-
git.
- 17 Verba legis si facto non conueniunt, nec eius dispositio lo-
cum habet.
- 18 Crimen cum qualitate intentatum, cum sua qualitate
probandum est.
- 19 Clausula reseruatoria in causis fracta pacis, non probatis
qualitatibus, adijci solet.
- 20 Sententia absolutoria in causa fracta pacis cum clausula
reseruatoria.

22 *Qualitas adiecta facto quando probanda.*

23 *Qualitas impertinenter facto adiecta, pro non adiecta est.*

- 1 **A**GENS† ex Constitutione fractæ pacis, non solum factum, quod Reus conuentus deiecerit, verberauerit, aut pulsauerit, sed etiam qualitatem facti, videlicet armatam manum, vim publicam, & dolum ex proposito (quia hæc tria requisita in accusatione super violata pace pariter probanda sunt, vt dictum est supra cap.7.) in libello deducere & probare debet. Non sufficit factum, omissis istis qualitatibus, probare, sed necesse est, vt omnia simul concurrant, ad hoc, vt pœna fractæ pacis irrogari queat. Qualitas † enim requisita à facto principali separari nequit, quia † quando quis factum qualificatum in libello proponit, censetur se ad vtrumque adstrinxisse, putà ad factum, & ad qualitatem facti, Doct. in c. ex parte, e. l. 1. de rescript. Felin. latè ibid. num. 21. cum sequen. & præclare in c. licet causam, num. 40. cum sequen. de probat. per multa allegata. Quò fit, vt omissa qualitate, aliud censeatur esse factum, quàm illud, quod in libello propositum fuit, per tex. in c. ab eo qui contra, de elect. in 6. text. in l. habebat. ff. de instito. actio. text. in l. prætor ait. la. 2. §. docere, ibi: cæterùm, si alibi datum sit, quàm in turba. ff. vi bonor. rapt. & in l. Fulcinius. §. cum hoc editum. ff. ex quib. caus. in possess. eat. text. in l. 1. §. final. ff. de incend. ruin. naufrag. & in l. non ignorat. C. de his qui accusa. non poss. gloss. notab. in c. significasti, 33. quæst. 5. in verbo, cum omni. Castren. in l. 2. in fin. C. ad leg. lul. de vi publ. Deci. consil. 261. nume. 2. incip. superioribus diebus. Schurff. consil. 12. per totum, cent. 2. incip. licet ex actis. Bartol. in l. 1. §. quod autem ait, nume. 1. ff. ne quid in flumi. public. vbi per illum textum tradit, quòd quoties à † lege, vel statuto aliquid cum adiecta qualitate proferatur, necesse sit vtrumque probare, factum nimirum cum sua qualitate, idem tradit las. in l. non solum. §. sciendum, num. 3. ff. de noui oper. nuncia. Alexan. consil. 172. num. 5. volum. 2. incip. visis, & oportunè. Idem consil. 82. nume.

74. volum. 3. incip. viso processu. Felin. in d. c. ex parte. cl. 1.
 vbi dicit, quod succumbens in qualitate, succumbat in to-
 to, quia sermo qualificatus censetur esse indiuiduus, [&
 ideò in vna parte vitiatu, in totum corrui,] per text. in
 d. c. ab eo, Doct. in l. Diuus. ff. de re iudi. Bald. in l. 2. C. de
 probat. Bartol. in l. quemadmodum, num. 9. C. de agric. &
 censit. lib. 11.] latè Hippol. in l. si quis, num. 130. & nume.
 135, ff. de quæst. Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. quæst. 85. ver-
 fic. vbi agitur, num. 9. & in verbo, assassinum, circa prin-
 cip. vbi que dicunt, quotiescunq; † agitur de pœna impo-
 nenda alicuius specialis constitutionis, tunc necesse esse,
 verificari omnes qualitates in ipsa constitutione expref-
 sas, ad hoc, vt pœna committatur, non solùm factum, vel
 rem principalem probari oportere, sed etiam qualitatē,
 ad hoc, vt conueniat verbis legis, statuti, vel alterius dis-
 positionis: aliàs illa qualitate non probata, non diceretur
 legitima probatio per iura allegata. Hippol. in d. l. si quis,
 num. 130. per multa allegata, & agens causa cadet. Exem-
 pli gratia, Statuto grauissima pœna plectuntur abducen-
 tes mulieres honestæ vitæ, bonæ conditionis, & famæ: si
 ex facto ad pœnam statuti quis agere veller, necessariò
 has qualitates statuti, super quo se † fundat, articulare, &
 probare debet, ad hoc, vt pœna statuti infligi possit abdu-
 centi, refert Hippol. singul. 187. num. 3. cum sequen. incip.
 qualitas. Et Ioan. Andre. in c. 1. num. 4. de homicid. in 6. di-
 cit, se quendam prælatum à pœna illius capituli, putà,
 mortis liberâsse, qui data pecunia alium occidi mandâ-
 rat. Nam etsi probatum esset mandatum & homicidium,
 (hoc est, assassinementum, vt vocant) tamen quia quali-
 tas homicidij non erat probata, nimirum, quod occisus
 fuisset Christianus, prout dictum in c. 1. requirit, dictus
 prælatus pœnam illius cap. euasit. refert & sequitur Bal.
 in l. si quis non dicam, num. 4. C. de episc. & cleric. Hip-
 pol. in d. l. si quis, nume. 130. ff. de quæstio. Anchar. consil.
 271. nume. 2. incip. de titulis criminum. Natta consil. 254.
 num. 2. volum. 1. incip. inquisitus Iohannes. Roman. consil.
 144. num. 1. incip. inquisitio præsens. Alexand. d. consil.
 171. num. 5. & d. consil. 82. num. 14. Felin. in c. auditis, num.

33. de præscrip. [Iulius Clarus in d. §. fin. quæst. 85. num. 2.]
 vbiq̄ue doctrinam Ioan. Andr. sequuntur Curt. Sen. con-
 sil. 59. num. 7. incip. Dux Philippus. vbi dicit, quoties ali-
 quid requiritur à lege cū qualitate vel limitatione, quòd
 prius de illa qualitate & limitatione constare debeat: ad
 hoc, vt ipsa dispositio locum habeat, quia si qualitas inhe-
 ret subiecto, eiq̄ue formam dat, per text. in l. Titius. ff. de
 milit. testa. & in c. statutum, de elect. lib. 6. & in c. vbi peri-
 culum. §. cæterum, eod. tit. Paris. consil. 53. nume. 44. cum
 seq. volum. 4. incip. quamuis. Idem consil. 58. num. 58. cum
 sequen. eod. volum. incip. agat coram. & consil. 27. nume.
 73. volum. 2. incip. notula asserti testamenti, dicens, quali-
 tate constitutionis non probata, beneficium constitutio-
 nis locum non habere. Quapropter, vt ad propositum re-
 deam, Actor † in accusatione super constitutione viola-
 tæ pacis, qualitates constitutionis articulare, & in pro-
 cessu causæ legitimè probare debet: alias reus conuentus
 ab æctione instituta absoluitur, actorq̄ue in expensis con-
 demnatur, regula enim l. qui accusare. C. de eden. secun-
 dùm communem opinionem non solum locum habet in
 causis ciuilibus, sed etiam criminalibus. Ias. in l. non est
 nouum, num. 5. C. eod. tit. Iul. Clar. in pract. crimi. §. fina.
 quæst. 62. num. 1. vtrobique communem dicunt. Omissa
 enim † qualitate, probatio non est concludens, & idèd nō
 releuat, vulgato c. in præsentia, extr. de probat. Hippol. d.
 d. singul. 187. num. 1. & in d. l. si quis. num. 131. Roma. con-
 sil. 110. nume. 1. incip. quæstio consultationis. Castr. in l. si
 communem. §. 1. [num. 2. cum sequen.] ff. quemadm. seru.
 amit. vbiq̄ue dicunt, qualitatem criminis accusationi, vel
 inquisitioni adiectam, probandam esse, alias reum absol-
 ui oportere, eamq̄ue communem esse Docto. opinionem
 testatur Roman. d. consil. 110. nam probatio abique qua-
 litate non dicitur concludens, imò neque pro † probati-
 one habetur, quia rem facit magis dubiam, & in dubio
 contra probantem, etiam in materia fauorabili, inter-
 pretatio facienda est, text. in l. si quis intentione. ff. de iu-
 dic. & in l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verbor. oblig. glof.
 sing. in d. c. in præsentia, in verbo, dubium. Bald. in l. ma-
 trem,

vtem, num. 7. C. de probat. & in l. 2. num. 5. C. de bon. poss.
 præclare Deci. consil. 312. num. 6. incip. in causa, quæ Ale-
 xandriæ. Idem consil. 109. num. 3. incip. & pro tenui fac. &
 consil. 483. num. 13. incip. pro resolutione. Roman. consil.
 305. num. 8. incip. quoad septimum. idem singul. 749. Hip-
 pol. singul. 267. in princip. & singul. 494. num. 1. Præterea,
 deficientibus † requisitis constitutionis ruptæ pacis pub-
 licæ, deficit iurisdictio Camere, text. in l. 4. §. toties. ff. de
 dam. infect. tex. in l. 1. & in fin. C. si à non compet. iudi. es-
 se dicat: ergò necessariò absolutio sequi debet, propter
 defectum iurisdictionis, etiam si factum principale am-
 plissimè, exactissimeque probatum esset, putà spoliū,
 vel turbatio in possessorio Retinendæ, aut violentia pu-
 blica, quia, vt supra cap. 7. dictum est, non omnis vis pu-
 blica, est fracta pax, licet è diuerso omnis violenta pacis
 turbatio, sit vis publica. Probationes † igitur extra cau-
 sam fractæ pacis factæ impertinentes sunt, & ided nihil
 momenti habent, text. in c. examinata, de iudic. & in d. l.
 habebat, text. in l. Bebius, in fine. ff. de pactis. quia causæ
 spoliij, vel turbatæ possessionis, aut iniuriarum, omisso
 medio ad Cameram non pertinent, præsertim quoad Sta-
 tus & Nobiles Imperij, qui ex lege Ordinationis, in hu-
 iusmodi & similibus causis iudices primarum instantia-
 rum habent, vermög der Aufsätz/ quo beneficio non
 sunt priuandi, ne iurisditiones iniquè confundantur,
 quod fieri non debet, per rex. notab. in l. in prouincijs. C.
 de munerarijs, & actuarijs, lib. 10. vbi Bartol. dicit per il-
 lum textum, quod vnus Officialis non debet se intromit-
 tere de officio alterius, text. in l. nemo post litem. C. de iu-
 risdic. omni. iudi. gloss. ibid. in verbo, auxilium, text. in c.
 peruenit. 11. quæst. 1. text. in §. nulla. Auth. de defensorib.
 ciuita. gloss. in c. pastoralis, in verbo, exceptis, de offic. iu-
 dic. ordina. Natta consil. 271. num. 1. & 2. volum. 2. incip. con-
 curro in sententiam, Guid. decis. 436. nume. 3. incip. cum
 materia, vbi pro conclusione ponit, quod † etsi iudex ap-
 pellationis iurisditionem habeat in territorio iudicis
 ordinarij, attamen eam impeditam & ligatam habet, vt
 eam exercere nequeat, nisi post appellationem ritè in-

terpositam, & coram se legitimè introductam, d. c. pasto-
 ralis. Hinc est, quòd omisso medio, non liceat ad superio-
 rem appellare, sed gradatim appellandum sit, d. l. nemo,
 tex. in l. Imperatores. ff. de appellat. text. in c. dilecti, el. 1.
 extr. eod. tit. gloss. ibid. in verbo, post huiusmodi. Feli. in
 c. super quæstionum. §. porro, num. 14. de offic. & potesta.
 iudic. delega. vbi vide limitationes Ordinat. Cameræ,
 16 par. 2. tit. 29. §. 1. Facit ad prædicta, quòd ineptè agat, qui t
 aliam, quam intentauit, actionem probat, & quòd is, qui
 ex singulari causâ agit, & aliam probat, nihil obtinere
 debeat. tex. not. in d. l. Bebius, in fin. ff. de pact. dotalib. &
 in l. illud. ff. de lib. causa. tex. in l. habebat. ff. de instit. act.
 tex. in l. 1. §. fin. vbi glo. in verb. non tenere. ff. si mens. fals.
 mod. dix. tex. in c. examinata, de iud. & in c. Abbate, de re
 iud. in 6. Panorm. in c. sicut, num. 12. eodem tit. Bald. in d.
 l. 2. num. 2. C. de probat. Roman. d. consil. 110. num. 1. Cùm
 igitur qualitates in constitutione fractæ pacis adiectæ, iu-
 risdictionem Cameræ fundent, non causâ spoliij, turbatio-
 nis, aut cuiuslibet vis publicæ, vt paulò antè dixi, quorum
 nomine principaliter in Camera citatio non fuit cõces-
 sa, neque actio intentata, aut lis super ijs contestata, sen-
 tentiaque libello debeat esse conformis, tex. in c. licet He-
 ly, de simonia. & de qua re iudex cognouit, de ea quoque
 pronunciare debeat, tex. in l. de qua re. ff. de iudic. conse-
 quens est, non probatis necessarijs qualitatibus, aliud fa-
 ctum, quàm in libello positum, deductû ceneri, & ided
 reum conuentum ab instituta actione meritò absolui, &
 actorem in expensis condemnari debere, per iura allega-
 17 ta: quia si t verba legis factò non conueniunt, nec eius
 dispositio locum habebit, text. in l. 4. §. toties. ff. de damn.
 infect. & in l. ita autem, in princip. ff. de administr. & pe-
 ric. tut. & curato. Hippol. ad Rub. C. de prob. num. 457. &
 num. 457. & in d. l. si quis, num. 130. in princip. Roman. d.
 d. consil. 110. vbi dicit, si t delictum cum aliqua qualitate
 18 pœnam aggravante in accusatione vel inquisitione de-
 ducatur, vtputà crimen furti, cum qualitate manife-
 sti, qualitate non probata, reum absolui debere, per
 textum in l. quid ergò. §. pœna grauior, versicul. nam
 ex

ex furto, ff. de his qui not. infam. text. in l. i. §. fin. ff. de in-
 cen. ruin. naufrag. Doct. vbi supr. præsertim Hippol. in d.
 l. si quis. ff. de quæstionib. vbi plura exempla accumulât.
 Et ita in Camera sæpè rei conuenti super Constitutione
 fractæ pacis, qualitatibus requisitis non probatis, ab acti-
 one intentata absoluti sunt, vt in causa Knorren/ contra
 Westhagen/ 20. Nouembr. Anno 66. Consuevit autem
 sententiæ † absolutoriæ adijc. clausula referuatoria, quæ
 Actorius agendi ad poenas iuris communis, vel super in-
 terdicto, vnde vi, aut Retinendę possessionis, coram iudice
 ordinario & competente, expressè referuatur, per tex.
 in d. l. Bebius, in fine. & tex. in d. c. examinata, Bartol. in l.
 si autem. §. si quocunque, num. 2. ff. de negot. gest. Panor.
 mita. in d. c. sicut, nume. 12. & ita in allegato præiudicio
 factum. Non tamen est necesse adijcere hanc clausulam
 referuatoriam, quia pro iudicis arbitrio etiam omitti po-
 test, quod sæpè factū memini, nouissimè in causa Preen/
 contra Malchin/ 11. Iunij, Anno 67. Sententiæ † autem
 absolutoria in causa fractæ pacis, non probatis requisitis,
 cum clausula referuatoria, talis est, In angemaster Länd-
 friedbrüchiger sachen N. Klägern eins/ wider M. Be-
 flagen/ ander theils / ist allem vorbringen nach / zu
 Rechte erkendt / daß gedachter Beklagter von angestell-
 ter Klag auff den Ländfrieden / zu absolutiern vnd erle-
 digen sey / als wir ihnen auch htemit absolutiern vnd er-
 ledigen: Doch gedachtem Kläger (ob er woll) auch sonst
 menniglichen an gebürenden orthen / vñnd wie sich ver-
 mög der Rechten gebürt / zu klagen vorbehalten.

Latinè :

In prætensa causa fractæ pacis N. Actoris ex vna, contra
 M. Reum ex altera partibus, visis actis & actitatis, pronun-
 ciamus, & decernimus, quòd dictus Reus ab instituta a-
 ctione super fracta pace absolui debeat, prout eum hac
 nostra sententiâ absoluimus : referuato tamen d. Actori, si
 velit, & quibuscunque, coram competente iudice, agen-
 di iure. Porro, quod initio † dictum est, factum cum sua

- qualitate probandum, cum moderamine accipiendum est, ut eatenus procedat, si qualitas illa sit de substantia actionis, vel criminis, ita ut alteretur per eam factum, vel crimen in iudicium deductum. Secus, si remota qualitate non alteretur factum, vel species criminis, quia tunc tam in civili, quam criminali iudicio qualitas adiecta nullius est præiudicij, etiamsi non probetur, per text. in delictis. §. si detracta. ff. de noxali actio. pulchrè Bald. in l. i. nu. ii. cum sequen. C. de condic. indebi. vbi dicit, qualitatem t adiectam, tunc esse probandam, quando illa mutaret speciem actionis, vel exceptionis, vel faceret quem admitti ad i. l., quod aliàs non admitteretur. Idem Bald. in l. ii. num. 8. §. de eden. docet, non esse necessariam qualitatis probationem, si illa ad actionis substantiam non pertineat, neque libelli variationem inducat, refert & sequitur Felin. in d. c. ex parte. el. i. num. 39. de rescrip. & in d. c. licet causam, num. 4. de probat. vbi multa ad hoc allegat. Bald. in l. Titia, num. 1. ff. solut. matrimoq. Bartol. in l. denunciasse. §. quid tamen, num. 2. ff. ad leg. Iuliam, de adult. vbi dicunt, quòd in qualitate non alterante modum agendi, sufficiat probare principale factum absque qualitate, & probantem simplex factum, remota qualitate, obtinere debere. Felin. in d. c. licet causam, num. 41. idque bene notandum existimat: quòd spectat, quòd t qualitas facti impertinenter adiecta, pro superuacanea, & non adiecta habeatur, neque allegantem onere probandi adstringat, Bald. Felin. & alij, vbi supra.

CAP. XIII.

An in causis fractæ pacis conatus pro effectu habeatur.

S V M M A R I A.

- 1 Pax publica absque homicidio violari potest.
- 2 Armata vis dicitur, si adsit terror armorum.
- 3 De homicidio tenetur, qui occidendi hominis causa arma gerit.

- 4 In atrocioribus delictis conatus pro effectu habetur.
- 5 Crimen raptus, & laesa Maiestatis attentatum punitur.
& num. 6.
- 7 Attentatum crimen quando puniri debeat.
- 8 Voluntas externis indicijs patefacta, pro delicto habetur.
- 9 Fracta paci crimen atrocissimum est.
- 10 Lex, vel constitutio considerans affectum sine effectu, locum habet in solo conatu.
- 11 Crimina ex voluntate procedunt.
- 12 Iudex Camera in criminibus attentatis poenam Banni in pecuniariam commutare potest.
- 13 Castrum ad defectionem sollicitans, committit crimen laesa Maiestatis.
- 14 Nicoclis Cypriorum Regis admonitio, ut proditores manifestentur.
- 15 Castris praefectus cum proditoribus colloqui potest.
- 16 In delictis attentatis mitior poena irrogari debet.
- 17 Peccatum operis an grauius sit secundum Theologos, quam cordis.
- 18 In veteri testamento, an voluntas occidendi hominem pro facto habita sit.
- 19 Casus, in quibus conatus absq; effectu puniatur.
- 20 Parricidium attentatum sine effectu, punitur.
- 21 Assassinatum crimen contrahitur, etiam renouato mandato re integra.
- 22 Simonia est crimen capitale, & sola voluntas sufficit.
- 23 Crimen Simoniae praebet & usura, sola voluntate committitur.
- 24 Simonia conuentionalis & mentalis differentia.
- 25 Infantem occidere tentans, pro homicida habetur.
- 26 Sodomia crimen committitur sola affectione.
- 27 Lenocinium committit dans occasionem adulterij.

- 28 *Delicta qua exemplo opus habent, puniuntur sine effectu.*
 29 *Statuti poena non habet locum in delictis attentatis.*
 30 *Statuta proprie intelligenda sunt.*

ERRONEVM est existimare, ad poenam constitutionis pacis publicæ agi non posse, nisi quis vi armata lædatur, vulneretur, aut occidatur. Nam pacem † publicam quis violare potest absque homicidio, & homicidium committere, vt tamen non violet pacem publicam, per tex. in l. 1. §. diuus. ff. ad leg. Corne. de sicar. tex. in l. idem est. §. qui armati. ff. de vi & vi arma. Qui armati, inquit l. C. venerunt, etsi non armis vsi sunt ad deiciendum, sed deiecerunt, armata vis facta esse videtur: †
 † sufficit enim † terror armorum, vt videatur deiecisse ad idem est text. in l. qui dolo. §. final. ff. ad leg. Iul. de vi publ. vbi dicitur, quod lege Iulia de vi publica teneatur, qui conuocatis hominibus vim facit, quo quis verberetur, vel pulsetur, etsi neq; homo occisus sit: nam lex † nominus eum, qui occidendi hominis causa cum telo fuerit, quam eum, qui occidit, punit, tex. in l. aut facta. §. euertus. ff. de poen. tex. in l. is qui cum telo. C. ad leg. Corn. de sicar. & in d. l. 1. §. Diuus. & tex. in l. 2. §. dolo malo. ff. vi bonor. rapti. vbi dicitur non tantum eum dolo malo facere, qui rapuit, sed & eum, qui precedente consilio ad hoc ipsum homines collegit armatos, vt damnum det, bonave rapiat, ad idem est text. in l. prætor ait. §. eritque hæc. ff. eod. titul. Natta consil. 240. nume. 10. volum. 2. incip. reddidi aliis. Et licet regulariter affectus sine effectu non puniatur, tex. in l. 1. §. fina. ff. quod quisque iur. gloss. ibid. in verbo, putamus, tex. in l. qui fallam. ff. ad leg. Cornel. de fals. vbi latè Hippol. nu. 2. cum sequen. tamen regula illa non procedit in † atrocioribus delictis, vbi conatus perinde †
 † atque effectus punitur, vt in † crimine raptus, text. in l. si quis non dicam rapere. C. de episc. & cleri. ibi, attentauerit, gloss. & communiter Doct. ibid. item in † crimine læsæ maiestatis, præsertim ex primo capite legis Iul. text. in l.

in l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. eadem enim seueritate, inquit text. voluntatem sceleris, qua affectum puniri iura voluerunt, text. in c. quisquis. de poenit. distinct. 1. tex. in Clem. pastoralis, de re iudi. ibi, tractauerunt, & in l. v. nica. C. de rapt. virg. Hippo. ibid. nu. 291. cum sequ. & late in d. l. qui falsam, vbi omnino vide. Feli. in sua questione, quando conatus absq; affectu puniatur, idem in c. 1. nu. 9. de offi. deleg. & in c. 1. nu. 2. de presump. vbi multas fallentias ponit. Bald. in l. data opera, nu. 7. cum sequ. C. qui accus. poss. Gigas in tract. crimin. l. 1. de maiest. q. 66. per totam. Dec. confi. 482. num. 12. incip. pro resolutione. Tiraq. in tract. de poenis, causa 37. cum sequ. Iul. Clarus in pract. crimin. §. fina. quæst. 92. nume. 2. vbi communem dicit, & hæc intelligenda sunt t̄ quando deuentum est ad actum proximum maleficio, quando processum est ad aliquem actum ordinatum ad ipsum factum, nam solus tractatus etiam in atrocissimis delictis, non punitur, secundum Hippol. in d. l. qui falsam, nume. 8. Iulius Clarus d. quæstio. 92. nume. 2. vbi communem dicit. Feli. in d. c. 1. nume. 6. & d. quæstio. quando conatus. Sufficit ergo in atrocioribus delictis ad actum exteriorum peruentum esse, etsi effectus vel delictum non sequatur: Voluntas externis indicijs patefacta pro delicto habetur. Et generaliter t̄ quotiescunque non stat per aliquem, quo minus actus perficiatur, tunc actus pro perfecto & impleto habetur, text. in l. de pupillo, §. si is cui nunciatum. ff. de no. oper. nunciat. idque omnium maximè in maleficijs obtinet, vbi principium, & voluntas spectatur, non exitus, text. in l. quoniam multa. C. ad l. Iul. de vi publi. & in l. qui iniuriæ. ff. de furt. text. in l. Diuus, ff. ad l. Cornel. de scar. text. in c. pro humani. §. fina. de homicid. in 6. & per iura supra allegata. Quod pertinet quod Cicero in Paradoxis scribit, peccata nõ rerum euentu, sed vitijs hominum metienda esse. Quod autem t̄ crimen fractæ pacis atrocissimum sit, nemo dubitat, quia damnatum vitæ & bonorum periculo exponit, ita vt communis omnium hostis efficiatur, vt infra, libr. 2. cap. 1. prolixius notatur, quinimò ipsa Constitutio conarum perinde atque esse.

effectum punit, sub titul. 4. in princ. ibi, oder zu handlen
 vnderstehen wurden/ id est, aliquid contra pacem pub-
 10 licam attentare voluerint, & sic t̄ ipsa constitutio pacis
 publicæ cōsiderat affectum sine effectu: quo casu conatus
 pro effectu habetur atque punitur, per text. in l. & gene-
 raliter, §. 1. ff. de calum. Bart. ibid. nu. 1. tex. in l. 1. §. item se-
 natuconsulto. ff. de postul. gloss. ibid. in verb. siue, tex. in
 l. 3. ff. quod quisq. iur. et in l. si quis seruo. C. de fur. & seru.
 corrup. Hippol. in d. l. qui falsam, num. 2. Tiraq. in d. trac.
 de pœnis, caus. 37. nu. 7. Bart. in d. l. 1. §. Diuus. ff. ad l. Cor-
 nel. de sicar. vbi dicunt conatum puniri, quando mani-
 feste apparet legis, aut statuti intentionem esse, vt tracta-
 tus puniatur, per iura allegata. Hęc diligēter in decernen-
 dis processibus super fracta pace consideranda sunt, vt
 non tam ipsum factum, quàm nocendi & offendendi vo-
 luntatem spectemus, non refert, an is qui citatur occide-
 rit aliquem, sed an occidere voluerit, an in arenam con-
 uocatis hominibus, armata manu descenderit, tex. in d. l.
 is qui cum telo, & in d. l. idem est, §. qui armati, & in d. l.
 11 dolo. §. fin. Crimen t̄ enim contrahitur, si & nocendi vo-
 luntas intercedit, tex. in l. 1. C. ad leg. Cor. de sicar. & in d.
 l. Diuus. ff. eo. & dolus atque propositum hominum ma-
 leficia distinguunt, tex. in l. qui iniuriæ. ff. de furt. & in l.
 quod Reipublicæ. ff. de iniur. item ex voluntate peccata
 procedunt, quæ libero mentis arbitrio, & delinquendi
 proposito cōmittuntur, tex. in c. 1. 15. q. 1. Quapropter si qs
 armatus, de indultoria, dolo malo, hominibus coactis, do-
 mum, castrum vel prædium alterius inuadat, etsi nemine
 lædat, aut occidat, sed lædere vel occidere voluerit, rectè
 ob conatum & enixam voluntatem, ex Cōstitutione pa-
 cis publicæ conueniri, & probato conatu cum neceti-
 rijs suis qualitatibus, in Bannum Imperiale declarari
 poterit. Bartol. pulchrè in d. l. 1. §. Diuus. ff. ad l. Cornel.
 12 de sicar. Dd. in locis supra allegatis. Poterit t̄ tamen iu-
 dex Banni in pecuniariam hoc casu conuertere: nam et-
 iam in delictis consummatis Iudex Cameræ arbitrium
 habet, & facultatem commutandi pœnam Banni in pe-
 cuniariam, sicut disponit Constitutio Diui Impera-
 toris

toris Caroli V. de anno 48. & vide infra libro 2. cap. 9.
 multo magis in delictis attentatis, & non perfectis hoc
 erit permilsum: maxime si non sit attentatum crimen læ-
 sæ maiestatis, vel prodicionis patriæ, in quibus propter
 exemplum, voluntas pro facto habetur, text. in d. l. quis-
 quis. Dd. vbi sup: à. Gigas in tractatu de crim. læsæ maiest.
 libr. 1. rubr. qualiter & à quib. crim. læsæ maiest. quæst. 30.
 num. 2. & libr. 3. rubr. de plurib. & varijs quæstio. quæst. 2.
 num. 6. dicens t̄ subditum attentantem, vt castrum disce-
 dat à fidelitate Regis, incidere in crimen læsæ maiesta-
 tis, & adducit exemplum t̄ Nicoclis Cypriorum regis
 admonētis subditos suos, vt eos qui circa dominatū suum
 indignè se gererent, reprehenderent, eademq; pœna di-
 gnos existimarēt, & magistratui suo vim faciētes, & hu-
 iusmodi iniurias contegentes, refert Isocrates in t̄cunda
 sua oratione quam in Nicoclis persona cōscripsit. Laude
 verò digni sunt t̄ Præfecti castrorum, siue Castellani, qui
 simulatione quadam amicitiz, proditores ad defectionē
 se sollicitantes, ad colloquium admittunt, ijsque beni-
 gnas aures præbent, vt consiliorum arcana exquirant, &
 sibi in futurum cautius prospicere queant, vt singulari-
 ter nota: Cast. in d. l. si quis seruo, num. 1. C. de fur. & ser.
 corrup. per illum tex. Itaque regulariter t̄ mitior pœna,
 vt ad propositum redeam, in delictis attentatis irrogan-
 da est: ita se habet communis Dd. opinio, per text. notab.
 in l. 1. §. si. ff. de extraord. crim. & in l. si quis aliquid. §. 1. ff.
 de poen. Dd. in l. 1. §. hæc autem verba. ff. quod quisq; iur.
 Tiraqu. in tracta. de poenis, causa 39. cum seq. Iul. Clar. d.
 quæst. 92. vbi communem dicit, quod mitius sit puniendus
 qui actum non perfecit, licet deuenerit ad actum proxi-
 mum, etiam in casibus expressis: hoc est, quando lex ex-
 presse punit conatum pro effectu, vt notat Tiraqu. d. cau-
 sa 40. nume. 2. dicens, quod etiam secundum Theologos,
 peccatum t̄ operis grauius & maius sit, quam cordis: itē
 quod licet apud Deum, qui solum cor intuetur, votum
 pro opere, id est, voluntas pro facto reputetur, text. in c.
 2. de poenit. dist. 1. tamen non debet tanta pœna imponi
 pro voto, quam pro facto, etiam in foro conscientiz,

- vt notat gloss. in c. qui viderit, in verbo, iam moechatus,
- 18 32. quæstione 5. Quò pertinet, quòd in lege t veteris testa-
menti scriptum est, Leuitici cap. 24. qui percusserit & oc-
ciderit hominem, morte moriatur: item Numer. cap. 35.
si quis ferro percusserit, & mortuus fuerit qui percussus
est, reus erit homicidij, & ipse morietur: ergo solus co-
natus morte non mulctatur, sed factum requiritur, quan-
tumcunque enim occidere voluerit, si non occidit, reus
mortis non erit. Et licet huic loco aduersari videatur id,
quod Exodi cap. 21. legitur, Qui percusserit hominem,
volens occidere, morte puniatur, tamen locum illum a-
liter interpretatur Nicol. Lyrin. in signis Bibliorum in-
terpres, vt planè superiori conueniat, & ita se Hebrai-
cam lectionem habere testatur: Percutiens hominem, &
moritur, scilicet percussus, ita quòd verbum, percussio,
pro occisione accipiatur, nec sufficiat sola voluntas, nisi
19 sequatur effectus. Obseruandum igitur in t materia co-
natus, quòd regulariter, vt in iur. dixi, affectus, non secu-
to effectù non puniatur. Fallit in atrocioribus delictis,
vel vt Castr. scribit in d. l. si quis seruo, num. 1. in casibus
specialiter in iure expressis. Sunt autem atrociora delicta,
siue casus expressi. I. crimen læsæ maiestatis, d. l. qui quis.
20 II. crimen raptus, d. l. si quis non dicam. III. t parricidij,
nam filius de parricidio tenetur, si emit venenum, vt pa-
tri daret, quamuis non potuerit dare, text. in l. r. in fin. ff.
21 ad l. Pomp. de parricidij. IIII. t crimen assassinarus, vt
vocat: nam de homicidio tenetur tanquàm sicarius, qui
mandauit aliquem prece, vel precio insidiosè occidi, eti-
am si nondum commisso homicidio mandatum reuocet,
text. in c. pro humani, §. ff. de homicid. in 6. Hippo. in d. l.
vnic. num. 294. C. de rapt. virg. & d. l. qui falsam. Iul. Clar.
in pract. crim. in verb. assassinum, num. 7. per multa exem-
22 pla & allegata ibid. V. crimen t simoniz: nam spiritus
sancti donum precio comparari, quid aliud est, quam ca-
pitale crimen, & simoniaca hæresis, text. in c. qui studet.
1. q. 1. gl. ibid. in verbo, à communione, & in c. nullus Epi-
scopus, eadem causa, & quæst. iunct. gloss. in verb. exigat.
Hippol. in d. l. vnic. num. 292. & istud in detestationem
canti

tanti criminis receptum est, vt refert Hippo. loco citato,
 & hoc t̄ crimen sola etiam voluntate committitur, sicut
 vsura, Canonistæ mentalem simoniam vocant, text. in
 c. si. de simon. glo. ibid. in verbo, affectu animi, & in c. tua
 nos, in verbo, culpabiles, & in c. consulere, in verbo, vo-
 luerunt, eod. titu. Panormi. & alij ibid. glo. in c. ex parte,
 el. 1. in verbo, dimittere, de ofi. deleg. Franc. Marc. quæst.
 344. per totam. Est t̄ tamen differentia inter conuentio-
 nalem, & mentalem simoniam, illa non aliter, nisi ple-
 naria & integra restitutione: altera sola poenitentia abo-
 letur, per text. in d. c. fin. iuncta gloss. ibid. Panorm. in d.
 c. tua nos. Mentalem simoniam committunt etiam Ec-
 clesiastici, quando principaliter propter distributiones,
 non propter orationes diuinis officijs intersunt, per text.
 in c. odi, 24. quæst. 1. Felin. in d. c. ex parte, el. 1. nu. 2. de ofi.
 iud. deleg. VI. capitalis poena in eum constituta est, qui t̄
 necandi infantis piaculum aggreditur, etsi effectus non
 sequatur, text. in c. si quis, de poenit. distin. 1. t̄ VII. cri-
 men Sodomiz omnium grauissimum, in quo non requi-
 ritur consummatio operis, sed voluntas & conatus actui
 proximus sufficit, ita vt rem perfecisset si potuisset, aut
 nisi aliud impedimentum intercessisset. Et licet nonnul-
 li aliter sentiant, nimirum quod non poena mortis, sed
 extraordinaria attentans puniendus sit, vt refert & se-
 quitur Iulius Clarus lib. 5. §. Sodomia, vers. quæro, num.
 B. nunquid, tamen verior & sanctior opinio in contrari-
 um est, cum hoc peccatum sit omnium maximè detestan-
 dum & execrandum, & non simplici & leui morte puni-
 endum, sed maximis supplicijs & execrandis modis, ad
 terrorem aliorum multandum. Genes. cap. 19. Exod. cap.
 21. Leuit. cap. 20. Paul. Apost. 1. ad Corinth. cap. 6. text. in
 c. mulier, 15. quæst. 1. & in c. reos. §. qui coierit, 13. q. 5. text.
 in l. cum vir nubir. C. ad l. Iul. de adult. Dd. ibid. & in Au-
 then. vt non luxur. cont. nactr. Damhaud. in pract. crim.
 cap. 96. VIII. crimen t̄ lenocinij: nam de lenocinio tene-
 tur, qui tractatum adulterij domi suæ permisit, etsi eò lo-
 ci nihil admissum fuerit, text. not. in l. et si. ff. ad l. Iuliam
 de adult. & text. in l. 1. ff. de extraord. crim. plura exempla
 vide

125

125

125

125

125

125

vide apud Hippol. in d. l. vnica. C. de rapt. virg. & in d. l. qui falsam, vbi etiam multos casus recenset, in quibus conatus sine effectu non punitur. Felin. in d. qui it. quandò conatus abique effectu punitur. Tiraq. in tract. de pœnis, causa 39. & 40. Et generaliter in omnibus f. delictis, quæ facile in consequentiam & exemplum trahi possent, punitur affectus sine effectu, vt singulariter dicit Castr. in d. l. si quis seruo, nume. 1. C. de fur. & ser. corrup. per illum tex. nam certa regula in hac materia conatus, Hippolyto attestante in d. l. qui falsam, num. 2. dari nequit. Et tamen secundum communem opinionem, vt antea dixi, mitius punitur affectus, quàm effectus, præsertim in materia statutaria, quia ex communi Dd. opinione, pœna f. statuti non habet locum in delictis attentatis, vt præclare docet Bart. in d. l. 1. §. Diuus, num. 1. ff. ad l. Corn. de sicar. vbi dicit, quòd hac ratione conatus non punitur per totam Italiam, vbi omnia fermè delicta secundum statuta puniuntur. Ratio, quia quòd delictum attentatum habeatur pro perfecto & adimplero, non ex veritate, sed fìctione procedit: at f. statuta propriè & naturaliter, non fìctè interpretanda sunt, text. in l. 3. §. hæc verba. ff. de negot. gest. l. quicquid astringendæ. ff. de verbo. obli. Tiraq. de pœnis, causa 37. nume. 2. Felin. in d. c. 1. num. 11. de præsumptio. quòd est singulariter notandum. Bartol. in d. l. is qui cum telo, nume. 1. C. ad l. Corn. de sica. vbi dicit hoc perpetuò menti tenendum. Et hæc sufficiant in hac materia, quæ est amplissima, & per Hippol. Felin. & alios in locis allegatis prolixè tractata. In omnibus tamen istis casibus, iudicis arbitrium plurimum momenti habet, vt crimen attentatum mitiori & extraordinaria pœna puniat.

CAP. XV.

In causis fractæ pacis an articuli actoris in contumaciam Rei non respondentis pro confessis acceptari possint.

S V M M A R I A.

- 1 Articuli in contumaciam non respondentis in civilibus pro confesſu acceptari poſſunt.
- 2 Aequalitas in iudicijs ſeruanda.
- 3 Articuli in cauſis fracta pacis in contumaciam pro confesſu recipi nequeunt.
- 4 Forma pronuncianſi in cauſis fracta pacis in pacto reſponſionis.
- 5 Probationes in cauſis criminalibus luce meridiana clarioreſ eſſe debent.
- 6 Vbi de vita hominis agitur, mora tutiſſima eſt.
- 7 Duo teſtes integra fidei in criminalibus probant.
Femina in criminalibus teſtes eſſe non poſſunt. *ibid.*
- 8 Confesſio Rei in criminalibus quando ſufficienter probet.
- 9 Euidencia facti in criminalibus plena probatio eſt.
- 10 Culpam manifeſtam defendere, altera culpa eſt.
- 11 Contumacia dicitur ſiſta probatio.
- 12 Contumacia ex ſtatuto pro legitima probatione haberi poteſt.
- 13 Sigilla in cauſis fracta pacis in contumaciam pro recognitiu non acceptantur.
Delicta an per inſtrumenta aut priuatam ſcripturam probari poſſint. *ibid.*
- 14 Sigilla in civilibus ob contumaciam ex aduerſu non recognoſcentis, pro recognitiu habentur.
- 15 Debitor non recognoſcens manum & ſigillum ſuum, in contumaciam condemnatur, diſſimulæ, ibique ſententiæ formæ.
- 16 Documenta ſigillata in vim probationis producta, in contumaciam pro recognitiu habentur, niſi tamen cauſa ardua.

- 17 *Sigillorum materia, remissiue.*
 18 *An ex presumptionibus quis condemnari possit.*
 19 *Præsumptio triplex, violenta, vehemens, & probabilis.*
 20 *Articuli defensionales, an in causis fractæ pacis in contumaciam pro confessis acceptari possint.*
 21 *Innocentia favore facta & imperfecta probationes admittuntur.*
 22 *In causis fractæ pacis purgationum articuli actoris in contumaciam pro confessis acceptari possunt.*
 23 *Quid si actum sit ad pœnam pecuniariam, an articuli actoris in contumaciam pro confessis haberi queant?*
 24 *Actio quando dicatur criminalis.*
 25 *Pœna inter fiscum & partem communicatio facit actionem mixtam.*
 26 *Agens ad pœnas iuris communis, & ad restitutionem ablatorum sine accusatione fractæ pacis in Camera civiliter agit.*

1 **L**ICET articuli in causis civilibus post litis contestationem in contumaciam non respondentis pro confessis acceptari queant, per tex. in c. 2. de confel. libr. 6. gloss. ibid. in fin. & communiter Dd. text. in c. nullus, de præsumptio. & in l. si filius, la. i. ff. de interrog. act. Bald. ibid. nu. 2. Ordinatur. Camere part. titul. 15. & titu. 43. §. 4. idque tam in articulis positionalibus actoris, quam defensionalibus Rei obtinet, ut notat glo. in d. c. 2. in verbo, Reus, quia in iudicijs æqualitas seruanda, text. in c. non licet, de regu. iur. in 6. & in c. ceterum, §. nouit, de iudic. & in c. cum inter, de except. text. in l. fin. C. de fruct. & lit. expens. hoc tamen non procedit in criminalibus causis, ut sunt in Camera cautæ fractæ pacis, quibus solis exceptis, nullæ causæ criminales ibidem recipiuntur, ita disponente Ordinatione Camere, & ideo huiusmodi articuli actoris in causis fractæ pacis non pro confessis acceptantur, sed in contumaciam non respondentis ad
 2
 3
 proban

probandum admittuntur, Vnde hoc pacto interloqui solet:

In der t Landtsfridbruchigen sachen N. Eleger / wider
 M. beclagen / seindt die artikel den tag einthommen/
 in contumaciam zu beweisen zu gelassen. Latine: In causa
 fractæ pacis N. actoris, contra M. Reum, articulos tali die
 productos, in contumaciam non respondētis ad proban-
 dum admittimus. Ratio in promptu est, quia in t causis
 criminalibus probationes luce meridiana clariores re-
 quiruntur, text. in l. fin. C. de prob. & in l. absentem. ff. de
 pœ. tex. in l. qui sentētiā. C. eo. tit. & in c. sciant cuncti,
 2. q. 6. text. in l. singuli. C. de accusat. vbi dicitur, quod in
 publicis criminibus emendicatis suffragijs vti non oportet.
 Ratio verò rationis est, quod quoties t de vita homi-
 nis agitur, perspicaciùs & diligentius agendum sit, per
 tex. not. in l. addictos. C. de appel. glo. not. in d. l. fi. in ver-
 bo, iudicijs. C. de probat. vbi enim maius est periculum,
 ibi cautiùs agendum, tex. in c. vbi periculum, de elec. lib.
 6. & in l. 1. §. sed & si quis. ff. de Carbonia. edict.

Nulla vnquam de morte hominis cunctatio fera est.

Inquit Iuuenal. Satyr. 6. adeoque in dubio melius est no-
 centem absoluere, quam innocentem condemnare, text.
 in d. l. absentem. Sunt autem in t materia criminali, iuxta
 receptas Dd. opiniones, probationes sufficiētes & plenz:
 Primò duo testes masculi omni exceptione maiores, bo-
 næ & integræ opinionis viri, qui de his, quæ viderunt &
 nouerunt, testimonium proferunt: tales enim plenam fi-
 dem faciunt, quia in ore duorum stat omne verbum, tex.
 not. in c. testes, 3. q. 9. gl. ibi. in verb. & præsentis, & in ver.
 quæ nouerūt, text. in c. in omni & in c. licet vniuersis, &
 in c. cum a nobis, ext. de testib. tex. in c. nouit ille, de iud.
 text. not. in c. cum olim, de verbo. sig. & in l. 3. §. idem Di-
 uus, & in l. vbi, ff. de testib. Ad vnius verò testimonium
 nullus condemnabitur, vt habetur Nume. cap. 35. Fœ-
 minæ verò, secundum Canones, regulariter in crimina-
 libus testes esse non possunt, cum nō sint propter pudor-
 em & imbecillitatem sexus atque iudicij, omni excep-
 tionē

ptione maiores, text. in c. mulierem, 33. q. 5. gl. ibid. in verbo, nec testis, & in c. forus, §. fina. in verbo, non foemina, de verbor. significa. nisi per masculos veritas haberi non possit, text. in l. ex eo. ff. de testib⁹: aut gravitas delicti illas admittat, vide Bald. ad rubr. C. de his qui accus. non poss. num. 4. Alberi. & Dd. in l. foeminas. ff. de procurat. Deci. Mayner. & alios in l. 2. ff. de regul. iur. Secundò sufficiens probatio in criminalibus est, † libera pãrtis confessio, nulla enim firmior probatio, quàm proprij oris confessio, text. in d. c. cum olim, & in l. vnic. C. de confess. text. in l. 1. & in l. certum. ff. eod. titul. text. in l. qui de inofficioso, ff. de inoff. testam. & in l. generaliter. C. de non numer. pecu. & in confessum nullæ sunt aliæ partes iudicis, nisi in condemnando, text. in l. proinde, la. 2. §. fina. ff. ad l. Aquil. & in l. post rem iudicatam, ff. de re iudic. text. in l. Iulianus, ff. de confess. & ideò Quintil. lib. 7. cap. 1. rectè scribit, quòd ibi non possit esse quæstio, vbi factum confessum est: secùs si factum sit controuersum, facit ad hoc illud Ouidij:

Non est confesi causa tuenda Rei.

sed ista accipienda sunt de confessione in iudicio, extra carcerem, & nullo iusti metus periculo facta: quia non semper ei fides habenda est, qui vltro maleficium faretur: nonnunquam enim aut metu, aut qua alia de causa in se confiteretur, ita text. in l. 1. §. Diuus Seuerus, & §. si quis vltro. ff. de quæstionib. & in l. si confessus. ff. de custod. & exhib. reor. Hippol. singul. 200. nume. 2. Et ideò in criminalibus quælibet confessio partis ad condemnationem non sufficit, nisi sit spontanea, libera, & còstans, tex. not. in c. 2. 15. quæstion. 6. vbi dicitur confessionem ex necessitate factam, fidem non esse, pessimumque esse de suspicione aut extorta confessione quenquam iudicare, ad idem est text. in d. l. 1. §. Diuus Seuerus, gloss. ibid. in verbo, exploratis, & in d. §. si quis vltro, iunct. gloss. in verbo, perseuerante, gloss. in c. ex literis, in verbo, admonita, de diuort. text. in c. 1. de accusat. in 6. gloss. ibid. in verbo, confessus. Tertio, † euidencia ipsius facti absolutam probatio:

bationem efficit, quando videlicet euidencia rei talis est, vt nulla tergiverfatione cædari poffit, per text. in d. c. cum olim, hoc est, quando factum clarè & apertè innotefcit iudici, vt fi quis in flagranti crimine captus fit: quo casu euidencia patrati sceleris non indiget clamore accusatoris, text. notab. in c. euidencia, de accusat. & in c. ad nostram, cl. 3. de iureiur. text. in c. manifesta, & in c. de manifesta, 2. quæst. 1. vbi dicitur, quòd de manifesta, & plurimis nota causa, non sunt quærendi testes, ad idem text. in c. super eo, de testib. cogen. & tex. in Lea quidem. C. de accusa. Dd. vbi sup. Antho. Gomez. varia. resolu. lib. 3. cap. 1. nu. 41. cum seq. vbi plenè vide. imò † culpam deprehensam pertinaciter tueri, altera culpa est, vt inquit Fabius lib. 6. & l. 110. in epistolis: Rem, inquit, manifestā inficiari, auctoris erat crimen, nò diluentis. vide Tiraq. in tract. de pœnis, causa 30. per totum, vbi docet, crimen vltro confitentem, mitius puniendum esse. Modò ad propositum. Rectè in Camera Imperiali receptū est articulos in causa fractæ pacis, cum sit criminalis & capitalis in contumaciam non respondentis, pro confessis acceptari non posse, eò quòd plena & absoluta probatio in criminalibus requiratur, d. l. si. C. de probat. cum concordantibus, sed † contumacia dicitur ficta probatio, & non vera, tex. in l. absentem. C. de accus. Dd. ibid. ergo sola contumacia ad condemnationem in causa principali non sufficit, sed requiritur euidens, & liquidissima probatio, per testes omni exceptione maiores, text. in d. l. final. & in d. l. singuli, vel per liberam & perseverantem partis confessionem, aut euidenciam facti, sed ex sola contumacia absens diffinitivè condemnari nequit, cum sit, vt dictum est, ficta probatio, text. in d. l. absentem, & in l. 1. & toto titu. ff. & C. de requir. Reis. Bart. in l. absentem, nu. 3 ff. de pœnis, per illum text. Bal. in l. 1. nume. 26. C. de hzred. institu. Panormi. in c. veritatis, nume. 29. de dol. & contum. Hippol. in repet. l. vnicz. C. de rapt. virg. nume. 150. Idem in l. de vnoquoque, num. 21. ff. de re iudic. Gramm. decis. 21. nume. 8. cum sequen. Iul. Clar. in practi. crimin. §. fina. quæstion. 44. numer. 2. tamen † ex statuto contumacia

- pro legitima probatione probari possit, vt notat Bart. in d. l. ab lentem, num. 3. iuncta apostilla ibid. idem Barto. in l. cum filiusfam. num. 3. ff. de verbor. obligat. Panorm. in d. c. veritatis. Damhaud. in pract. crim. cap. 28. per totum. [Clarus d. questio. 44. vbi de modo procedendi contra contumacem ex consuetudine Italix.] Eodem modo in
13. t causis fractæ pacis, sigilla literarum, vel instrumentorum, ex parte Rei, in contumaciam non recognoscentis, pro recognitis non acceptantur: vtputa si quis literas belli denuntiatorias, hostiles, vel diffidatorias alteri scripsisset, absq; breiff/ & is ob id ad Cameram super fractæ pacis Constitutione citatus, non compareat: hoc casu sigilla talium literarum non pro recognitis in contumaciam recipiuntur, sed ad probandum per testes, vel comparationem literarum admittuntur, iuxta l. comparationes. C. de fide instrumen. vbi communiter Doct. Regulariter tamen delicta non probantur per instrumenta, vt si quis percussus accedat notarium, petatque sibi super percussione confici instrumentum, text. notab. in l. Diuus. ff. de custod. & exhib. reor. & in l. 3. §. idem diuus, de testib. ibi, testibus, non testimonijs esse credendum. Hoc tamen in quibusdam casibus fallit, vt docet Bar. in l. in senatusconsul. nu. 3. ff. ad S. C. Turpil. iuncta apostilla. ibid. vbi communiter Dd. & in d. l. fina. C. de probat. Bald. in l. contra negantem, num. 6. C. ad l. Aquil. Iulius Clarus in pract. crimin. §. fin. questio. 54. in princip. vbi communem dicit, vbi omnino vide. Berotus in c. at si clericus, nu. 14. de iudic. Et quomodo delictum per priuatam scripturam probeatur, vide Barto. in l. non intelligitur. §. tacita, nume. 2. ff. de iure fisc. vbi dicitur, delictum, quod contrahendo vel promittendo committitur, priuata scriptura probari posse, sicut etiam instrumento, vt idem Barto. notat in d. l. in senatusconsul. In causis t vero civilibus, sigilla in contumaciam non recognoscentis in termino præfixo pro recognitis acceptantur. Vnde si t debitor citatus non compareat, neque recognoscat manum & sigillum sui chirographi, manus & sigillum ipsius pro recognitis habentur, cruce
- 14
- 15
- laque

saque ex officio pro conclusa acceptatur, & Reus ad so-
 lutionem diffinitiuè condénatur: Forma pronuntiandi.
 In sachen P. Elegern / wider Q. Beclagten / Ist das
 siegel N. tag fur brachter verschreibung / vud der selben
 vnderschrift in contumaciam fur behandt / vnnnd die
 sach von ampts wegen / fur beschloffen angenommen/
 darauff vnd allem furpringen nach zu recht erkhendt/
 das gedachter Beclagter ime dem Eieger / die schuldt-
 sodderung laut / vnnnd inhaltt seiner Elagen / darzu die
 gerichtskosten derhalben auffgelauffen / nach rechtli-
 cher crmessigung zu entrichten / vnd zu bezalen schuldig
 seyn / als wir innen darzu hiemit condemnieren / vnnnd
 verdammen: Latine, In causa P. Actoris, contra Q. Re-
 um, sigillum & subscriptionem obligationis, tali die
 productæ, in contumaciam pro recognitis, causamque
 ex officio pro conclusa acceptamus, visisque actis, & a-
 ctitatis pronunciamus atque decernimus, quod dictus
 Reus, ipsi Actori debitum peritum, vnà cum expensis li-
 tis, saluo nostro iudiciali moderamine soluere teneatur,
 prout eum ad hoc condemnamus. Ita pronunciatum
 in causa Philippi Gaill, quondam Consulis Reipub. Im-
 perialis ciuitatis Colonienfis, fratris mei charissimi, con-
 tra Franciscum Ynden. Et ita quotidie in Camera obser-
 uatur. Eodem modo t̄ documenta sigillata, in vim pro-
 bationis producta, in causis ciuilibus in contumaciam
 non recognoscentium, sigilla eorum pro recognitis ac-
 ceptantur. Quod tamen non procedit, si causæ magnitu-
 do, & personarum qualitas aliud suadeant, quo casu si-
 gilla per comparisonem, vel alio legitimo modo pro-
 banda sunt, quia causæ graues criminalibus causis com-
 parari solent, vt plenè notant Dd. in l. admonendi. ff. de
 iureiur. Socin. senior consil. 164. nume. 17. volum. 2. incip.
 vilà bulla. De t̄ materia sigillorum vide text. in l. 1. §. fina.
 & in l. cum ab initio, cum l. sequen. ff. quemadm. testam.
 aperian. text. in l. si quis ex consignatorib. ff. eod. titu. glo.
 not. in c. quod super his, in verb. ignota, ext. de fide instr.
 Fel. & Dd. in c. 1. de fid. instr. Spec. tit. de proba. §. videndū,

- 18 nu. 13. & nu. 18. An t̄ autem & quando p̄sumptiones & iudicia in criminalibus ad condemnationem sufficiant, vide omninò Panor. in c. quanto, nu. 3. ext. de p̄sump. et in c. literas, nu. 5. eo. tit. glo. ibid. in verb. vehementē. Dd. in d. l. si. C. de probat. Gigantem de crim. læsæ maiest. rub. quomodo & per quos crimi. læsæ maiest. probetur, communiter distinguunt Dd. inter violentā, t̄ vehementem, & probabilem p̄sumptionem, violentam ad condemnationem sufficere, sed non vehementem, aut probabilem. Inno. in c. quia verisimile, nu. 1. de p̄sumpt. Panor. in d. c. literas, & d. c. quanto, vbi dicit, non posse dari certam doctrinam, quando p̄sumptio sufficiat ad sententiam, quando ad semiplenam probationem, quando ad iudiciū seu torturam, quando ad purgationem indicēdam, quando ad suspensionem beneficij vel officij, sed iudicis æquo & iusto arbitrio, ex varijs circumstantijs & coniecturis firmato, hoc relinquēdum: si enim tanta sit p̄sumptio, quæ iudicem ad credulitatem adducat, potest quis de delicto condēnari, tex. in c. afferte, de p̄sump. & in c. p̄terea, de testib. Panor. in d. c. quanto, vbi omninò vide, & quòd iudex ad diffiniriūm procedere possit ex p̄sumptione violenta, etiamsi p̄sumptio non probetur, nec allegetur per partes, & sic ex officio, vide Panor. in d. c. afferte, nu. 3. per illum text. vbi dicit illud perpetuò menti tenēdum. Prædicta, quòd nimirum articuli in causis fractæ pacis non recipiantur pro confessis in contumaciam non respondentis, procedunt in actore, quòad articulos positionales. Sed quid si reus t̄ in causa fractæ pacis post negatiuam litis contestationem, & respōsionem ad positionales articulos factam, accuset contumaciam actoris non respondentis suis defensionalibus articulis, petatq; eos acceptari pro confessis, an huic petitioni locus dari debeat? Maximè, idq; fauore defensionis & innocentiz, quòd in dubio melius sit nocētem absoluerè, quàm innocentem condemnare, text. in d. l. absentem. ff. de pœnis,
- 21 & quòd ad probandam t̄ innocentiam imperfectæ atque fictæ probationes admittantur, secundum communem opinionem. Decius consil. 452. nume. 7. incip. Viso eleganti,

ganti, vbi omnino vide, & consi. 469. num. 7. cum sequen-
 incip. Visa inquisitione Alexand. consil. 24. num. 39. volu-
 1. incip. Animaduersis, & consi. 76. num. 5. vol. 1. incip. Vi-
 sa inquisitione, & consi. 109. num. 7. eod. vol. incip. Visis,
 & vt oportet. Hippo. singu. 19. nume. 4. incip. Tu licis, vide
 plura singularia in materia defensionis infra cap. sequ.
 Et sic notandum, quod predicta tantum procedant, quod-
 ad actorem, non quoad reum ratione articulorum defen-
 sionalium, qui in contumaciam actoris pro confessis ha-
 beri possunt. Idem obtinet in t causis purgationum
 fracte pacis, etiam in actore, quando videlicet citatus ad
 purgandum se, super insimulato crimine fracte pacis,
 non comparet: quia hoc casu articuli actoris purgatorij,
 in contumaciam citati non respondentis, pro confes-
 sis acceptari possunt, aded vt Banni declaratio subsequi
 queat, ita disponente Ordinatione Cameræ, part. 1. titul.
 10. §. *in re de sich*. Rationem differentie, cur hoc in ma-
 teria purgationis, & non in causa citationis super fracta
 pace procedat, vide infra libr. 1. cap. 8. Quid autem, si t
 actor ex Constitutione pacis publicæ, non ad Banni, sed
 poenam pecuniariam agat, an eo casu accusata contuma-
 cia non respondentis, articuli in confesso esse debeant.
 Posset de eo probabiliter dubitari, quia initio dictum,
 in civilibus causis fictam confessionem ex contumacia
 descendente admitti per iura allegata. Sed magis est,
 quod utroque casu actio instituta criminalis sit: nam so-
 la qualitas fracte pacis, vt sæpè dictum, fundat iurisdic-
 tionem Cameræ, itaque ad poenam pecuniariam agi non
 potest, nisi qualitate illa probata, per iura supra cap. 13. al-
 legata, quæ quidem poena pecuniaria non solum actori,
 sed partim fisco applicatur: at licet ex communi Dd. opi-
 nione t actio criminalis sit, quoties fisco, & non parti
 poena applicatur, per text. in l. licitatio, alias incipit lo-
 catio, §. quodd illicite, ff. de publ. & vectig. Bar. ibid. num.
 1. gloss. in l. prætor, in verb. aureosum, ff. de sepul. viol.
 vbi Bartol. nume. 1. dicens ita se habere veritatem, & om-
 nes sentire. Marant. dist. 1. num. 2. cum seq. par. 4. com-
 mune dicit. Cano. ad rub. de iud. Cur. iunior cõf. 250. 11. 5.

vol. 3. incip. superioribus diebus, vbi etiam communem dicit, tamen quando inter † fiscum, & partem poenæ communicatio est, actio partim criminalis, & partim civilis, & sic mixta erit: criminalis, quatenus concernit publicam vindictam, puta quoad poenam fisco applicandam: civilis verò, quatenus respicit interesse priuatum. Bossius tit. de appell. nu. 8. communem dicit. Felin. ad rubr. de iudi. num. 3. in fi. Alex. consi. 66. nu. 1. vol. 1. incip. Viso processu, per tex. in c. tuæ, in fin. ext. de procurat. quod eò magis procedit, si ex natura condemnationis, necessariò simul cum poena publicæ vindictæ, veniat etiam interesse partis, vt fit in crimine fractæ pacis, quo casu actionem nõ mixtam, sed merè criminalem esse, eruditè concludit Iulius Clarus in pract. crim. §. fin. quæst. 1. num. 3. versic. tertius casus. Fortè aliter † dicendum, si quis omninò civiliter ad poenas iuris communis, & ad restitutionem ablatorum, item pro damno iniquè accepto agat, citra accusationem fractæ pacis, quod fieri posse dictum est supra cap. 8. vbi vide, per text. in c. 2. de confess. lib. 6. & alia iura initio allegata. Quod verum puto, quando iurisdic-tio Camere aliàs, quoad Reum conuentum fundata sit, quia tali casu iudicium foret merè civile, ideoque articuli in contumaciam non respondentis, pro confessis (fur befandt) acceptari possent, per notata Iulij Clari in d. §. fin. quæst. 1. nu. 3. per text. in d. c. 2. de confess. libr. 6. vide supra Obser. lib. 1. Obser. 89. & Alex. d. consi. 66. num. 1. volum. 1.

CAP. XVI.

Defensio in causis fractæ pacis qualis esse debeat.

S V M M A R I A.

1. *Defensionales in causis fractæ pacis ad probandam innocentiam.*
2. *Dominum regulariter de delicto familia non tenetur.*
3. *Defensio in causis fractæ pacis necessaria & coacta esse debet.*

4. *Defen-*

- 4 Defensio fieri debet cum moderamine inculpata tutela, aliis non releuat.
- 5 Defensio necessaria qua dicitur.
- 6 Prouocatio non excusat à delicto, sed necessitas defensionis.
- 7 Vim vi repellere omnia iura permittunt.
- 8 Animalia iura natura vim vi repellunt.
- 9 Sacerdos an aggressoribus in templo occidere possit.
- 10 Bellum pro defensione rerum sacrarum mouere licet.
- 11 Prouocatus praesumitur quoniam facere ad sui defensionem.
- 12 Incontinenti vim vi repellere quando quis dicitur. *Cr. num. 17.*
- 13 Factum ad vindictam suis incontinenti, sua pars, peccatum est.
- 14 Iudex arbitrari debet, quando vis incontinenti repulsa dici possit.
- 15 Nobilis armata manu caltro spoliata, illud etiam post sex menses recuperat.
- 16 Dominus provincia sua pulsus etiam post decennium recuperare potest. Possessionem animo retinet, qui se ad recuperandum praeparat. *ibid.*
- 17 Iniuriam, cum possit, non propulsare, iniustitia est. Moderamen inculpata tutela, in tribus consistit. *ibidem.*
- 18 Prouocatus moderamen inculpata tutela excedens, a poena ordinaria puniendus.
- 19 Prouocatus excedens moderamen inculpata tutela culpa, non dolo obnoxius est.
- 20 Vulnera non dantur ad stateram & mensuram.
- 21 In delictis excusandis principium, non finis attenditur. Praeparatus se ad effensionem, prouocans iudicium.

22. Innocentia probari potest per testes minus idoneos, & per presumptiones.
23. Innocentia favore tantum creditur duobus testibus negantibus, quam duobus affirmantibus.
Innocentia favore creditur vulnerato, excusanti vulnerantem. *ibid.*
24. In causis fracta pacis, excedens moderamen inculpata tutele, poena pecuniaria multari debet.
25. Offensus potest hostem extra territorium persequi.
26. Ratchenl quando permessa.
27. Iniuriarū tenetur aliquem in alieno territorio insequens aut capiens.
28. Magistratus extra suam provinciam privatus est.
29. Privatus exercens iurisdictionem, reus est crimen Lesa Maestatis.
30. Capti in alieno territorio, de consuetudine non remittuntur, secus de iure communi.
31. Remissio captivi sub antigrapho.
32. Remissio an locum habeat in contractibus.

LITRE ¶ in causis fractae pacis contestata negativè, factaque respõsione super articulis positionalibus, Reus suos defensionales articulos exhibere, scintehiliffrede / & in ijs innocentiam suam deducere, & ab Actore negatos porrò legitimè probare poterit: nam Reus aut negat factum, aut confitetur per respõsionem ad articulos actoris: Si negavit, putà, quod ipse non interfuerit offensionj & delicto, neque per suos tale quippià fieri iussit, vel mandavit, aut factum ratum habuit, tunc actori incumbit legitima probatio, per ea quae supr. cap. 7. dicta sunt. Nam dominus ¶ regulariter de delicto familiae suae non tenetur, nisi mandaverit, aut factum ratum habuerit, per tex. not. in l. i. §. de iccisse. ff. de vi & vi. arma. & in l. quories, in principi. & §. i. ff. de noxal. actio. gloss. notab. in c. cum ad sedem, in verbo, interdictum, de rest. spoliat. Bartol. in l. i. §. familiae nomen, num. i. ff. de public. & vectig.

vestig. Afflict. in c. 1. §. insuper, num. 10. de prohib. feud. a-
 lien. per Freder. Ananias consil. 71. nume. 3. incip. visis, &
 diligenter. Ita se habet communis opinio, vide plenius
 Bart. in l. sed si unus. §. si seruus meus, num. 4. ff. de iniur.
 & in l. non solum, num. 1. ff. eod. tit. Si verò factum con-
 fessus est, cum qualitate tamen legitimæ defensionis, hoc
 pacto: Feci, sed feci ad meam defensionem. (Dd. confes-
 sionem qualificatam vocant) tunc Reus necessariam &
 coactam defensionem articulare, & probare debet: non
 enim sola defensionis probatio sufficit, nisi etiam neces-
 sitatis qualitas simul proponatur & probetur. Ad hoc pô-
 deranda sunt verba Constitutionis, sub tit. 1. quæ nullum
 prætextum admittit, ibi, vmb seinerley vrsachen/ & hæc
 iuri communi consentanea sunt, per tex. in l. qui aggress-
 sorem. C. ad leg. Cornel. de sicar. Bald. in d. l. 1. num. 20. C.
 de confess. Roman. singul. 28. incip. accusatus. Valqui. il-
 lustr. controuerf. lib. 1. cap. 18. nu. 6. & 7. Doct. in l. vt vim.
 Iason ibid. num. 8. ff. de iustit. & iur. idem in l. 1. anme. 24.
 C. de furt. & seru. fugiti. vbi dicit, non sufficere ad eui-
 tandam poenam homicidij, probare defensionem, sed ne-
 cesse esse probare necessariam, & coactam defensionem,
 nohwehr. Ratio, quia etiam defendendo non licet ali-
 quem occidere, si non adhibeatur moderamen inculpatae
 tutelæ, Dd. in d. l. vt vim. & in l. 1. C. vnde vi. Roman. d.
 sing. 28. num. 2. & homicidium spontè & ex voluntate fa-
 ctū præsumitur, cum sit actus illicitus, in quo dolus præ-
 sumitur, text. in l. 2. §. doli mentio. ff. vi bon. rap. Dd. in l.
 dolum. C. de dolo, gl. in c. 1. in verbo, ludens, de præsump.
 Feli. in c. in præsentia, num. 13. de prob. Afflict. in c. 1. §. si
 quis hominem, in 2. not. num. 3. de pac. tenen. & eius viol.
 Necessaria autem defensio in iure nostro dicitur, quādo
 quis ab alio iniquè prouocatus, necessario & coactè in de-
 fensionem sui, alioquin perituri, aut periclitaturi, vel ob
 defensionem bonorum, aut amicorū suorum arma sum-
 pserit, homicidium commiserit, pulsauerit, aut vulnera-
 uerit. Sola ergò prouocatio aduersarij non excusat à
 delicto, sed necessitas defensionis, & vitæ periculum,

quod i

quod prouocatus aliter euadere non potuerit, nisi prouocantem occideret, vel vulneraret, per text. in d. l. is qui aggressorē, ibi, in dubio vitæ discrimine constitutus, & text. in l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad leg. Aquil. text. in d. c. 1. §. si quis hominem, ibi, non necessario, sed voluntariè text. in l. si quis percussorem. C. ad leg. Cornel. de scar. & in d. l. 1. C. vnde vi, text. in d. c. 1. §. si quis alium, de pace tenen. & eius violator, gloss. ibid. in verbo, vitam, Dec. consil. 459. nume. 2. incip. viso eleganti. Idem consil. 469. nume. 9. incip. visa inquisitione. Alexand. consil. 76. num. 2. & 4. incip. visa inquisitione, volum. 1. & consil. 109. nu. 2. eod. volum. incip. visis vt oportet. Ratio, primò, quod vim vi repellere, (*gewalt mit gewalt zu widerreiben*) omnes leges, omniaque iura permittant, per text. in l. 1. §. vim vi. ff. de vi & vi ar. & in d. l. vt vim. & in d. l. scientiā. §. qui cum aliter, text. in c. significasti, el. 2. §. fina. de homicid. vbi sing. gloss. in verb. tutelæ, text. in c. si verò, el. 1. de sent. excomm. & in l. sed & partus. §. 1. ff. de eo quod met. caul. Ouid. lib. 3. de arte amandi :

Iudice me fraus est concessa repellere fraudem,

Armasq; in armatos sumere iura sinunt.

Et Cicero lib. 1. Offic. scribit, omni generi ¶ animantium à natura tributum esse, vt se, vitam, corpusque tueatur, declinetq; ea, quæ ei nocitura videantur, text. in l. 1. §. cum arietes. ff. si quadrup. pauper. fecit. dica. Vnde Propert. lib. 2. elegia ad Cynthiam, inquit :

Non solum taurus ferit vnicis cornibus hostem,

Verum etiam instanti lesa, repugnat ouis.

Cicero quoque in Oratione pro Milone eleganter scribit in hæc verba: Est enim hæc iudices, non scripta, sed nata lex, quam non vidicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa arripimus, hausimus, expressimus: ad quam non docti, sed facti: non instituti, sed imbuti sumus: vt, si vita nostra in aliquas insidias, si in vim, in tela, aut latronum, aut inimicorum incidisset, omnis honesta ratio esset expediendæ salutis. Et Canonistæ ¶ scribunt, clericum sacra agere volentem, posse inuasorem in Ecclesia impu-

impunè occidere, & postea cœpta sacra perficere, refert Hippol. in pract. crim. §. quoniam, num. 73. vide supr. cap. 8. Latrones in iure nostro appellantur, qui iniustum bellum mouent, per tex. in l. hostes. ff. de capt. & postlim. reuer. & in l. hostes. ff. de verbor. significat. dixi plenè suprà cap. 4. vbi vide de bello iniusto, & contra tales, pro defensione t̄ personarum, & rerum, bellum mouere licitū est 10 quia non bellum, sed defensio est, quæ omni iure naturali, gentium & ciuili permessa est, vt notat pulchrè Barto. in d. l. hostes. ff. de cap. & postlim. reuer. pulchrè Inno. in c. olim, i. nume. 8. de restit. spoliat. Martinus Garritus in tract. de bello. Damhaud. in pract. crimi. Rubr. de bello. Bald. in d. l. vt vim, num. 3. vbi in vtramque partem disputat, vtram Bannitus aggressorem occidere possit, & videtur concludere, quòd sic, si priuato odio eum aggrediat, & non fauore publicæ disciplinæ, idque per rationem ipsius legis. Ergò defensio coacta & necessaria excusat à poena fractæ pacis, per rationem, quòd defensio sit iuris naturalis, per iura allegata, latè Domini. Soto Theodogus, de iust. & iur. lib. 5. artic. 1. quæst. 8. Altera ratio est, quòd prouocans det *Wendiger* non ab alio, sed à seipso lædi censeatur, text. in d. l. si ex plagis. §. tabernarius. ff. ad leg. Aquil. & in l. item Mela. ff. eod. tit. tex. in l. 1. & l. 2. C. quan. liceat vnicuique sine iudice vindicare se. Docto. in d. l. is qui aggressorem. vnde culpa defendenti obijci nequit, vulg. c. damnum, de reg. iur. in 6. & in l. non fructantur. §. nemo. & in l. nemo damnum. ff. eod. tit. Tertia ratio, quòd necessaria & coacta defensio doli præsumptionem excludat, tex. in d. c. 1. §. si quis hūminem. Afflic. ibi. in 2. notab. num. 4. tex. in d. c. significasti, el. 2. de homicid. vbi gloss. not. in verbo, tutela. Docto. in d. l. vt vim. at delictum fractæ pacis dolum requirit, vt dixi suprà cap. 7. Quomodo verò articulanda & probanda sit defensio necessaria, vide Bartol. in d. l. scientiam. §. qui cum aliter. Angel. in tract. malefic. in verbis, & dictus Titius se defendendo, num. 8. vbi omninò vide. gloss. ordinaria in Clem. 1. de homicid. Ordina. criminalis Imper. Caroli V. §. 140. cum sequen. vbi omninò vide. Regulariter t̄ verò 11
ex coll.

- ex communi Docto. opinione aggressus præsumitur omnia facere ad sui defensionem, non ad vindictam, & sic habet præsumptionem iuris pro se donec contrarium probetur, cum defensio sit de genere permissorum, & sic doli (vt dixi) excludat, per iura allegata. latè Hippo. ad l. ff. ad leg. Corne. de ficar. nu. 44. & nu. 80. Idem in prac. crimin. §. quoniam, num. 61. & num. 84. vbi dicit, prouerbio Italico iactari: Uomo assaltato, mezo perduto. Blanc. in practi. crimina. §. iuris permissione, per totum. Nellus in tract. ad defensionem, cap. 1. num. 13. Doct. in d. l. 1. C. vnde vi. & in d. l. vt vim. ff. de iust. & iur. vbi que amplissimè de materia defensionis. Et prædicta omnium maximè procedunt, si incontinenti contra prouocantem fiat necessaria defensio, nõ ex interuallo ad vindictam, vt infra plenius dicetur, per text. notab. in l. 3. §. eum igitur. ff. de vi & vi arma. vbi gloss. in verbo, incontinenti. & Barto. pulchrè docet, quid sit † incontinenti vim vi repellere, & glo. singular. in d. l. 1. C. vnde vi. & in d. l. vt vim. & gloss. notab. in d. c. significasti, el. 2. in verbo, tutelæ, quæ docet incontinenti defensionem fieri, quando rebus vis inferitur, si eo tempore quis resistat, quo eius notitiam habere cœpit, & auxilio amicorum resistere potuerit, quod sequitur ibidem Panormi. num. 10. dicens, licitum esse resistere adiuantibus amicis ad recuperationem rei inuasæ, dummodò hoc fiat, antequàm ad alia diuertatur: aliàs bellum & vindictam, non defensionem esse, quicquid autem † sit ad vindictam, siue incontinenti, siue ex interuallo fiat, peccatum mortale est secundùm Theologos, Vasqui. illustr. controuerf. lib. 1. cap. 19. num. 1. At Barto. in d. l. 1. C. vnde vi. putat incontinenti defensionem fieri, quæ intra tres dies proximos interponitur, sed rectius docet idem
- 13 Bartol. in d. l. 3. §. eum igitur, arbitrio † iudicis pro personarum & rerum qualitate, hoc relinquendum esse, text. in l. continuus. §. cum ita stipulatus. ff. de verbor. obliganda considerandam qualitatem deiectionis, personæ deicientis, & rei inuasæ, quod Panorm. quoque placet, quem ad hoc omninò vide in d. c. significasti, el. 2. de homicid. facit ad hoc text. in l. quod meo. §. fina. ff. de acquir. possess. & in
- 14

& in l. clām possidere. §. qui ad nundinas. ff. eod. tit. & in
 d. l. continuus. §. cū ita stipulatus. Zas. conf. 2. num. 14. vo
 lum. 1. incip. X. de B. ab ecclesia, vbi dicit, incontinenti re-
 cuperare eum, qui in recuperando omnem adhibuit di-
 ligentiam, etiam post interuallum multarum dierum, id
 quod Constitutioni fractæ pacis etiam cōsentaneum est,
 & Ordinac. part. 2. tit. 9. §. 2. in fin. ibi, zu frischer that / o-
 der wann er seine freund / vnd helffer haben mag / id est,
 incontinenti, vel quando amicorum & defensorum
 auxilia habere possit: vnde Doct. communiter inferunt,
 † si nobilis vi armata iniquè occupat Castrum alterius,
 quod spoliatus possit pro sua commoditate illud recupe-
 rare quādoquē etiam post sex menses: quia ad recu-
 perationē talis Castri magnus apparatus requiritur, qui
 tractum temporis exigit, facit tex. in l. si ita stipulatus ef-
 fem. & in l. interdum pura. ff. de verbo. oblig. & in d. l. con-
 tinuus. §. cū ita stipulatus. & in l. si insulam. ff. eod. tit.
 Item, si † dominus ab alio iniuste ditione, & prouincia
 sua pellatur, quod possit ditionem suam recuperare per
 occasionem legitimam, etiam post decennium, & talis
 recuperatio non pro spolio, sed possessionis continuatio-
 ne accipitur: nam qui continuat suam possessionem, spo-
 liare non dicitur, & qui se pręparat ad recuperandum, a-
 nimo retinet possessionem, & tacitè rixatur & contendit
 cum illo, qui rem violenter & naturaliter tenet, & sic li-
 cèt ex interuallo fiat recuperatio rerum, tamen semper di-
 citur durare rixa propter animum recuperandi, Panor. in
 d. c. significasti, de homicid. ita præclare quoque cōsultit
 Deci. conf. 460. num. 17. cum seq. incip. viso puncto. vbi o-
 mnino vide Bart. in d. l. 3. §. cū igitur. ff. de vi & vi arm.
 Bal. in l. fin. nu. 1. in fi. C. de his qui à non dom. manu. sunt.
 Dd. vbi supr. Imò iniuriosum est, si quis † iniuriā, si pos-
 sit, non propulset, Cicerone teste, lib. 1. Offi. vbi dicit, duò
 esse genera iniustitiz, vnum eorum qui inferunt, alterū
 eorum, qui ab his, quibus infertur, si possunt, non pro-
 pulsent iniuriā: quod iure Canonico quoq; cōprobatur,
 in c. nō inferēda. 23. q. 4. vbi dicitur, qui non repellit à fo-
 tid

15

16

17

cio iniuriam, si potest, tam est in vicio, quam ille, qui facit, *tex. in c. fina. ead. causa, & quest.* Hippol. in l. vnus. §. cogniturum. ff. de questionib. num. 56. vbi ex hoc infert, defensionem non solum esse iuris naturalis, sed etiam diuini, per *text. in d. c. non inferenda.* Et Moyses cum vidisset Hebræum ab Aegyptio iniuriam accipere, defendit eum, ita vt Aegyptium prosterneret, vt legitur *Exod. cap. 2.* Breuiter, omne homicidium, quod committitur cum moderamine inculpate tutelæ utroque iure impunitum est, per iura supra allegata. Consistit hoc moderamen inculpate tutelæ in tribus, vtputa, in modo, tempore, & causa. Modus, est defensio necessaria, & præsens vitæ periculum. Tempus, si eo tempore fiat, quo impendet prouocato vitæ discrimen, id est, si in rixa & incontinenti fiat, prouocato non descendente ad extraneos actus: non ex interuallo, quia tunc non esset necessaria defensio, sed potius vindicta, *tex. in d. l. 3. §. eum igitur. ff. de vi & vi arm. & ibid. Bart. & Doct.* Et illud procedit quoad defensionem personæ, quia tunc debet incontinenti, & non ex interuallo defensio fieri: secus est, quoad defensionem rerum, quo casu effusius & latius dicitur quid esse factum incontinenti, vt paulò ante dixi, *gloss. Barto. & alij in d. l. 3. §. eum igitur. & in d. l. i. c. vnde vi. & in d. c. olim, de restit. spoliat.* Causa inculpate tutelæ, est iusta defensio, quæ fit pro defensione personæ, & honoris: secus, si homicida initio fuisset prouocans & author rixæ, & postea in eadem rixa constitutus sit in discrimine vitæ, quo casu homicida non potest vti beneficio necessariæ defensionis: quia lex non præsumit eum in vitæ discrimine fuisse, qui sua culpa se vitæ periculo exposuit, *tex. in l. item Me. la. ff. ad leg. Aquil. ibi, ipsum de se queri debere. & in d. l. nemo damnum. & considerato principio, homicidium tale non fit ad defensionem, sed potius ad offensionem, & vindictam: atque in delictis principium, non finis & exitus spectatur, *tex. in l. quoniam multa facinora. C. ad leg. Jul. de vi publ.* Et vt compendio dicam, cardo totius necessariæ defensionis consistit in probatione principij, quis author rixæ fuerit, & initio operam rei illicitæ dedit,*

derit. Docto. in locis supra allegatis. Sed quid si Reus in
causis fractæ pacis collectis hominibus prouocatus, mo-
deramè inculpatæ tutelæ excesserit, ita quòd coactam de-
fensionem eo modo, quo supra dictum est, non probaue-
rit, an condemnari debeat ordinaria pœna ruptæ pacis?
Minimè, quia pacis publicæ Reus non potest dici is, qui
ab alio contra pacis publicæ Constitutionem primò ag-
greditur, cum in eo non præsumatur esse dolus ex propo-
sito, vt paulò ante dixi. Et alias ex communi Doct. opini-
one † aggressus vel prouocatus, ob excessum, non tenetur
de homicidio ordinaria pœna legis Corneliæ de sicarijs:
sed extraordinaria, pro iudicis arbitrio, tanquam culpæ,
non dolo obnoxius, quia prouocatus omnia ad defensio-
nem, sicut dixi, facere præsumitur, & † vulnera ad mensu-
ram non dantur, neque prouocatus stateram in manu ha-
bere potest, vt non aliter offendat, quam velit: imò inten-
so dolore commotus, non censetur habere plenitudinem
intellectus: metus enim improuisus instantis periculi
tollit rectum iudicium, & consilium deliberandi. Ita no-
tant communiter rerum criminalium scriptores, Nellus
in d. tract. ad defensionem, cap. 1. num. 27. per tex. in l. si adul-
teriù cum incestu. §. Imperatores. ff. ad leg. Iul. de adult.
& in d. c. olim, 1. de restit. spoliat. Angel. in tract. malefic.
in verbo, & dictus Titius, num. 9. Hippol. in præct. crim.
d. §. quoniam, num. 82. cum sequen. Afflic. decis. 206. num.
3. & 4. Deci. conf. 678. nu. 4. cum sequen. incip. casus de quo
quæritur. Alexan. d. conf. 76. volum. 1. & conf. 140. nume. 8.
cum sequen. volum. 2. incip. viso testamento, vbi omninò
vide. Panorm. in d. c. significasti, num. 15. Afflic. in d. c. 1.
§. si quis hominem, in 2. notab. nume. 4. quando enim agi-
tur de † excusandis delictis, principium, & non finis at-
tenditur, per iura allegata, & tex. in l. quod ait lex. §. quod
ait. ff. ad leg. Iul. de adult. Hippol. in d. §. quoniam, nume.
91. & num. 86. vbi omninò vide, an prouocatus fugere te-
neatur, concludit negativè, si fuga vitæ periculum adfer-
ret. Bald. in d. l. 1. C. vnde vi. Bartol. ibid. num. 8. Iaf. in d. l.
vt vitm, nume. 38. vbi communem dicit. Iul. Clar. in §. ho-
micidium, num. 33. Prædicta procedunt non solum in of-

fensione, quæ est in actu, sed etiam quæ est in potentia: & ideo si prouocans præparet se ad insultandum, insurgendo, eleuando manum, stringendo, aut enudando gladium; poterit à prouocato præueniri, & cum moderamine inculpatæ tutelæ occidi, quia nemo cogitur primum ictum excipere, & tantisper expectare, donec à prouocato prius vulneretur, quia ad iustam defensionem præsens armorum terror sufficit, nam ille prouocatum in summum vitæ discrimen adducit, tex. in Clemen. vnic. de homic. Anchar. ibid. num. 5. text. in l. idem est. §. qui armati. ff. de vi & vi arm. ibi, sufficit terror armorum, text. in d. l. is qui aggressorem, cum duab. ll. seq. C. ad leg. Corn. de sicar. & in l. scientiam. §. qui cum aliter, glo. communiter approbata in d. l. i. C. vnde vi. in verb. moderatione. Bart. Bal. & alij ibid. vbi dicunt ad iustam defensionem sufficere aduersarium cum armis venire, per tex. in l. posthumus. §. fin. ff. de inoff. testam. ibi, vel præparata. Ang. præclare ibid. glo. in c. si perfodiens, in verb. secularibus, de homic. Iaf. in d. l. vt vim, nu. 9. Hippol. sing. 638. per totum. Iohan. de Amicis, conf. 116. num. 5. Iul. Clarus in §. homicidium, num. 33. Bart. in l. sed & si quemcunque, num. 2. ff. ad leg. Aquil. per illum tex. Bal. in l. in lege, num. 1. in fi. ff. locati. Porro tantus est innocentie fauor, vt pro eius probatione admittantur testes minus idonei, & alias suspecti: puta, frater pro fratre, dominus pro seruo, Ciuitas pro ciue, Abbas pro monacho. Item testes deponentes de crudelitate plenam fidem faciunt, vt si testis dicat, se existimare homicidium ad defensionem factum, quia aliter quam per crudelitatem deponere nequeunt. Alex. d. conf. 76. Iaf. ad Rubr. ff. de iureiur. nume. 7. item admittuntur coniecturæ & præsumptiones à genere armorum, à loco, tempore, persona, inimicitijs præcedentibus, quæ omnia accurato iudicis arbitrio committuntur, per notata Doct. in l. parètes. C. de testib. Bal. in l. i. nu. 21. C. de confes. Iaf. ad d. Rubr. ff. de iureiur. nu. 7. cum seq. Hipp. in l. vnus. §. cogniturum. ff. de quest. nu. 51. Idem sing. 19. nu. 2. & 4. incip. tu scis clarum. Alex. d. conf. 76. nu. 5. & d. conf. 109. nu. 6. vol. 1. & conf. 14. nu. 39. vol. 2. incip. animaduersis his. Deci. pulchre d. conf.

fil. 459. num. 7. Gabriel Saray. ad Matthei. singul. 37. nume.
 17. vbi omninò vide, dicens, quòd † in criminalibus fauo-
 re defensionis tantum credatur duobus testibus neganti-
 bus factum, quantum duobus testibus affirmantibus illud, 23
 gloss. communiter approbata in c. clerici, distinct. 81. in
 verbo, aliqui: cum alias in causis ciuilibus plus fidei tri-
 buatur duobus testibus affirmantibus, quam mille negan-
 tibus, per gl. in l. diem proferre. §. si plures, in verbo, con-
 senserunt. ff. de arbit. Hippol. sing. 541. nume. 2. incip. abso-
 lutio. Ias. in d. l. vt vim, nu. 6. ff. de iust. & iur. & ad d. Rubri
 ff. de iureiur. nu. 7. quod est intelligendum, quando negati-
 uia non esset loco & tempore coarctata, c. cum in tua, de
 testib. Alex. conf. 110. nu. 5. vol. 1. incip. visis acutissimis. &
 conf. 24. nu. 3. vol. 2. incip. animaduersis his, glo. not. in l. r.
 §. 1. in verb. an non. ff. de itin. actuque priuato. Saray. loco
 citato, vbi plures ad hoc allegat. Item innocentiz fauore
 creditur vulnerato excusante vulnerantem in mortis ar-
 ticulo, ita vt contra accusatum, vel inquisitum non possit
 ad torturam procedi, Alex. conf. 1. nu. 16. vol. 3. & conf. 14.
 nu. 5. eod. vol. incip. ponderatis narratis. Hippol. sing. 22.
 nu. 3. incip. confessio tertij, Mantua. sing. 249. nu. 1. incip. tu
 habes. Ex his concludendum, reum moderamen inculpa-
 tæ tutelæ excedentem in causis fractæ pacis, non in poenâ
 Banni, sed pecuniariam pro arbitrio iudicis, considerata
 excessus magnitudine, personarum, & rerum qualitate,
 condemnandum esse: quod factum quandoque in Came-
 ra memini: & ad confirmationem istorum, vide quæ se-
 quen. cap. de confessione qualificata notantur, quæ ad ma-
 teriam defensionis quoque spectant. Aded autem † defen-
 sio permittitur, vt quis hostem & turbatorem pacis publicæ 24
 etiam in alieno territorio persequi possit, idque in causis
 fractæ pacis, Constituto Imperij Anno 1559. Augustæ
 promulgata, expressè vnanimi Statuum consensu permit-
 tit, in §. Vnd viemol/ cum sequentibus, contra palantes
 equites, & pedites, contra grassatores, prædones, & latro-
 nes, qui miseros agricolas miserè concutiunt, exedunt,
 bonisque euertunt, & à nullo insolentiz, & maleficij ge-
 nere sibi temperant, de quibus vide supra cap. quarto, 25

- Wider die gefährliche Keyßigen vnd Fußknecht/ Rauber vnd Mörder. Hos enim quilibet Magistratus offensus in suo territorio, extra territorium persequi, & eo loci, vbi apprehenduntur, iuri sistere potest, Ist also die Nachsen zugelassen/ id est, persecutio contra delinquentes extra territorium permittitur, facit ad hoc optimè tex. in l. 1. C. vbi quis de Curiali, vel cohortali, aliave cõd. conuen. tex. not. in c. 1. §. si iudex, de pac. tenen. & eius violat. & in l. quod ait lex. §. fin. in fin. ff. ad leg. Iul. de adulte. ad hoc, quod persecutio capiendi in proprio territorio, continuari possit extra territorium: aliàs de iure communi extra territorium non licet capere delinquentem, per notata Bar. in l. sicut. §. Aristo Cerellio, nu. 1. ff. si seru. vendic. Ratio, quia qui est in alieno territorio, iurisdictionem exercet, territorium violare dicitur, ideoque iniuriarum tenetur, si fugientem insequatur, & sine licentia domini territorij capiat, adeò, vt captus ante omnia relaxari debeat, tex. notab. in l. fin. ff. de offic. præf. vrb. gloss. ibid. in verb. iubere, tex. in l. 3. ff. de offic. præsid. text. in l. 1. & in l. 2. ff. de offic. proconsul. vbiq; dicitur, quod est Magistratus extra suam Prouinciam pro priuato habeatur, tex. in l. fin. ff. de iurisdic. omn. iud. & in l. pupillus. §. territorium. ff. de verbor. signific. tex. in Clemen. quamuis, de foro compet. Barto. in l. si quis sit fugitiuus. §. apud Labeonem, nume. 2. ff. de edilit. edic. per illum tex. Bal. in d. l. sicut. §. Aristo, num. 1. Iaf. in l. plerique, nume. 13. ff. de in ius vocan. Francif. Marc. quæst. 418. num. 1. cum sequen. & quæst. 419. num. 1. Guid. decis. 423. num. 1. & 2. incip. euenit eatus. vbi dicit, priuatum exercentem officium magistratus, incidere in crimen læsæ Maiestatis, per tex. in l. 3. §. fina. ff. ad l. Iul. maiest. vnde apparet, exercentem iurisdictionem in alieno territorio, hoc crimine imputari posse, cum pro priuato habeatur, & sic varijs actionibus teneri, puta, de vi publica, de ambitu, & iniuriarum, Guid. d. decis. 413. nume. 2. innotã notabili Apostilla ibidem, facit l. qui coetu. ff. ad leg. Iul. de vi public. & ibi, hominem dolo malo incluserit, d. l. 3. §. fina. Obseruandum est quoque, captum in alic-

alieno territorio, ex consuetudine Germaniæ non remitti ad locum delicti, sed in loco captiuitatis forum, & iudicium sortiri, & ibidem supplicium subire. Die vber-schiebung der Gefangenen hat nicht statt / & talem consuetudinem valere certum est, Felin. in c. fina. num. 11. de foro compet. cum allega. ibidem. Aliàs de iure communi in criminalibus, maximè in grauioribus delictis, ad locum delicti remissio, cum elogio captiui, vulgariter *Brögcht* / fieri debet, per tex. in Authent. vt nulli iudicium. §. si verò quis comprehensorum, cum §. sequen. gloss. ibid. in verbo, comprehendere, & in l. Diuus. ff. de custod. & exhib. reor. tex. in l. si cui. §. fina. ff. de accusatio. Barto. Alber. & alij ibidem, gloss. ordinar. & singula. & in Clemen. pastoralis. §. quòd si punitio, de senten. & re iudic. in verbo, de more, vbi omninò vide, gloss. in d. c. final. in verbo, ratione delicti, de foro compet. & ibidem Doct. & in l. 1. & in Authent. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi oportet, Anthon, Gomes. variar. resolut. lib. 3. cap. 1. num. 87. text. in l. desertorem. ff. de re milita. & in l. solent. & in l. non dubium. ff. de custod. & exhib. reorum. gloss. notab. in c. 1. in verbo, excommunicatio, de raptoribus. Bossius tit. de foro compet. num. 48. cum sequen. text. in l. capitulum. §. famosi. ff. de pœnis. vbi dicitur, famosos latrones in locis, vbi grassari sunt, furca figendos, vt conspectu deterreantur alij ab iisdem facinoribus, ad idem est tex. not. in l. 1. C. ad leg. Iul. repet. & in Authent. si verò. C. ad leg. Iul. de adult. Solet tamen plerunque in Germania, & alijs Prouincijs in atrocioribus delictis propter exemplū, ad locum delicti precariò, & iure amicitiz & vicinitatis, atque benevolentiz fieri remissio, idq; sub antigrafo, siue literis Reuersalibus (vt vocant) ipsius Magistratus, aut Domini remissionem petentis, quòd videlicet huiusmodi remissio, remittentis iurisdictioni nõ sit futura nocumento, sed sine præiudicio, *Auff etnen Reuersß/ oder Begensbandnuß*. Vide prolixius de iure perseguendi turbatores pacis publicæ, in d. Constit. Imperij, de An. 59. vbi amplissimè ea de re, & modo exequèdi disponitur. In

contractibus † regulariter remissioni locū non esse, communiter pl acuit, per text. in l. 1. ff. de eo quod certo loco. Doct. in d. c. fin. de foro compet. Felin. ibid. nu. 21. vbi hoc septem modis limitat. Ratio est, quia sicut in causis civilibus quis de domo sua inuitus extrahi non potest, text. in l. plerique. ff. de in ius vocand. & in l. nemo de domo ff. de regul. iur. ita nec de Ciuitate, vel Prouincia inuitus extrahi debet, Felin. in d. c. fina. Salic. in d. Authent. si verò, nume. 4. C. ad leg. Iul. de adult. Fallit singulariter, nisi speciali pacto privilegio fori renunciatum sit, vt tenet gloss. reputata vnica in iure, & preciosa in praxi, & communiter approbata, in l. 1. in verbo, pro non dero. ff. si quis in ius voc. non ierit. Bart. ibid. num. 3. & amplissime ibid. Ias. nu. 9. qui opiniones refert, & pro gloss. cum Bar. & alijs concludit, quem ad hoc omninò vide.

CAP. XVII.

In causis pacis publicæ an confessio
qualificata cum sua qualitate
acceptanda.

S V M M A R I A.

- 1 Confessio Rei qualificata an cum sua qualitate acceptanda sit.
- 2 In causis civilibus quando confessio sine qualitate acceptari possit.
Fundamentum intentionis quilibet probare tenetur.
ibid.
- 3 Confessio qualificata in criminalibus sine qualitate recipitur.
- 4 In causis fractæ pacis similiter.
- 5 Defensionales articuli in causis fractæ pacis.
- 6 Qualitate adiecta non probata, an Reus in criminalibus pena ordinaria puniri debeat.
- 7 Confessio qualificata ex parte Rei conuenti non est pura,
& sine

& simplex confessio.

- 1 Salomonis iudicium de agnoscenda prole.
- 2 Prouocatio excusat à pœna ordinaria, si prouocans occidatur.
- 3 Rem conuictum de homicidio, an postea possit confiteri illud, cum qualitate legitima defensionis.
- 4 Rem pluribus exceptionibus vri potest.

CONFESSIO † Rei conuerti qualificata, an in criminalibus cum suis qualitatibus acceptanda sit ab Actore, & non aliter, videlicet: Fateor me tale homicidium commisisse, sed feci ad necessariam meam defensionem, vel, Fateor me vi armata inuasisse prædium tuum, castrum, aut fundum, sed à te primùm prouocatus sum: variè sentiunt Doct. In causis † civilibus responsio cum sua qualitate acceptanda est. Exempli gratia: Fateor me rem illam promisisse tibi, sed sub certa cõditione, per tex. in l. siquidem. C. de except. gloss. ibid in verbo, siquidem. Bart. in l. cum de indebito, num. 3. ff. de probat. Bald. singulariter in l. 1. nume. 10. C. de confessis. quem omninò vide. Alexan. consil. 87. num. 1. volum. 1. incip. in causa Ludouici. & idèõ confitenti non præiudicat, cum magis sit negatiua, quàm affirmatiua responsio, & sic perinde habetur, ac si factum per omnia negatum foret. Bartol. in d. l. cum de indebito. Bald. in l. nec codicillis, nu. 1. C. de codicil. Salicet. ibid. in fin. quod tamen non procedit, si sit præsumptio iuris contra huiusmodi qualitatem, per tex. in c. cum venissent, de instit. Panorm. præclare ibid. num. 7. & num. 12. vbi dicit, aduersarium posse acceptare confessionem, reiecta qualitate, si sit contra eam præsumptio iuris, ita quod probatio qualitatis confitenti incumbat, cum sit fundamentum suæ intentionis, & quilibet id quod est fundamentum suæ intentionis probare debet, siue sit factum negatiuum, siue affirmatiuum, text. in l. actor. C. de probat. & in l. in exceptionibus. ff. eod. tit. text. in c. bonæ memoriæ, el. 1. de elect. & elect. potest. gloss. ibid. in verb. per rerum. Alex. consil. 24. num. 1. vol. 2. incip.

- 3 animadvertis his. In t criminalibus verò confessio qualificata sine qualitate acceptari potest: Ratio, quia in delictis semper est præsumptio contra delinquentem, text. in c. 1. de præsumpt. & in l. 2. §. doli mentio. ff. vi bonor. raptor. text. in l. si non conuicij. C. de iniur. & idè qualitas confessioni adiecta, quæ exceptionis vim habet, per confitentem probari debet, vt notant Doct. in d. c. cum venissent, per illum text. & in c. 1. §. si quis hominem, de pace tenen. in vsib. feud. Afflict. ibid. in 11. notab. in gloss. nume. 1. Felin. in c. in præsentia, nume. 13. de probat. gloss. in c. 1. in verbo, ludens, de præsumpt. Bartol. in l. Aurelius. §. idem quæsit, num. 2. ff. de libe. leg. Bald. in d. l. 1. C. de confess. pulchrè Panormita. in d. c. cum venissent, num. 7. & num. 12. Iulius Clarus in practi. crimin. §. final. quæst. 55. nume. 15. versic. posset quoque. Ias. in l. vt vim, nume. 13. ff. de iustit. & iur. vbi communem dicit. Saray. ad Matthesi. singul. 37. Boer. decis. 104. num. 10. Philipp. Port. commun. opinio. lib. 5. conclus. 15. vbi communem dicit. Quapropter
- 4 in causis t fractæ pacis, confessio Rei qualificata, abque qualitate & appendice illa, Feci ad defensionem meam, acceptatur, & qualitatibus probatio Reo per modum defensionis incumbit. Cicero in Oratione pro Milone, circa principium dicit, neminem ignorare, cum de homine occiso quæritur, aut negari solere omninò esse factum. aut rectè, ac iure factum esse defendi, quod etiam Quintilianus libro septimo, cap. 1. circa principium scribit. Iure factum esse homicidium censetur, si quis necessario & coactus, aut prouocatus, se à discrimine vitæ liberet, vimque vi repellat, quod omni iure permissum est, sicut prolixè dixi supra cap. proximo, per allegata
- 5 ibidem. Et idè t reiecta qualitatibus appendice, Rei, in causis violatæ pacis, articulos defensionales dare consueuerunt, *Hülffrede* in quibus defensionem necessariam ponunt: qua probata, meritò absolutio sequi, & Actor in expensis condemnari debet Sed quid si t Reus in probatione huius qualitatibus deficiat, an poena ordinaria iuris communis, aut Banni Imperialis ei irrogari debeat. Breuiter, communis est Dd. opinio, si de homicidio non
- ali-

aliter constet, nisi ex illa confessione Rei qualificata, & reus in probatione qualitatis deficiat, quòd poena capitalis siue Banni non sit infligenda, sed mitior poena, eò quòd in criminalibus requirantur probationes concludentes, & luce meridiana clariores, text. in l. fina. C. de probat. & in l. absentem. ff. de poen. vide suprà cap. 15. Ita docet Bart. in d. l. Aurelius. §. Idem quæ sit, cuius doctrinam Dd. stupendam, mirabilem, auream, singularem, & de pane lucrando appellant, eamque sequuntur Panorm. in c. auditis, num. 12. de præscriptio. Felin. ibid. num. 30. dicens hoc dictum apud practicos esse in solemnè vsu. idem in c. significasti, el. 2. nume. 14. de homicid. & in c. adferte mihi gladium, num. 10. in fin. de præsumptio. Ias. in d. l. vt vim. Alex. in l. non solum. §. sciendum, num. 5. ff. de noui oper. nunt. Hippol. sing. 185. nu. 2. incip. Confessio. Iul. Clar. in pract. crim. §. si. q. 55. nu. 16. vers. fortè posset. Gabr. Saray. ad Matthes. d. sing. 37. nu. 7. vbi communem dicit: Ratio, quia in criminalibus, vt dixi, exactissimæ & liquidissimæ probationes requiruntur: sed t̄ qualificata confessio, et si sine qualitate acceptari possit, tamè ex parte Rei conueni, non est pura simplexq; confessio: & licet præsumptio sit contra consententem in actibus illicitis, & delictis, vt initio dictum est: tamè ex præsumptionibus etiam vehementioribus non debet poena ordinaria, sed extraordinaria, & mitior imponi, vt præclarè notat Innoc. in c. quia verisimile, num. 2. de præsumpt. idque ex t̄ sententia Salomonis in d. c. adferte mihi gladium, vbi licet ex præsumptione voluit adiudicare vni mulieri filium, non tamen alteram voluit condemnare ad mortem, ad quam iustissimè erat condemnanda, si legitimè esset probatum contra eam, quòd filium alterius clam surripuisset, iuxta l. 1. C. ad l. Flau. de plag. verba sunt Innoc. quæ refert & sequitur Felin. in d. c. adferte, num. 6. & communiter Canonist. ibid. Panorm. præclarè in d. c. auditis, & in c. quanto, de præsumpt. num. 3. & in c. literas, nu. 5. eo. tit. Hippo. in pract. crimin. §. postquam, num. 23. & §. secunda quæ sit. nu. 14. Gabriel Saray lococitato, num. 8. Hieron. Gigas in tract. crim. l. 2. de maiest. libr. 2. tit. quomodo, & per quos.

crimen læsæ maiest. probetur, quæstio. 19. num. 3. *cum sequen.* vide supra cap. 15. Bald. in l. non est verisimile, num. 9. ff. quod met. caus. Ial. in §. item si quis postulante, num. 25. Instit. de actionib. Hæc sunt in calculo ferendæ sententiæ in casibus fractæ pacis diligenter consideranda: ad hoc ut pœna mitior, non ordinaria Banni infligatur, sola t̄ prouocatio excusat reum ab ordinaria pœna, etiam si moderamen inculpatæ tutelæ excefferit, text. in c. olim causam, in fine, de restit. spolia. & in l. si adulterium cum incoestu. §. Imperatores. ff. ad l. Iul. de adulter. vt dixi supra cap. præceden. et præclare notat Felin. in d. significasti, c. 2. nume. 13. cum sequen. & d. c. adferte. nume. 6. vbi dicit per illum text. quod quandò diffinitiuâ fertur ex præsumptione violenta, iudex debeat moderari sententiam, vt non condemnet ad pœnam corporalem, per doctrinam Innoc. in d. c. quia verisimile. Panorm. & Felin. in d. c. auditis, de præscriptionib. Quid autem si t̄ reus initio negasset homicidium, postea verò per actorem probatû sit, an confiteri possit homicidium, adiecta qualitate, quod ad sui necessariam defensionem fecerit, vide Bald. in Authen. contra qui. num. 9. C. de non numerat. pecun. Alber. Castr. & alios ibid. Afflict. in c. 1. §. item si vasallus, nume. 6. in fin. de contro. inuestit. vbi concludit hoc fieri posse, & ita quoque tenet Bartol. in d. l. cum de indebito, num. 3. ff. de probatio. & est communis opinio teste Decio in c. pastoralis, num. 15. in fin. de except. Boer. decis. 164. num. 14. Iulius Clarus in §. homicidium, nume. 35. ratio quia t̄ reus potest vti pluribus & diuersis, adeoque contrarijs exceptionibus, text. in l. is qui dicit, & in l. nemo prohibetur. ff. de exceptio. text. in l. nemo ex his, ff. de regul. iur. & in c. nullus pluribus, eodem titu. in 6. idque fauore defensionis, quæ nemini denegari debet, receptum est, text. in Clemen. pastoralis, de re iudi. cum similib. vide latius infra cap. sequen.

CAP. XVIII

In cau.

In causis fractæ pacis, an reus post publicationem attestationum, vel conclusionem causæ ad ulteriorem probationem admit- tendus sit.

S V M M A R I A.

- 1 Publicatis attestationibus regulariter alię testes produci non possunt.
- 2 In causis criminalibus non obstat publicatio testium.
- 3 In criminalibus causis plenè non concluditur, nec potest fieri renunciatio probationum.
- 4 In causis fractæ pacis post publicationem testium an aliud examen admittatur.
- 5 Cautela pro Reo in materia probationis.
- 6 Reus an post factam confessionem negatiuam probare possit.
- 7 Iudex tam in criminalibus quàm civilibus testes repetere, & novos recipere potest.
- 8 Iudici nunquàm concluditur, nec ei dicta testium sunt secreta.
- 9 In criminalibus Reo petente, alię testes post publicationem recipi possunt.
- 10 In accusatore an idem obtineat.
- 11 Iudex post condemnationem de innocentia Rei inquirere potest. & nu. 12.
- 12 Publicatis attestationibus alię testes ad confirmanda dicta priorum recipi possunt.
- 13 Negatiua quando probanda sit.
- 14 Testes super negatiua quomodo deponere debeant.
- 15 Negatiua quomodo probanda. remissuè.

Q V A E R I T V R, vtrùm in causis fractæ pacis † accusatus, publicatis attestationibus, & cōclusionem causæ facta, ad ulteriorem probationem innocentie

142.

si admitti possit, ac debeat? Respondeo posse, ac debere
 admitti: nam etsi in causis ciuilibus regulariter hoc pro-
 hibitum sit, propter metum subornationis testium, & fa-
 ctam renuntiationem per viam cōclusionis, vt plenè no-
 tatur in c. fraternitatis, ext. de testib. vbi communiter Ca-
 nonist. & in c. per tuas, vbi Felin. nu. 1. & 2. eo. titu. text. in
 c. pastoralis, de caus. posses. & propriet. & in c. cū dile-
 ctus, de fide instrum. Hippo. ad l. 1. §. si. num. 4. cum seq. ff.
 de quzstionib. text. in Auth. at qui semel. C. de prob. Dd.
 in l. admonendi. ff. de iureiur. plenissimè Port. commun.
 opinio. lib. 1. conclus. 39. tamen hoc fauore innocentiz &
 t̄ defensionis in criminalibus causis non obtinet, in qui-
 bus ex parte Rei nunquā in causa conclusum esse intelli-
 gitur, & ided quādoq; voluerit, innocentiam suam
 probare poterit, intellige vsq; ad diffinitiuam exclusiue,
 per tex. sing. in l. vnus. §. cogniturū. ff. de quzst. ibi, quo-
 cunque tempore, ergo non solū ante, vel post testium
 publicationem, sed etiam post conclusionem, gloss. not.
 in l. pactum inter hæredem, in verbo, cū liceat. ff. de
 pact. Bart. in d. l. 1. §. fm. num. 4. ff. de quzstionib. & in d. l.
 vnus. §. cogniturum, nu. 3. Hippo. ibid. num. 48. cum seq.
 Bal. in l. si accusatoribus, nu. 19. C. de accusat. idem in Au-
 then. iubemus, nu. 7. in fin. C. de iudic. & in l. 1. nu. 27. C. de
 confess. Bart. in l. Diuī fratres, num. 2. ff. de pœnis. Iulius
 Clarus in pract. criminali. §. fin. quzstio. 61. num. 6. Idē in
 repet. d. l. admonendi. nu. 61. Hippo. sing. 90. num. 3. incip.
 fauorabiliore, & in d. l. 1. §. fin. num. 63. ff. de quzstio. Fe-
 lin. pulchrè in c. confanguinei, num. 6. cum sequentib. de
 senten. & re iud. & in c. si diligenti, nu. 3. de foro compet.

3 Quod vsque aded verum est, vt ne iuramento t̄quidem in
 criminalibus causis, reus probationibus suis renunciare
 queat. Felin. in d. c. si diligenti, quia nemo est dominus
 membrorum suorum, text. in l. liber homo, la. 1. ff. ad l.
 Aquil. Valet quidem facta conclusio, ita tamen vt futura
 defensionis non fiat p̄iudicium, vnde Bal. in d. l. si accu-
 satoribus, & d. l. 1. C. de confessis, dicit, in criminalibus
 plenè non posse concludi, sed solū quoad defensionem
 non apparentem, & vbiq; in locis citatis dicunt Dd. in
 crimi-

Criminalibus post publicationem & conclusionem testes
 ad defensionem innocentiz recipi posse, vt infra latius
 explicabitur. Cùm igitur t̄ causæ fractæ pacis meræ cri-
 minales sint, vti communiter in Camera receptū est, quia
 condemnatus vitæ & fortunarum periculò exponitur, vt
 notatur infra lib. 2. cap. 1. & sup. vbique dictum est, sequi-
 tur, publicationem testium, vel conclusionem in causa,
 reo nondum condemnato, impedimento esse non posse,
 quò minus super iisdem articulis, vel nouis, alios testes
 producat. Et hæc singulariter t̄ obseruanda sunt pro ac-
 cusatis criminaliter, si facta publicatione testium, vel de-
 mùm post conclusionem intelligant innocentiam suffi-
 cienter probatam non esse, vel post conclusionem nouis
 defensionibus vti velint, nam hoc facere possunt, text. in
 c. nullus pluribus, de regu. iur. in 6. & in l. nemo ex his, ff.
 eo. titu. Dd. vbi supr. dummodò hoc non fiat nequiter, &
 inaltiosè ad extrahendum processum, & eludendam exe-
 cutionem, iuxta text. in l. quoniam. C. de appell. tex. not.
 in l. cum Reis. C. de pœnis, & in l. si quis fortè. ff. eod. titu.
 in quo iudicis arbitrium plurimum momenti habet, &
 ideo iuramentum malitiz reo iniungendum foret. Panor.
 in d. c. fraternitatis, num. 4. in 15. limitat. Socin. regu. 403.
 fallen. 6. Felin. in c. cum clamor, nume. 5. de testib. Guid.
 singu. 315. Bald. in Authen. contra qui. nu. 5. C. de non nu-
 me. pecun. Afflict. in c. 1. §. etiam si vasallus, nu. 6. in fin. de
 controuer. inuestit. vbi dicit quòd t̄ reus confessus homi-
 cidium, possit post publicationem testium opponere ex-
 ceptionem defensionis necessariz, & iudicem huiusmo-
 di exceptionem admittere debere, quod etiam Bald. tenet
 in d. Authen. contra qui. num. 9. vbi omninò vide, an reus
 postquam delictum semel negauit, illudque per actorem
 probatum sit, possit nihilominus opponere exceptionem
 defensionis necessariz. Communis opinio est posse, attri-
 bente Decio in c. pastoralis, num. 15. de except. Boer. dec.
 164. num. 14. Bart. in l. cum de indebito, nu. 3. ff. de probat.
 Julius Clar. in §. homicidium, nu. 35. Ratio, quia fauore
 defensionis reus pluribus & diuersis, adeoque contrarijs
 exceptionibus vti potest, text. in l. is qui dicit, & in l. ne-
 mo pro-

crimen læsæ maiest. probetur, quæstio. 19. num. 3. cum sequen. vide supra cap. 15. Bald. in l. non est verisimile, num. 5. ff. quod met. caus. l. 1. in §. item si quis postulante, num. 25. Instit. de actionib. Hæc sunt in calculo ferendæ sententiæ in causis fractæ pacis diligenter consideranda: ad hoc ut poena mitior, non ordinaria Banni infligatur, sola t. prouocatio excusat reum ab ordinaria poena, etiam si moderamen inculpatæ tutelæ excefferit, text. in c. olim causam, in fine, de restit. spolia. & in l. si adulterium cum incoestu. §. Imperatores. ff. ad l. Iul. de adulter. vt dixi supra cap. præceden. et præclare notat Felin. in d. significasti, ek. 2. nume. 13. cum sequen. & d. c. adferte. nume. 6. vbi dicit per illum text. quod quando definitiua fertur ex præsumptione violenta, iudex debeat moderari sententiam, vt non condemnet ad pœnam corporalem, per doctrinam Innoc. in d. c. quia verisimile. Panorm. & Felin. in d. c. auditis, de præscriptionib. Quid autem si t. reus in iudicio negasset homicidium, postea verò per actorem probatû sit, an confiteri possit homicidium, adiecta qualitate, quod ad sui necessariam defensionem fecerit, vide Bald. in Authen. contra qui. num. 9. C. de non numerat. pecun. Alber. Castr. & alios ibid. Afflict. in c. 1. §. item si vasallus, nume. 6. in fin. de contro. inuestit. vbi concludit hoc fieri posse, & ita quoque tenet Bartol. in d. l. cum de indebito, num. 3. ff. de probatio. & est communis opinio teste Decio in c. pastoralis, num. 15. in fin. de except. Boer. decis. 164. num. 14. Iulius Clarus in §. homicidium, nume. 35. ratio quia t. reus potest vti pluribus & diuersis, adeoque contrarijs exceptionibus, text. in l. is qui dicit, & in l. nemo prohibetur. ff. de exceptio. text. in l. nemo ex his, ff. de reguliur. & in c. nullus pluribus, eodem titu. in 6. idque fauore defensionis, quæ nemini denegari debet, receptum est, text. in Clemen. pastoralis, de re iudi. cum similib. vide latius infra cap. sequen.

CAP. XVIII.

In cau.

In causis fractæ pacis, an reus post publicationem attestationum, vel conclusionem causæ ad ulteriorem probationem admit- tendus sit.

S V M M A R I A.

- 1 Publicatis attestationibus regulariter alij testes produci non possunt.
- 2 In causis criminalibus non obstat publicatio testium.
- 3 In criminalibus causis plenè non concluditur, nec potest fieri renunciatio probationum.
- 4 In causis fractæ pacis post publicationem testium an aliud examen admittatur.
- 5 Cautela pro Reo in materia probationis.
- 6 Reus apud post factam confessionem negatiuam probare possit.
- 7 Iudex tam in criminalibus quàm civilibus testes repetere, & novos recipere potest.
- 8 Iudici nunquam concluditur, nec ei dicta testium sunt secreta.
- 9 In criminalibus Reo petente, alij testes post publicationem recipi possunt.
- 10 In accusatore an idem obtineat.
- 11 Iudex post condemnationem de innocentia Rei inquirere potest. & nu. 12.
- 12 Publicatis attestationibus alij testes ad confirmanda dicta priorum recipi possunt.
- 13 Negatiua quando probanda sit.
- 14 Testes super negatiua quomodo deponere debeant.
- 15 Negatiua quomodo probanda. remissiuè.

QUÆRITVR, vtrum in causis fractæ pacis accusatus, publicatis attestationibus, & cōclusionem causæ facta, ad ulteriorem probationem innocentie
sua.

sive admitti possit, ac debeat? Respondeo posse, ac debere
 admitti: nam et si in causis ciuilibus regulariter hoc pro-
 hibitum sit, propter metum subornationis testium, & fa-
 ctam renuntiationem per viam cōclusionis, vt plenè no-
 tatur in c. fraternitatis, ext. de testib. vbi communiter Ca-
 nonist. & in c. per tuas, vbi Felin. nu. 1. & 2. eo. ritu. text. in
 c. pastoralis, de caus. posses. & propriet. & in c. cū dile-
 ctus, de fide instrum. Hippo. ad l. 1. §. si. num. 4. cū seq. ff.
 de quæstionib. text. in Auth. at qui semel. C. de prob. Dd.
 in l. admonendi. ff. de iureiur. plenissimè Port. commun.
 opinio. lib. 1. conclus. 39. tamen hoc fauore innocentiz &
 † defensionis in criminalibus causis non obrinet, in qui-
 bus ex parte Rei nunquā in causa conclusum esse intelli-
 gitur, & idèo quādoq; voluerit, innocentiam suam
 probare poterit, intellige vsq; ad diffinitiuam exclusiue,
 per tex. sing. in l. vnus. §. cogniturū. ff. de quæst. ibi, quo-
 cunque tempore, ergo non solū ante, vel post testium
 publicationem, sed etiam post conclusionem, gloss. not.
 in l. pactum inter hæredem, in verbo, cū liceat. ff. de
 pact. Bart. in d. l. 1. §. fin. num. 4. ff. de quæstionib. & in d. l.
 vnus. §. cogniturum, nu. 3. Hippo. ibid. num. 48. cū seq.
 Bal. in l. si accusatoribus, nu. 19. C. de accusat. idem in Au-
 then. iubemus, nu. 7. in fin. C. de iudic. & in l. 1. nu. 27. C. de
 confess. Bart. in l. Diui fratres, num. 1. ff. de poenis. Iulius
 Clarus in pract. criminali. §. fin. quæstio. 61. num. 6. In
 repet. d. l. admonendi. nu. 61. Hippo. sing. 90. num. 3. incip.
 fauorabiliore, & in d. l. 1. §. fin. num. 63. ff. de quæstio. Fe-
 lin. pulchrè in c. consanguinei, num. 6. cū sequentib. de
 senten. & re iud. & in c. si diligenti, nu. 3. de foro compet.

3 Quod vsque ad eò verum est, vt ne iuramento tquidem in
 criminalibus causis, reus probationibus suis renunciare
 queat. Felin. in d. c. si diligenti, quia nemo est dominus
 membrorum suorum, text. in l. liber homo, la. 1. ff. ad l.
 Aqu. Valet quidem facta conclusio, ita tamen vt futuræ
 defensionis non fiat præiudicium, vnde Bal. in d. l. si accu-
 satoribus, & d. l. 1. C. de confessis, dicit, in criminalibus
 plenè non posse concludi, sed solū quoad defensionem
 non apparentem, & vbiq; in locis citatis dicunt Dd. in
 crimi-

Criminalibus post publicationem & conclusionem testes
 ad defensionem innocentie recipi posse, vt infra latius
 explicabitur. Cum igitur t̄ causæ fractæ pacis meræ cri-
 minales sint, vti communiter in Camera receptū est, quia
 condemnatus vitæ & fortunarum periculo exponitur, vt
 notatur infra lib. 2. cap. 1. & sup. vbiq̄ dictum est, sequi-
 tur, publicationem testium, vel conclusionem in causa,
 reo nondum condemnato, impedimento esse non posse,
 quò minus super iisdem articulis, vel nouis, alios testes
 producat. Et hæc singulariter t̄ obseruanda sunt pro ac-
 cusatis criminaliter, si facta publicatione testium, vel de-
 inam post conclusionem intelligant innocentiam suffi-
 cienter probatam non esse, vel post conclusionem nouis
 defensionibus vti velint, nam hoc facere possunt, text. in
 c. nullus pluribus, de regu. iur. in 6. & in l. nemo ex his, ff.
 eo. titu. Dd. vbi supr. dummodò hoc non fiat nequiter, &
 in aliosè ad extrahendum processum, & eludendam exe-
 cutionem, iuxta text. in l. quoniam. C. de appell. tex. not.
 in l. cum Reis. C. de poenis, & in l. si quis forè. ff. eod. titu.
 in quo iudicis arbitrium plurimum momenti habet, &
 idè iuramentum malitiæ reo iniungendum foret. Panor.
 in d. c. fraternitatis, num. 4. in 15. limitat. Socin. regu. 403.
 fallen. 6. Felin. in c. cum clamor, nũme. 5. de testib. Guid.
 singu. 315. Bald. in Authen. contra qui. nu. 5. C. de non nu-
 me. pecun. Afflict. in c. 1. §. etiam si vasallus, nu. 6. in fin. de
 controuer. inuestit. vbi dicit quòd reus confessus homi-
 cidium, possit post publicationem testium opponere ex-
 ceptionem defensionis necessariæ, & iudicem huiusmo-
 di exceptionem admittere debere, quod etiam Bald. tenet
 in d. Authen. contra qui. num. 9. vbi omninò vide, an reus
 postquam delictum semel negauit, illudq̄ per actorem
 probatum sit, possit nihilominus opponere exceptionem
 defensionis necessariæ. Communis opinio est posse, attri-
 buente Decio in c. pastoralis, num. 15. de except. Boer. dec.
 164. num. 14. Bart. in l. cum de indebito, nu. 3. ff. de probat.
 Iulius Clar. in §. homicidium, nu. 35. Ratio, quia fauore
 defensionis reus pluribus & diuersis, adeoque contrarijs
 exceptionibus vti potest, text. in l. is qui dicit, & in l. ne-
 mo pro-

- mò prohibetur. ff. de except. text. in d. l. nemo ex his, & in d. c. nullus pluribus. Hippo. in d. l. i. §. ñ. nu. 67. & num. 69. vbi hoc amplius dicit, quòd iudex ex officio possit cõtra veram & spontaneam confessionem Rei recipere testes ad defensionem Rei in causa criminali, per allegata ibid. & Ias. in l. si is qui. nu. 6. cum seq. C. qui testam. face. poss.
- 7 Quod ad t̄ iudicem attinet, dubium non est, quin ex officio, partibus non petentibus, tam in criminali, quàm ciuili causa, testes super iisdem capitulis repetere, vel novos recipere possit: atque tam in accusatore quàm reo obtinet, vel vt Dd. loquuntur, siue testes repetantur, vel recipiantur ad offensam, siue defensionem, ita se habet communis opinio, per text. in l. si non descendantur. ff. de pœ. Bart. in l. 2. §. si publico, nu. 15. ff. ad l. Iul. de adult. Port. d. conclu. 39. in 33. limita. vbi communem dicit. Dd. vbi sup.
- B Ratio, quia t̄ in iudice non subest timor subornationis, nec ei in causa concluditur, neque publicatio adfert ei nouam notitiam, per text. in c. cum Iohannes, de fid. instrum. gloss. in d. c. cum clamor. Felin. ibid. nu. 5. de testib. Alex. in l. 4. §. hoc autem iudicium, nu. 14. & num. 18. ff. de dam. infect. glos. in l. 3. in verbo, inimicitiz, de testib. Bar. in rep. l. vbi cunque, nu. 7. ff. de interrog. act. Hippol. sing. 155. nu. 1. incip. doctrina. Cast. pulchrè conf. 146. nu. 2. cum seq. vol. 1. incip. In casu de quo queritur. Dd. in d. c. pastoralis, de caus. poss. & propr. & in d. l. admonendi. Sed an idem t̄ obtineat ad partium instantiam, variant interpretes. Bar. in d. l. i. §. si publico, nu. 15. ff. ad l. Iul. de adulte. & in d. Auth. at qui semel, num. 35. C. de probat. Bald. ibid. num. 1. in 2. fallen. & alij citati per Port. loco allegato, tenent, partibus petentibus post publicationem testium, repetitionem non habere locum: quod in ciuilibus causis regulariter verum est, text. in d. c. fraternitatis, & alia iura suprà allegata: verum in criminalibus causis benignior opinio est, videlicet ex parte Rei hoc fieri posse, siue testes petantur recipi super iisdem, siue super nouis capitulis. Ratio, primò, vt sit aliquid inter actiones ciuiles & criminales differentiz: deinde, quia fauore innocentiz à regulis iuris cõmunis recedimus, vt dixi sup. cap. 16.

Ad

Ad hæc, quòd publicatio in criminalibus nõ obftet, quia defenfionibus renunciari nequit, cùm fint iuris naturalis, & quòd in criminalibus plenè non concludatur, text. in d. l. vnus. §. cogniturum. ff. de quæftionib. cum alijs iuribus fuprà allegatis. Hippo. in d. l. i. §. fi. nu. 5. Barr. in d. l. Diui. ff. de pœnis. Dd. in d. c. cùm clamor. Bar. & Bal. in d. Auth. at qui femel. Fel. in d. c. fi diligèti, nu. 3. de foro com pet. Quod verò ad t accusatorem attinet fecus est, nam is quidem pòft publicationem testium fuper nonis capitulis alios testes producere potest, fed non fuper ijsdem. Et licet Bar. in d. l. vnus. §. 1. num. 1. dicat generaliter pòft publicationem testium novos testes ad offensam produci poffe, quod fequitur Ang. in tract. malef. in verb. comparuerunt dicti inquisiti, & negauerunt totum, in verb. quæro an pòft publicationem, nu. 20. & in verb. qui iudex dictum processum, num. 2. tamen hoc ita accipiendum, vt procedat quòad diuerfa, non quòad antiqua capitula, vt singulariter docet Salic. in l. fi. nu. 10. C. de quæftio. quem fequuntur Felin in d. cùm clamor, nu. 5. Hippo. in d. l. i. §. fi. nu. 5. & d. singu. 90. vtrobique dicit hanc limitationem tanquàm auream, & lucri plenam perpetuò menti tenendam. Reus igitur tam fuper nouis, quàm antiquis articulis alios testes producere potest: actor verò tantum fuper diuerfis capitulis, & non fuper ijsdem. Ratio t diuerfitatis, quia fauorabiliores fumus ad liberandum, quàm ad condemnandum, text. in l. Arrianus. ff. de act. & oblig. & in l. fauorabiliores. ff. de regul. iur. & in l. absente. ff. de pœnis. Hippo. d. sing. 90. Imò t iudex pòft condemnationem potest, & recta conscientia debet de euidenti innocentia Rei probationes recipere, & differre executionem, & principè consulere, per text. in d. l. i. §. fi. in fi. ff. de quæst. vbi latè Hipp. p multas quæftiones, nu. 46. 48. 51. 52. 61. 63. cù feq. vbi omninò vide de probationib⁹ priuilegiatis ratione innocetiz. Quapropter accusatus fuper fracta pace, si nouas probationes habet, potest non solùm pòft publicationem testium, fed etiam pòft cõclusionem, ante sententiam tamen definitiuam iudicis implorare officium, & petere, vt testes illos fuper prioribus articulis defen-

defen-

defensionalibus, vel nouis articulis admitrat; quam petitionem iudex causa cognita, & examinatis nouis articulis, an sint releuantes, hoc est, an probati ad absolutionem profint, iuxta text. in l. si duo patroni, §. idem Iulianus. ff. de iureiur. Bartol. ibid. nu. 1. & in l. ad probationem, la. 2. C. de probat. & vtrum malitiosè hoc petatur, d. l. quoniam. C. de appel. recipere, & rescissa cõclusionone ad probandum admittere debet, cum hoc etiam sæpè in causis ciuilibus fiat, quando post conclusionem de nouo probationes emergunt. Dd. in d. c. fraternitatis, & in d. l. admonendi, Port. d. conclus. 39. multò magis minoriq; difficultate hoc fieri debet in causis criminalibus, vbi de vita hominis agitur, quæ omnibus rebus præferenda est, text. in l. sancimus 1. C. de sacrosan. eccles. & ideo mora omnium tutissima, iuxta illud Iueral. Sat. 6.

Nulla vnquam de morte hominis cunctatio sera est.

- Facit ad idem tex. in l. ad dictos. C. de appellat. Et in quibus casibus possit retractari sententia lata in causa criminali, abique Principis consultatione, vel gratia, vide omninò Hippo. in d. l. 1. §. fin. nu. 54. cum sequen. Quid si
- 23 t accusator ponat in articulis suis reum tali die, vna cum alijs pacem publicam violasse, idque probet quatuor testibus: reus verò in defensionalibus neget se tali die offensionem interfuisse, sed alio loco fuisse, idque probet per duos tantum testes, an publicatis attestacionibus, reus alios testes producere possit ad confirmanda dicta priorum testium? Maxime, non solum in causa criminali, sed etiam in causa ciuili, vt singulariter tenet Innoc. in d. c. cum clamor, num. 1. de testibus. Felin. ibid. num. 3. Similiter Antho. de Burrio. Bald. & Panorm. quos ad hoc omninò vide. Et obiter obserua, quòd quamuis negatiua nõ coarctata loco & tempore, nec habens implicitam affirmatiuam, non grauet negantem onere probandi, cum per rerum naturam factum negantis directa probatio nulla sit, tex. in c. bonæ memoriæ, el. 7. de elect. & elect. potest. et in l. si quis consortium. C. de fabricensib. libr. 11. text. in l. in exceptionibus. ff. de probationib. & in l. actor. C. eod.
- 14 titul. tamen qui se super negatiua fundat, eam probare debet

debet, aliàs succumbet, text. in l. hoc iure, & in l. ita stipu-
 latus, versic. quòd si ab initio. ff. de verbo. oblig. text. in l.
 in illa stipulatione, si Calendis. ff. eo. tit. Bart. & Dd. ibid.
 glo. not. in d. c. bonæ, el. 1. in verbo, per rerum, vbi omni-
 nò vide de triplici negatiua, iuris, facti, & qualitatis. An-
 thon. de Butrio, & Panorm. ibid. Alexan. consil. 39. num. 1.
 volum. 1. incip. viso themate, & consil. 37. num. 13. volum.
 2. incip. viso, & oportunè, idem consil. 123. num. 2. volum.
 7. incip. viso processu causæ. Felin. in c. super his, num. 16.
 de accusationibus. Quod † ad testes attinet super nega-
 tiua deponentes, necesse est vt deponant de negatiua co-
 arctata loco, & tempore, aliàs falsitatis opinionem non
 euitarent, vt tenent Bald. in c. 1. §. si quis per 30. nume. 3. in
 fin. si de feudo conten. sit inter domin. & agnat. Alexand.
 consil. 108. num. 10. volum. 2. incip. in causa & lite inter do-
 minos. Et regulariter † quomodò negatiua probanda sit,
 vide gloss. in d. c. bonæ memoriæ, el. 1. & gloss. in l. Panto-
 nius. §. rei perduellionis, in verbo, potest quærere. ff. de
 acquirend. hzred. Dd. ibid. gloss. in l. 1. §. in verbo, an non
 ff. de itin. actuque priuato. Bald. in d. l. actor. Alexan. con-
 sil. 110. nume. 5. volum. 1. incip. visis acutissimis, & consil.
 24. nume. 3. volum. 2. incip. animaduersis his, & Dd. in lo-
 cis allegatis.

CAP. XIX.

Accusatus super fracta pace, an pen-
 dente iudicio de rebus suis di-
 sponere possit.

S V M M A R I A.

- 1 Accusatus de crimine violata pacis publicæ, an amittat
 rerum suarum liberam administrationem.
- 2 Rem criminis regulariter retinet liberum arbitrium re-
 rum suarum.
- 3 Nemo dicitur talis, nisi per sententiam talis sit decla-
 ratum.

L

Non

Non statim qui accusatur reus est, sed prius convinci debet. ibi.

- 4 In atrocioribus criminibus iura transgredi licet in punitio, non in procedendo.
- 5 Testamentum pendente accusatione super fracta pace factum, valet.
- 6 Instantia & crimina morte extinguuntur.
- 7 Donationes causa mortis in criminalibus post declaratoriam irrita sunt.
Fallit quoad uxorem. ibid.
- 8 Testamentum eius qui capitis condemnatus, sit est irritum etiam ante executionem sententiae.
Fallit in quatuor casibus. ibid.
- 9 Mortem sibi consciscens conscientia criminis, eius testamentum irritum fit.
- 10 Alienationes pendente iudicio conscientia criminis in fraudem legum factae non valent.
- 11 Emptori an precium restituendum sit, si ab eo res empti remocetur.
- 12 Emptori mala fidei precium non restituitur.
- 13 Crimen laesa maiestatis committens, pendente iudicio mittit liberum rerum suarum arbitrium.
- 14 Accusato de crimine laesa maiestatis non recte soluitur.
- 15 Crimen laesa maiestatis quando morte extinguatur.
Casus, quibus committitur crimine laesa Maiestatis, remissionem. ibid.
- 16 Pax publica violari potest absque crimine laesa maiestatis.
- 17 Crimen divina maiestatis committunt heretici.
- 18 Haereticorum bona ipso iure in commissum cadunt a tempore commissi criminis, etiam pendente iudicio.
- 19 Simoniaci proditori Iuda comparantur.

P E N D E N T E t i u d i c i o s u p e r C o n s t i t u t i o n e p a c i s publicæ, accusatus, siue reus conuentus ante sententiam declaratoriam, liberam rerum suarum administrationem retinet: vnde pro arbitrio de rebus suis disponere potest, contrahendo, donando, & alienando, per text. nota. in l. post contractum. ff. de donat. vbi pulchrè Bartol. per tot. quem ad hoc omninò vide, tex. in l. si quis posthac. C. de bon. proscripto. Antho. Gomef. variar. resolut. lib. 3. cap. 14. nu. 4. vbi omninò vide. Regulariter t enim reus criminis de iure communi bonorum administrationem non amittit, eiq; debitor rectè bona fide soluit, text. in l. in fraudem. ff. de iur. ff. & in l. aufertur. §. in reatu. ff. eod. titul. text. in l. res vxoris. C. de donat. inter vir. & vxor. Barto. in d. l. post contractum, num. 1. Et licèt Dd. variè circa hanc administrationem bonorum distinguât, vtrùm videlicet alienatio fiat ante commissum crimen, an verò post, an ante litis contestationem, ante vel post sententiam, de quibus sigillatim Bar. in d. l. post contractum, gloss. not. in d. Auth. res vxoris, in verbo, dissoluitur. Iul. Clar. in pract. crim. §. si. q. 78. num. 16. vers. solet etiam, vbi opiniones refert: tamen quòad Constitutionem pacis publicæ, indistinctè valet alienatio ante sententiam declaratoriam facta, nā Bannum Imperij regulariter requirit sententiam declaratoriam, vt infra lib. 2. cap. 3. notatur, & t nemo dicitur talis, nisi per sententiã talis declaratus sit. Hipp. in §. postquam, nu. 38. & §. diligenter: nu. 171. in pract. crim. Specu. tit. de instru. edit. §. restat, nu. 33. cum seq. non enim sequitur: talis est accusatus vel inquisitus de tali enormi crimine, ergo verè est reus talis criminis, per tex. not. in l. fin. C. de accusat. ibi, non statim reus existimetur, text. in l. furti, in prin. ff. de his qui not. infra. ibi, pendente iudicio, nondum inter famosos habetur, text. in l. 1. & l. nullam. C. ex quib. caus. infra. irrog. sed necesse est vt cõuincatur de crimine, aliàs si accusare sufficeret, quis innocens foret? tex. in c. fin. 15. q. vlt. vbi dicitur, quòd nò statim qui accusatur reus est: sed qui conuincitur criminofus, ad idem est tex. in c. nonne, 8. q. 4. c. eorum, 11. quæst. 3. Non sufficit ergo dicere, nisi illud quod

dicitur probari, glo. in l. 1. §. interdum autem, in verbo,
 esset. ff. si quadrup. paup. feciss. dic. gloss. in l. 1. in verbo,
 aspectu. ff. de fer. & gloss. 1. in l. prator ait, la. 2. ff. vi bono.
 rapt. Hippol. in d. §. diligenter, num. 174. cum sequen. ubi
 dicit, regulam illam, quod ob atrocitatem delicti licitum
 sit iura transgredi, habere locum in puniendo, quando
 constat reum esse verum delinquentem, secus autem in
 procedendo, quia in processu nondum verè scitur, an ac-
 cusatus vel inquisitus sit verus delinquens, nec ne, cuius
 regulæ declarationem vide plenè per eundem in d. §. di-
 ligenter. Præterea dubius est litis euentus, & calculus
 iudicij, text. in Leo tempore, & in l. quod debetur. ff. de
 pecul. & accusatus defensionibus & exceptionibus pro-
 positis, absolutionem ab intentata actione se consecutu-
 rum sperat: sicut quotidie multi in Camera ob defectum
 legitimæ probationis, in causis fractæ pacis absoluuntur,
 vulg. l. qui accusare. C. de edend. aut saltem ob excessum,
 pecuniaria, & sic extraordinaria mitiorique pœna ple-
 ctuntur, vt supra cap. 16. dixi. Prædicta quoad contractus
 inter viuos accipienda sunt, quos accusati pendente iu-
 dicio criminali, probè celebrant, text. in d. l. post contra-
 ctum. Quod verò † ad vltimas voluntates attinet, si accu-
 satus super violata pace, ante sententiæ declarationem mo-
 riatur, testamentum conditum valet. Ratio, quia ante sen-
 tentiam declaratoriam ciuis Romanus decessisse intelli-
 gitur, per text. notab. in l. 1. §. hi quib. ff. de leg. 3. & in l. li-
 ber homo. §. si hæres. ff. de hæred. instit. Deinde regulare
 est, accusatum de crimine, accusatione pendente testari
 posse, text. in l. qui à latronibus. §. si. de testa. Ad hæc notum
 est, † instantiam morte Rei vel accusatoris perire, & cri-
 mina morte extingui, text. in l. defuncto. ff. de pub. iudic.
 text. in l. 1. & in l. fin. C. si reus vel accus. mort. fuer. text. in
 l. crimen. ff. de pœnis, & in l. ex iudiciorum. ff. de accus. vi-
 de infra Obser. seq. Donationes † verò causa mortis post
 declaratoriam sententiam irritas esse certum est, per text.
 in l. si aliquis. ff. de donat. caus. mort. Castr. ibid. num. 1.
 Bar. in d. l. post contractum, nu. 10. quod tamen singulari
 iure nõ obtinet in donatione causa mortis à marito uxori
 facta,

facta, per tex. not. in l. sed si mors. ff. de donz. int. vir. & vx.
 Sed & t̄ testamentū eius, qui capitis damnatus est, statim
 & antequam de eo supplicium sumatur, irritum est, quia
 sententia statim secū executionem trahit, per tex. sing. in
 l. si quis filio exheredato. §. irritū. ff. de iniust. rup. & irri.
 fac. test. glo. ibi. in verb. passus. Fallit in quatuor casibus.
 Primò, si in sententia sit ei factio testamēti referuata. Se-
 cundò, si sententia suspendatur tantisper, donec Princeps
 rescribat, an de eo sumendū sit supplicium. Tertio si sen-
 tentia cōdemnatoria sit suspensa per interpositam appel-
 lationē: Quartò, quando sententia esset nulla, vel ex defe-
 ctu iurisdictionis, vel quia sit lata contra ius expresse, ita
 Cast. in d. §. irritum, & probantur per illū tex. cum tribus
 paragraphis seq. quos omninò in hac materia vide. Si igitur
 cōdemnatus ante rescriptum Principis moriatur, va-
 let eius testamentum, nisi mortem sibi conticiuerit: nam
 eorū qui t̄mori magis, quàm damnari maluerint, ob con-
 scientiam criminis, testaments irrita constitutiones faci-
 unt, licet in ciuitate decedāt. text. in d. l. si quis filio. §. eius
 qui deportatur, & tex. in l. 2. C. qui testa. facer. poss. Præte-
 reā prædicta, quòd videlicet accusatus t̄ super fracta pa-
 ce, iudicio pendente, rerum suarum liberam administra-
 tionem contrahendo et testando habeat, non procedunt,
 si lite cœpta, accusatus non quidem mortem sibi met con-
 sciscat, sed tamen conscientia perpetrati criminis in frau-
 dem legis & constitutionis bona sua alienet: eo enim ca-
 su post declaratoriam sententiam, fraude detecta, actio-
 ne reuocatoria alienata reuocari possunt, per text. in l. si.
 §. ex bonis. ff. de bon. damnat. text. in d. l. in fraudem. ff. de
 iur. fisc. & in d. l. auferitur. §. in reatu. ff. eod. tit. Bar. ad d. l.
 post contractum, vbi docet quomodo fraudis præsum-
 ptio probetur, ad idem facit Ordinat. par. 2. tit. 11. & con-
 cordant Constitutiones Imperij VVormaciæ Anno 21.
 & Augustæ anno 48. promulgatæ, Rubrica von Aichtern
 die ihr gut geserlich verwenden / vnuud in schirm geben.
 Sed an eo casu t̄ preciiū emptori restituendum sit? Refert
 an bonæ fidei emptor, an verò fraudis particeps fuerit.

- dicitur probetur, glo. in l. 1. §. interdum autem, in verbo, etiam si quadrup. paup. feciff. dic. gloss. in l. a. in verbo, a. per. d. c. 1. fer. & gloss. in l. prator aic. la. 1. ff. vi bono. rap. Hippolan d. §. diligenter, num. 174. cum sequen. ubi dicitur regulam illam, quod ob atrocitatem delicti licentia fit iura transgredi, habere locum in puniendo, quando constat reum esse verum delinquentem, secus autem procedendo, quia in processu nondum verè scitur, an accusatus vel inquisitus sit verus delinquens, nec ne, eius regulæ declarationem vide plenè per eundem in d. §. diligenter. Præterea dubius est litis euentus, & calculus iudicij, text. in Leo tempore, & in l. quod debetur. ff. de pecul. & accusatus defensionibus & exceptionibus prepositis, abolutionem ab intentata actione se consecutum sperat: sicut quotidie multi in Camera ob defectum legitimæ probationis, in causis fractæ pacis absoluntur, vulg. l. qui accusare. C. de edend. aut saltem ob excusum, pecuniaria, & sic extraordinaria mitiorique pena contentuntur, ut supra cap. 16. dixi. Prædicta quoad contractum inter viuos accipienda sunt, quos accusati pendente iudicio criminali, probè celebrant, text. in d. l. post contractum. Quod vero si ad ultimas voluntates attinet, si accusatus super violata pace, ante sententiæ declarationem moriatur, testamentum conditum valet. Ratio, quia ante sententiam declaratoriam civis Romanus decessisse intelligitur, per text. notab. in l. 1. §. hi quib. ff. de leg. 3. & in l. liber homo. §. si hæres. ff. de hæred. instit. Deinde regulæ est, accusatum de crimine, accusatione pendente testari posse, text. in l. qui à latronibus. §. si. de testa. Ad hæc notandum est, si instantiam morte Rei vel accusatoris perire, & crimina morte extinguere, text. in l. defuncto. ff. de pub. iudic. text. in l. 1. & in l. fin. C. si reus vel
- l. crimen. ff. de penis, & in l. de infra Obier. seq. Donat. declaratoriam sententiæ in l. si aliquis. ff. de de. Bar. in d. l. post contractum. iure nõ ob.

facta, per tex. not. in l. sed si mors. ff. de dona. int. vir. & vx.
 Sed & testamentum eius, qui capitis damnatus est, statim
 & antequam de eo supplicium sumatur, irritum est, quia
 sententia statim secum executionem trahit, per tex. sing. in
 l. si quis filio exheredato. §. irritum. ff. de iniust. rup. & irri.
 fac. test. glo. ibi. in verb. patius. Fallit in quatuor casibus.
 Primo, si in sententia sit ei factio testamenti reservata. Se-
 cundo, si sententia suspendatur tantisper, donec Princeps
 rescribat, an de eo sumendum sit supplicium. Tercio si sen-
 tentia cõdemnatoria sit suspensa per interpositam appel-
 latione: Quarto, quando sententia esset nulla, vel ex defe-
 ctu iurisdictionis, vel quia sit lata contra ius expresse, ita
 Cast. in d. §. irritum, & probantur per illud tex. cum tribus
 paragraphis seq. quos omnino in hac materia vide. Si igitur
 cõdemnatus ante rescriptum Principis moriatur, va-
 let eius testamentum, nisi mortem sibi concuerit: nam
 eorum qui timori magis, quam damni maluerint, ob con-
 scientiam criminis, testamenta irrita constitutiones faci-
 unt, licet in civitate decedat. tex. in d. l. si quis filio. §. eius
 qui deportatur, & tex. in l. 2. C. qui testa. facer. poss. Præte-
 rea prædicta, quod videlicet accusatus t̄ super fracta pa-
 te, iudicio pendente, rerum suarum liberam administra-
 tionem contrahendo et testando habeat, non procedunt,
 si lite cepta, accusatus non quidem mortem sibi met con-
 sciscat, sed tamen conscientia perpetrati criminis in frau-
 dem legis & constitutionis bona sua alienet: eo enim ca-
 su post declaratoriam sententiam, fraude detecta, actio-
 ne reuocatoria alienata reuocari possunt, per tex. in l. si
 §. ex bonis. ff. de bon. damnat. text. in d. l. in fraudem. ff. de
 iur. sic. & in d. l. auferretur. §. in reuoc. ff. eod. tit. Bar. ad d. l.
 post contractum, ubi docet quod si quis in iudicis præsum-
 ptione & con-
 31.
 herna
 ben.

dicitur probetur, glo. in l. 1. §. interdum autem, in verbo,
 ellet. ff. si quadrup. paup. feciss. dic. gloss. in l. 2. in verbo,
 aspectu. ff. de fer. & gloss. 1. in l. prætor ait, la. 2. ff. vi bono.
 rapt. Hippol. in d. §. diligenter, num. 174. cum sequen. vbi
 4 dicit, regulam illam, quòd ob atrocitatem delicti licitum
 sit iura transgredi, habere locum in puniendo, quandò
 constat reum esse verum delinquentem, secùs autem in
 procedendo, quia in processu nondum verè scitur, an ac-
 cusatus vel inquisitus sit verus delinquens, nec ne, cuius
 regulæ declarationem vide plenè per eundem in d. §. di-
 ligenter. Præterea dubius est litis euentus, & calculus
 iudicij, text. in l. eo tempore, & in l. quod debetur. ff. de
 pecul. & accusatus defensionibus & exceptionibus pro-
 positis, absolutionem ab intentata actione se consecutu-
 rum sperat: sicut quotidie multi in Camera ob defectum
 legitimæ probationis, in causis fractæ pacis absoluuntur,
 vulg. l. qui accusare. C. de edend. aut saltem ob excessum,
 pecuniaria, & sic extraordinaria mitiorique pœna ple-
 ctuntur, vt suprâ cap. 16. dixi. Prædicta quòd contractus
 inter viuos accipienda sunt, quos accusari pendente iu-
 dicio criminali, probè celebrant, text. in d. l. post contra-
 ctum. Quod verò t ad vltimas voluntates attinet, si accu-
 5 satus super violata pace, ante sententiæ declarationem mo-
 riatur, testamentum conditum valet. Ratio, quia ante sen-
 tentiam declaratoriam ciuis Romanus decessisse intelli-
 gitur, per text. notab. in l. 1. §. hi quib. ff. de leg. 3. & in l. li-
 ber homo. §. si hæres. ff. de hæred. instit. Deinde regulare
 est, accusatum de crimine, accusatione pendente testari
 posse, tex. in l. qui à latronibus. §. si. de testa. Ad hæc notum
 6 est, t instantiam morte Rei vel accusatoris perire, & cri-
 mina morte extinguui, text. in l. defuncto. ff. de pub. iudic.
 text. in l. 1. & in l. fin. C. si reus vel accus. mort. fuer. tex. in
 l. crimen. ff. de pœnis, & in l. ex iudiciorum. ff. de accus. vi-
 7 de infrâ Obler. seq. Donationes t verò causâ mortis post
 declaratoriam sententiam irritas esse certum est, per tex.
 in l. si aliquis. ff. de donat. caus. mort. Castr. ibid. nume. 1.
 Bar. in d. l. post contractum, nu. 10. quod tamen singulari
 iure nõ obtinet in donatione causâ mortis à marito uxori
 facta,

facta, per tex. not. in l. sed si mors. ff. de dona. int. vir. & vx.
 Sed & † testamentū eius, qui capitis damnatus est, statim
 & antequam de eo supplicium sumatur, irritum est, quia
 sententia statim secū executionem trahit, per tex. sing. in
 l. si quis filio exheredato. §. irritū. ff. de iniust. rup. & irri.
 fac. test. glo. ibi. in verb. passus. Fallit in quatuor casibus.
 Primò, si in sententia sit ei factio testamēti referuata. Se-
 cundò, si sententia suspendatur tantisper, donec Princeps
 rescribat, an de eo sumendū sit supplicium. Tertiò si sen-
 tentia cōdemnatoria sit suspensa per interpositam appel-
 lationē: Quartò, quando sententia esset nulla, vel ex defe-
 ctu iurisdictionis, vel quia sit lata contra ius expressē, ita
 Cast. in d. §. irritum, & probantur per illū tex. cum tribus
 paragraphis seq. quos omninò in hac materia vide. Si igitur
 cōdemnatus ante rescriptum Principis moriatur, va-
 let eius testamentum, nisi mortem sibi conciuerit: nam
 eorū qui timori magis, quàm damnari maluerint, ob con-
 scientiam criminis, testaments irrita constitutiones faci-
 unt, licet in ciuitate decedāt. text. in d. l. si quis filio. §. eius
 qui deportatur, & tex. in l. 2. C. qui testa. facer. poss. Præte-
Orbe suo, tellusq, tibi, pontusq, negetur.*

- 19 An & quòd † Banniti nostri temporis æquiparentur deportatis, vel relegatis, vide plenè per Barto. quæstio. 1. incip. Lucanæ ciuitatis statuto, num. 2. & nu. 9. Bald. præclare in d. l. 1. num. 4. C. de hæred. instit. Barto. in d. l. amissione. §. qui deficiunt, nume. 2. ff. de cap. diminut. Ias. in §. superest,

superest, num. 36. In situ. de actio. Nellus loco citato q. 4. per totam. Sed vt ad t Constitutionem Imperij de pace publica veniamus, scire oportet, eum qui armatis hominibus pacem publicam violat, in Bannum Imperij incidere. Est autem Bannum Imperij iudicialis censura, qua violatoribus pacis publicæ aqua & igni interdicitur, ita vt à nemine in clientelam, fidem, aut amicitiam recipi, ab omnibus verò impunè tam in persona quàm rebus offendi possint, dico, iudicialis censura, quia ad hoc vt quis Bannitus dicatur, requiritur sententia declaratoria, vt in frà eod. cap. 3. plenè notatur, aqua & igni interdicitur, quia detestabiles, & eorum capita sacra fiunt, vt in frà clariùs explicabitur: à nemine recipi possunt, quia eadem pœna in receptatores constituta est, vt dixi in frà eo. cap. 10. in persona & rebus offendi possunt, quia à fide & tuitione sacri Imperij excluduntur, & in discrimine vitæ fortunarumque constituuntur, vti ex formula sententiæ declaratoriæ in frà eod. cap. 6. constat. Ad eum igitur modum in Bannum Imperij denunciari & declarari ciues Romani esse desinunt, & communes omnium hostes efficiuntur, quod Germanica dictio *Echter/satis* arguit, quàm à Græco verbo *ἔχθρῆς*, id est, hostis, inimicus, nonnulli deriuatam existimant, facit text. in d. l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de cap. dimi. & in l. fin. ff. de re mili. Bart. in d. q. Lucanæ ciuitatis. Zas. in l. omnes populi, nume. 16. ff. de iust. & iur. Scire autem oportet duo genera esse hostium, quidam sunt hostes mero iure belli, de quibus Vlpia. in l. hostes. ff. de cap. & postlim. reuer. vbi plenè Bart. & in l. hostes. ff. de verbor. signific. vbi dicitur, quòd hostes sint, quibus bellum publicè populus Roman. decreuit, vel ipsi populo Roma. de quibus etiam Cicer. libr. 1. Offic. Alij verò sunt hostes propter delictum, rebellionem, contumaciam, qui decreto Senatus Romani iudicantur hostes, vt olim Catilina & Iulius Cæsar: hodie illi qui ab Imperatore, vel Camera Imperiali in Bannum declarantur, quorum capita decreto Imperij Romani ex delicto seu contumacia sacra fiunt, de quibus hinc potissimum agitur, qui impiorum & sceleratorum numero habent.

- 23 habentur, quibus Ius non redditur, neque honos vllus communicatur, vt supra ex Iulio Cæsare dictum est, quorum obligationes, contractus, pacta, iuramenta, & actiones ipso iure irrita & nulla sunt, sicut infra eod. cap. 12. prolixius dicitur, & ex ipsis Constitutionibus pacis pub. Diuorum Imp. Maximiliani I. Caroli V. & Ordin. Camera Imperialis, nec non apud Zas. in tract. de Iudæis, quæstio. 3. & in apologia contra Eckium, item apud Nellum in trac. de Bannitis amplius videre est: mei enim instituti non est, singula ista accuratè prosequi, sed tantum quid in Imperio & Camera Imperiali vsu forensi obseruetur. Ex istis perspicuum est, Bannitos † nostri temporis, ex Constitutione pacis publicæ non solum deportatis, quibus aqua & igni interdicitur, per iura supra allegata, recte comparari posse, sed etiam eos deteriore loco esse, maximamq; capitis diminutionem pati, cum non solum ciuitatem † Romanam (quæ est communis patria totius orbis, text. in l. Roma. ff. ad municip.) vt deportati, text. in §. 1. Instit. de cap. dimi. cum concordantibus, sed etiam omnia humanitatis iura, officiorumque vicissitudines, & commercia amittant, sint extra protectionem, clientelam & fidem Imperij, & pro hostibus, transfugis, & rebellibus habeantur, quos nemo, vrbe, domo, hospitio, mensivæ recipere potest, quibus tellus pontusq; negatur, facit text. in l. 2. ff. de pœnis, & in l. si. ff. eo. titu.
- 24
- 25
- 26 Solut etiam Banniti suis comparari, qui censuram ecclesiasticam patiuntur, quos excommunicatos, quasi extra communionem positos, vocamus: hi enim apud Hebræos apodynagogi dicebantur, quasi synagoga exacti, & extorres, vt refert Budæus in d. l. 2. ff. de pœnis, & dicebantur sacri homines quasi execrandi & detestandi. Quemadmodum enim excommunicati, membra Ecclesiæ esse desinunt, text. in c. decernimus, de sent. excomm. lib. 6. & prolixè in q. 3. per totam, & pro mortuis habentur, text. in c. venerabilem, §. medium inter, qui filij sint legiti. & in c. nihil, in q. 3. & in c. corripiantur, 24. q. 3. sic Banniti membra non sunt Imperij, sed pro mortuis reputantur, text. in d. l. actione. §. publicatione. Bald. singulariter in d. l. 1. num. 4.

num. 4. & nu. 12. C. de hered. instit. Alberic. ibid. Felin. ad
 rubr. de senten. & re iud. num. 15. in fin. [Lucas de Penna
 in l. cum allegatis, versicu. præterea infidelis. C. de re mi-
 lita. libr. 12.] item cum excommunicatis nulla debet esse
 conuersatio, nullum hospitalitatis & beneuolentiæ offi-
 cium, d. n. quest. 3. per discursum. idem in Bannitis re-
 ceptum, vt paulò ante dictum est. Et sicut excommuni-
 catus, expiato crimine, vel purgata inobedientia, eccle-
 sia restituitur, text. in c. Canonica. n. q. 3. ita quoque Ban-
 nitus Cæsari, Imperio, & parti lætæ reconciliatus, omnia
 iura quæ illa recuperat, per ea quæ inf. eod. cap. 19. dicen-
 tur, facit text. in l. 1. & in l. fina. C. de sent. pass. & in l. 1. §.
 fin. ff. de bonor. poss. contr. tab. Et in multis alijs æquipa-
 rantur, de quib. d. n. questio. 3. vbi omnino vide. pulchrè
 Tiraquel. de retract. §. 1. gloss. 9. num. 271. cum sequen. vbi
 docet excommunicationē ab antiquorum & Græcorum,
 & aliorum ritibus, legibusque ortum habuisse, ad quod
 dicat auctoritatem Iulij Cæsaris loco supra allegato,
 Platonis & Titi Liuij, quorum verba scripsi infra eod.
 ad cap. 10. in princip. Apud Athenienses enim antiqui-
 tatis erant publicæ quædam detestationes, veluti in eos
 qui viam non monstrarent erranti, vt scribit Cicero libr.
 3. Officiorum, in quarum locum Christianis successisse
 hanc nostram excommunicationem tradit Eras. in Chi-
 liadibus, in prouerbio, Deuotionis templum. vide pro-
 lixius Tiraquel. loco citato. Illud porro pro coronidè
 obseruandum, Banni t Imperialis pœnam neminest
 præter solum Cæsarem vel Cameram Imperialem irro-
 gare posse. Inferiores enim à summo Principe, cæterique
 magistratus, non Banno, sed relegationibus, alijsq; pœ-
 nis iuris communis vtuntur, vt dixi supra libr. 1. cap. 6.
 & cap. 11. Neque hoc hic prætermittendum, quod t
 iudicium Cameræ Imperialis à Diuo Maximiliano I. tunc
 temporis Rege Romanorum, anno salutis 1495. vltima
 Octobris Francofordiæ, communi Statuum consensu
 institutum, & 3. Nouembr. eiusdem anni ibidem pri-
 mæ publicæ audientia, siue iudicium, aut consistorium
 publicum habitum est. Præterea t quod 16. Februarij,
 anno

27

28

2

anno

anno 1496. omnium prima sententia Banni Imperialis pronunciata sit, servata ferè forma pronuncianti, & denunciandi, quam infra eod. cap. 6. posui.

CAP. II.

Obligatio debitoris sub poena Banni
an valeat.

S V M M A R I A.

- 1 *Necessitas durum telum.*
- 2 *Paupertatis opprobrium magnum est.*
- 3 *Necessitas non habet legem.*
- 4 *Necessitas Dea appellata, mater Paucarum.*
Pactum debitoris sub poena Banni vel carceris an valeat. ibid.
- 5 *Obstagia an valeant.*
Obligatio debitoris ad poenam excommunicationis valet iure Canonico. ibid.
- 6 *Obstagiorum vsus in Germania frequens est.*
Sed hodie Constitutione Imperij cessant obstagia. ibid.
- 7 *Homo liber an alterius servus fieri possit.*
- 8 *Carcerare aliquem pro debito an licitum sit.*
- 9 *Arrestationes personarum an valeant.*
- 10 *Obsides pro servandis inducijs dari possunt.*
- 11 *Obsides non mutant statum, neque amittunt libertatem.*
- 12 *Priuari obsides dare & accipere possunt.*
- 13 *Debitor ad poenam Banni se obligare nequit.*
- 14 *Nemo est dominus membrorum suorum.*
- 15 *Tortura an quis se vltro subijcere possit.*
- 16 *Tortura veri imperij est.*
- 17 *Volens nemo percusi debet.*
- 18 *Liber homo vendi non potest.*
- 19 *Cicatricum & deformitatis ratio in actione legis Aquilia non habetur.*

- 20 Domiciliū perpetui obligatio non valet.
- 21 Pactum creditoris quodd ob moram soluendi carcerari possit an valeat.
- 22 Carcer est species seruitutis, & mala habitatio.
- 23 Renunciatio beneficij cessionis etiam iurata, non valet. Saxonico iure debitor obaratus fit seruus creditoris. *ibid.* Antiquitatis rigor contra debitores obaratos. *ibid.* Debitor se ad operas diurnas obligare potest. *ibid.*
- 24 Citatio sub pœna Banni ex partium conuentione in Camera non decernitur.
- 25 Valet pactum quodd debitor immediatè in Camera conueniri possit.
- 26 Executoriales in Camera ex partium conuentione, sine processu concedi possunt.
- 27 Arbitrarius partium consensu certam sententiam proferre non potest.
- 28 Mandatum executoriale sub pœna Banni, quando in Camera ex pacto decerni queat.
- 29 Contumacia crescente, pœna crescere debet.

MAGNAM † sicut necessitatis vim esse nemo dubitat: vnde in prouerbiū abiit, Necessitatem esse ingens telum, quod eleganter exprimit Horat. lib. 1. Carm. Oda 35.

*Te semper anteis saua necessitas,
Clauos trabales, & cuneos manus
Gessans athena, nec seuerus
Vncus abest, liquidumq; plumbum.*

Idem lib. 3. Carmin. Oda 24.

*Magnum † pauperies opprobrium, iubet
Quiduis & facere, & pati,
Virtutiq; viam deserit ardua.*

Valer. lib. 7. cap. 6. leges abominandæ necessitatis amarissimas esse dicit. Et Martialis lib. 11. Epigram. inquit:

O quantum cogit egestas.

Hinc in iure dicimus necessitatem † non habere legem,
N est,

1. *tex. in c. sicut, de consecrat. distinct. 1. & in c. quod non est, de reg. iu. glo. in l. 1. in verb. expedire. ff. de off. consul. tex. in litem quauis. ff. communi diuid. glo. ibid. in vet. b. necessitatem. late Tiraq. in trac. de poenis, causa 33. per totam, vbi multa de necessitate & paupertate, quæ est species necessitatis. Plato lib. 10. de republica t̄ necessitatem Deam facit, matrem Parcarum: quæ & ipse ineluctabiles & inexorabiles vocantur, refert Tiraq. loco citato, sed Cicero de natura Deorum purat Parcas fuisse filias Erebi & Noctis. Sæpè igitur debitores duro necessitatis telo acti, ad solutionem creditæ pecuniæ, sub pœna carceris, vel Banni Imperialis se obligat, putà si iuxta conventionis placita pacta nō seruent, aut solutionem congruo loco, & tempore debito nō faciant, quod in Camera Imperiali, omisso medio, directè & principaliter sub pœna Banni conueniri, aut Iudex Camerae, nullo iuris ordine seruato, ab executione incipere, & ilicò eos, tãquàm confessos, legitime conuictos & condénatos, in Bannum Imperiale declinare & denunciare possit. Quæritur, an huiusmodi pacta & cōuentiones valeant? Iure Canonico [valet obligatio debitoris ad pœnam excommunicationis nisi in præfixo termino satisfaciatur, per not. Panor. in c. P. & G. nu. 6. cum seq. de offi. & potest. iudic. deleg. quem ad hoc omninò vide, an elapso termino, præcedere debeat monitio. Eodem iure Canonico] obstagia, vt vocant, siue obligationes personarum ad certum locum, in causa ciuili valent: adeoq; in Camera multis præiudicijs huiusmodi obstagia confirmata sunt, per tex. in c. ex rescripto, de iure iur. glo. ibid. in verb. obsides, & cōmuniter Canonist. Bald. in Margarita, in verb. homo liber. Idem in l. obs, nu. 1. in fi. C. de act. & oblig. Guid. decis. 61. nu. 2. glo. in c. 2. in verb. lex, extra de pignori. Felin. pulchrè in d. c. ex rescripto, num. 6. vbi omninò vide, vulgariter. **Die laistung/ oder laistmanung.** Horum t̄ obstagiorum vsus in Germania inter Nobiles non est infrequens, nam si in causa ciuili, putà mutui, vel alterius contractus pacta conuenta sub obligatione obstagij nō seruatur, debitores, vel eorum fideiussores, werden in die laistung gefodert/ hoc est,*

inter-

interpellantur literis creditorum, vt se iuxta obligationis formulam loco & tempore conuento sistant, non recessuri, donec promissis satisfaciant: non sistentes se, famosis picturis publicè vbique affixis, mirabiliter traducunt. Et huiusmodi obstagia etiã ex Cõstitutionibus Imperij tolerantur: prouè, videre est in Ordinatione Politica de anno 48. sub tit. von wñcherlischen contracten/ §. si. quod tamen propter abusum, & scandala publica, nouissima Imperij lege de anno 77. sub titu. 17. immutatum est, vt Obseruat. libr. 2. Obseruat. 45. plenius dixi. Prædictis non aduersatur, quòd t̄ homo liber alterius seruus fieri, ac proindè capi, aut pignori obligari non possit, text. in dicta l. ob. as, & l. qui filios. C. quæ res pignor. obligari non poss. quia eatenus liberi hominis obligatio non ualeat, vt ius in eo constituaturn tanquàm in pignore, detineri tamen poterit, vt fiat quod pacto conuentum est, text. gloss. & Felin. in d. c. ex rescripto, nume. 7. Za. singular. respons. lib. 2. cap. 8. ubi asserit pacta ualere, vt t̄ debitor post moram carcerari possit: quia, inquit, carcerari aliquem pro debito per magistratum, non est actus illicitus, sed à iure permissus, text. in l. 1. in fin. ibi, ne iudicati trahantur in carcerem. C. qui bon. ced. poss. & in l. nemo carcerem. C. de exacto. tribut. lib. 10. ubi debitor contumax carcerari potest. Si igitur est actus licitus, ergò in pactum venire potest: & pacta seruabo, inquit prætor, text. in l. iurifgentium. §. prætor ait. ff. de pact. Hinc uidemus quotidie debitores morosos carceribus mancipari, donec soluant, vel idoneè de futura solutione caueant. Sic etiam t̄ arrestationes personarum, siue manuum iniectiones, aut prehensiones, vbique in Germania ex causa ciuili ualent: idque non priuata, sed publica, hoc est, magistratus autoritate. Sali. in l. 1. C. qui bonis ced. poss. nu. 4. uide Pyrrhum ad consuetud. Aurelia. rub. de execut. instr. cap. 12. & titu. de execut. ex locato, cap. 7. Et Bald. ad Rubric. C. de reuoc. ijs quæ in fraud. cred. num. 5. Et t̄ obsides pro pace publica, vel seruandis inducijs dari possunt, de quibus uide Dd. in l. obsides. ff. de testamen. Bald. in l. 2. nu. 9. C. de patrib. qui filios suos

- distraher. & in d.l. ob r̄s. Panor. singulariter in d.c. ex rescripto, nu. 7. vbi bona apostilla. Ratio, quia obsides t̄ non mutant statum, neq; libertatem amittunt, sed solummodo se sistunt certo loco, vt pacta conuenta seruentur, nō vt pignoris ius in ipsorum personis constituatur, quo fit t̄ vt etiā à priuatis huiusmodi obsides dari & accipi possint, absque vlla priuati carceris p̄cenz. Bald. in d.l. 2. C. de patrib. qui filios &c. Felin. in d.c. ex rescripto, nume. 7. cum sequen. cum allegatis ibidem. Imò liber homo ab hostibus redemptus, pignoris vinculo redemptori est obligatus tantisper, donec premium redemptionis soluat, text. in l. qui testamento. §. 1. ff. de testamen. & in l. Senatus. §. fina. ff. de legat. 1. text. in l. 2. & in l. final. C. de capt. & postli. reuer. nec ante potest militare, quā se luat, tex. in l. qui status. ff. de re milit. & in l. si patre. ff. de capt. & postli. reuer. glo. in d.l. senatus. §. 1. in verbo, pignoris. Ex istis concludendum videtur, valere conuentionem debitoris, vt in casu tardatæ solutionis in Bannum Imperij denunciatur. Contrarium tamen in Camera receptum, pacta t̄ videlicet debitorum, quibus se ad p̄enam Banni obligant, non valere, per tex. in d.l. ob r̄s. Bal. ibid. num. 1. text. in l. Titio. §. Titio. 2. ff. de condit. & demonstrat. quia ad p̄enam corporalem, vt est p̄ena Banni (nam damnatum vitæ periculo exponit) nemo se obligare potest, cum nemo t̄ dominus sit membrorum suorum, text. in l. liber homo, la. 1. ff. ad l. Aquil. & liberum corpus æstimationem non recipiat, text. in l. 1. §. sed cum liber. & in l. fin. ff. de ijs qui deiec. vel effud. Felin. in d.c. ex rescripto, vbi communem dicit. Hippol. in l. 1. nume. 2. & in l. lege Cornelia. §. constitutum, nu. 7. ff. ad l. Cornel. de sicar. Idem latè in l. penulti. nume. 4. cum sequen. ff. de quæstionib. vtroque dicit, t̄ neminem iudici dicere posse: Domine torqueatis me, & istum, quem accuso de tali crimine, quia volo pariter me torture subijcere, ob defectum testium: imò iudicem ad torturam procedentem puniri debere, quia talis modus probandi non est iuri consentaneus. Iulius Clarus in practi. crimin. §. fina. quæstio. 63. Vel si quis de crimine aliquo in simulatus

latus sit, & accedens iudicem neget crimen, seque qua-
 sitionibus vltro submittat, quòd tali casu iudex ad tortu-
 ram sine sufficientibus indicijs procedere nõ debeat, per
 rationem d. l. liber homo. & quia potestas t̄ torquendi 16
 est meri Imperij, text. in l. defensores. C. de defens. ciui-
 tat. & Dd. in l. Imperium. ff. de iurisdic. omni. iudic. quæ
 pactis priuatorum concedi non potest, text. in l. priuato-
 rum. C. eo. tit. Hippo. in d. l. penult. nu. 6. Sed nec t̄ alteri 17
 quis committere potest, vt se impunè percutiat, contra
 regulam, quòd volenti non fiat iniuria, text. in c. scienti,
 de reg. iur. in 6. & in l. cum donationis. C. de transac. quia
 quò ad propria membra, vel in corpore suo nullum ha-
 bet velle aut dominationem, iuribus allegatis. Hipp. vbi
 suprà, & text. in l. 1. §. vsque ad eò. ff. de iniurijs. Barto. ibid.
 num. 2. cum sequen. & in l. interdum. §. qui furem, num.
 2. ff. de furt. licet gloss. ibid. in verbo, damnato, aliter sen-
 tiat. Hinc est quòd t̄ liber homo vendi non possit, text. in 18
 l. liberi. ff. de contrahend. empr. & in l. liber homo. ff. de
 acquiren. rer. domin. nec in stipulationem deduci, text.
 in l. liber homo. ff. de verbor. obligatio. Similiter quòd
 in vtili t̄ actione legis Aquiliz non habeatur ratio de- 19
 formitatis cicatricum, sed tantum operarum, quibus quis
 caruit, aut cariturus est, ob id quòd inutilis factus est,
 text. in c. 1. de iniur. & in d. l. liber homo, & in d. l. fina. ff.
 de ijs qui deiec. text. not. in l. ex hac lege. ff. si quad. pau-
 per. fecif. dic. Sic aliquandò nobili militi, vtroque oculo
 ex vulnere insidiosè orbato, in Camera multa millia
 pro militaribus, quibus postea cariturus erat, adiudi-
 cata sunt, per textum in d. c. & in d. l. ex hac lege, pulchrè
 Couar. varia. resolu. lib. 2. cap. 10. nu. 7. vbi omninò vide. 20
 Item t̄ obligatio perpetui domicilij, tanquam libertatis
 inimica, & speciem seruitutis continens, iure reprobata
 est, veluti si quis astringat se ad domicilium vnius ciui-
 tatis, per text. in d. l. Titio, & l. cum antiquitas. C. de vsu-
 fruct. Roma. sing. 635. incip. An si quis, cum apostil. ibid.
 Fallit fauore Ecclesiz, nam valet pactum, quo quis se ad
 perpetuum seruitium Ecclesiz, vel pij loci obligat, cum
 Deo seruire non sit seruitus, sed potius libertas. Roman.

- 21 d. singul. 639. Præterea ꝑ pactum creditoris, quod ex mora solutionis debitor carceri mancipari possit, non valet, text. in Authen. imò à debitore. C. de actio. & obligaz. Bald. ibid. num. 3. Felin. in d. c. ex rescripto, nu. 13. vbi communem dicit. Francisc. Marc. decis. 396. in princip. part. 1. Angel. in Authen. vt non fiant pignora. & in l. nemo potest. ff. de leg. 1. & in l. si vnus. §. pacta quæ turpē. ff. de pac.
- 22 Ratio, quia ꝑ carcer est species seruitutis, & mala habitatio, text. in l. 2. ff. de lib. homi. exhib. text. in l. si hominem, ff. de pos. gloss. ibid. in verbo, extensum. Bartol. in l. frater a fratre, num. 56. ff. de condict. indeb. Bald. in d. l. ob æs, num. 1. Hippo. in pract. crimin. §. attingam, nu. 28. Signorol. de homod. consil. 174. nume. 3. At homo liber ad seruitutem se obligare nequit, text. in d. l. ob æs alienum, quia seruitus morti comparatur, tex. in l. intercedit. ff. de condit. & demonstratio. & in l. quod attinet. ff. de regul. iur. ad eò vt renunciaciones in cõtrarium factæ non subsistant, gloss. singul. in l. pactum inter hæredem, in verbo, cum liceat. ff. de pac. Bald. in Authen. imò à debitore.
- 23 Vnde ꝑ plerique volunt, debitorem beneficio lachrymabili cessionis bonorum renunciare non posse, quia in effectũ obligaret se ad carceres, quod fieri non potest, per iura supra allegata. Ita tenet Rota decis. 2. nume. 2. titul. de arbitris, in antiquis. Guido decis. 211. per totam. Panormita. in d. c. ex rescripto. Angel. in §. fina. nume. 11. Institut. de actionibus. Barto. Alexand. & Doctõ. in l. alia. §. eleganter. ff. solut. matrimo. per illum textum, & in l. fin. C. qui bon. ced. poss. Alexand. consil. 37. num. 7. volum. 2. incip. viso & oportunè discussio, quam opinionem etiam Camera secuta est, licet Felin. in d. c. ex rescripto, & nonnulli alij aliter sentiant: maximè si sit iurata renunciatio cessionis bonorum. Sed supra dixi de consuetudine Germaniæ aliter obseruari, videlicet debitorem obrutum carcerari posse, donec soluat, vel idoneè caueat, maximè si iudicis autoritate quis capiatur, text. in l. 3. §. tutores. ff. de suspect. tutorib. gloss. ibidem in verbo, vinculis. Salicet. in d. l. 1. nume. 4. C. qui bon. ced. poss. Zassus d. cap. 8. singul. respons. libr. 2. alias priuatos carceres habere

bere non licet sub pœna capitis, text. in l. vnica. C. de priuatis carceribus inhibendis. Bald. ibid. num. 1. Iure verò Saxonico debitor obratus, seruus quodammodò Creditoris efficitur, nam per Iudicem in manus Creditoris traditur, qui eum etiam in compedibus, si voluerit, & tantisper detinere potest, donec operis & seruitijs suis, vel alia ratione debitum dissoluat, *bis er die schulde losß arbeits*. Vnde apparet cessionem bonorum eò loci locum non habere. Quæ lex Saxonica si perfidiam debitorum nostri temporis spectes, non caret ratione: & maior apud veteres ex lege 12. tabul. obrati & perfidi debitoris conditio erat, quia ea lege permittebatur non solum corpus debitoris in aeruum ac supplicium dare, sed etiam inter Creditores secare, & illud partiri licitum erat, eà quòd vinculorum pœnam deterrimi homines contemnerent, & tanta immanitate pœnæ fieret, ne vnquam ad eam perueniretur, vti ex ipsa lege 12. tabular. videre est, quam præclare & latè explicat Aulus Gellius noct. Atti. lib. 20. cap. 1. vbi vide. Valet quoque pactum, quo debitor se obligat Creditori ad operas diurnas, donec debitum dissoluat, deductis tamen quotidianis alimentis, text. in l. suo victu. ff. de oper. libert. Bald. in d. l. 1. nume. 7. C. qui bon. ced. poss. Salicet. ibid. num. 8. Sed hæc extra orbitam. Vt autem ad propositum redeam, concludo t̄ pactum solutionis faciendæ certo tempore sub pœna Banni non valere: & ideo creditori ex tali pacto post moram, citationem sub pœna Banni Imperialis, in Camera petenti, nihil decernitur, per rationes supra allegatas, quòd nemo sit dominus membrorum suorum, & quòd obligatio ad pœnam corporalem reprobata sit. Decretum hoc modo concipi solet. *Abgeschlagen/ vnd mag der supplicant seine nothurfft an gepûrenden orten suchen/ hoc est,* petitam citationem denegamus, & supplicantem ad viam ordinariam, putà iudicem competentem, remittimus. Valet t̄ autem pactum vel conuentio debitoris, vt mora soluendi commissa, immediatè, omisso medio iudice, in Camera conueniri possit. Ratio, quia renun-

- ciatio fori regulariter cuilibet permiffa eft, text. in l. fi quis in confcribendo. C. de pact. & in l. i. ff. fi quis in ius vocat. text. in l. fi conuenerit. ff. de iurifdict. om. iud. & in c. fignificãfti, de for. compet. præfertim fi de renunciãtis præiudicio tantum agatur, vt fingulariter notat Bald. in d. l. fi quis in confcribendo. Imò amplius valet pactum, vt poft t moram debitoris Camera Imperialis ab executione, nullo præuio ordinario processu, incipere, & executoriales, petente creditore, sub poena pecuniaria decernere poffet: Ratio, quia pacto iuris ordini renunciari poteft, text. notab. in l. 3. C. de pignora. & hypothec. Zasius d. cap. 8. nu. 3. item valet conuentio & pactum, vt iudex certam proferat fententiam, per text. in d. l. fi conuenerit. Barto. ibid. num. 4. cum fequen. licet fecus fit t in arbitris, nam natura arbitrij non patitur, vt arbiter certam ex voto & conuentione partium fententiam proferat, text. in l. item fi vnus. §. idem Pomponius. ff. de arbit. l. qualem, cod. titu. Et ita ex conuentione partium decreta t sunt mandata executorialia in Camera in caufa Herbrod/ contra Marchionem Brandenburg/ 24. Ianuarij anno 50. & in caufa Egmond/ contra Palatinum, item in caufa Herod/ contra Neteruard/ 13. Octobris, anno 63. Conuentioni quidem poena Banni adiecta erat, fed executoriale mandatum concessum tantum fuit sub poena pecuniaria aliquot marcarum auri, idque in communi et confueta forma: videlicet, mandabatur debitori, vt intra fex feptimanas & tres dies moram folutione debiti purgaret, cum annexa citatione, ad docendum de partitione, vel videndum fe declarari in poenam mandato executoriali infertam, aut allegandum caufas cur hoc fieri non debeat. Cui mandato executoriali fimplici (vt vocant) fi interea temporis non pareatur, aut caufa moræ & dilata folutionis proponatur, creditori contumaciam debitoris accusanti, arctiora mandata executorialia, puta sub poena Banni pro more iudicij Imperialis Cameræ, decernuntur: & debitore in mora obftinatè perfeuerante, fit declaratoria Banni. Crescente t enim

† enim contumacia, poena crescere debet, tex. notab. in c. cordi. §. fin. de appel. in 6. & in c. 2. de testib. cog. text. in l. vnica. §. si. ff. si quis ius dic. non obtemp. & in l. absentem, §. i. ff. de poenis. Et iste est legitimus in Camera procedendi modus super huiusmodi partium cōventionibus, quæ sunt diligenter obseruanda.

CAP. III.

Quòd Bannum sententiam declarato-
riam requirat.

S V M M A R I A.

- 1 *Frangēs pacem publicam, an ipso facto in Bannum Imperij incidat.*
- 2 *Clausula, ipso iure, vel ipso facto, an includat priuationem Rei absque sententia.*
- 3 *Sententia declaratoria requiritur in delictis.*
- 4 *Sententia etiam in notorijs requiritur.*
- 5 *Pœna quando ipso iure irrogetur.*
- 6 *Bartoli distinctio.*
- 7 *Canon lata sententia, quomodo cognoscatur, remissionē.*
- 8 *Bannum Imperij requirit sententiam declaratoriam.*
- 9 *Pœna ipso iure imposta non habet executionem absq; sententia declaratoria.*
Bona hereticorum confiscantur. ibid.
- 10 *Vasallus feloniam committens, possessionem non amittit ante condemnationem.*
- 11 *Vetrigal non soluens, amittit ipso iure bona, sed non possessionem.*
Possessio in acquirendo plus facti, quàm iuris habet. ibidem.
- 12 *Prodigus nemo dicitur ante sententiam declaratoriam.*
- 13 *Notorium quomodo iudici esse debeat.*

- 14 Homicidium notorium non semper punibile.
- 15 Crimen laesæ maiestatis committens, an amittat possessionem absque sententia.
- 16 Rebellio notoria non requirit sententiam declaratoriam.
- 17 In notorio facti permanentis probatio in contrarium non admittitur.
- 18 Constitutiones Imperij in quibus casibus sententiarum declaratoriam non requirant.
- 19 Proditio manifesta non habet opus declaratoria sententia.
- 20 Famosi latrones, & in stragransi crimine capti, appellare non possunt.
Appellatio in notorijs non admittitur. *ibid.*
- 21 Ob atrocitatem delicti receditur à regulis iuris communis.
- 22 In notorijs non servare ordinem, est servare ordinem.
- 23 Notorium inducit plenam probationem.
- 24 Bannum in atrocioribus delictis irrogatur sine sententia declaratoria.
- 25 In notorijs declaratio iudicis, iuris potius executio, quam sententia est.
- 26 Reus in notorio crimine defensionibus renunciare potest.

3 **E**T I T quis ob violatam pacem publicam, ipse decipiat/ hoc est, ipso facto in Bannum Imperiale incidat, ut habetur in Constitutionibus Divorum Imp. Maximilian I. Caroli V. de Anno 1548. tit. 1. & Ordinat. Camerae, tit. 9. §. 2. tamen quoad poenam Banni, puta aquæ ignisque interdictionem, & bonorum amissionem, non dicitur Bannitus ipso facto, sed sententia declaratoria super commisso delicto, cum denunciatione Banni in primis requiritur. Non enim omnis vis publica est fracta pax, ut dixi supra lib. 1. cap. 7. & ideo accusatus

factus ab intentata actione absolui possit, cum nemo habeatur talis, nisi sit talis pronuntiatus, per allegata supra lib. 1. cap. 19. nume. 3. vbi omnino vide. Præterea, licet t
 verba Legis, vel Constitutionis, ipso iure, vel statim, aut
 mox, aut omnibus modis, quod in idem recidit, denotent Canonem late sententiæ, hoc est, includant priuationem rei absque alia sententia, ita vt non sit opus longo sufflamine litis, aut tela iudiciaria, vel longa procedendi ambagine, per tex. in c. fin. de præscrip. in 6. Philip. Franc. ibid. num. 1. tex. in c. 1. de rescrip. eod. lib. iuncta glo. ibid. in verbo, iure, tex. in c. pro humani, de homicid. libr. 6. & in Clemen. 1. de vita & honest. cleric. gloss. ibid. in verbo, eo ipso. & gloss. in c. in pœnis, de regul. iur. in 6. gloss. in l. iubemus. 2. §. œconomus, in verb. priuetur. C. de sacrosanct. eccles. Bartol. in l. Mæuius. §. duobus, nume. 24. cum sequen. ff. de lega. 1. Idem in l. 1. nume. 4. ff. de his qui not. infam. & in l. Imperator, nume. 1. ff. de iure fisc. vbi luculenta Apostilla, quam omnino vide. & Philip. Port. lib. 1. communium opinionum, conclus. 2. tex. in c. sciant, de elect. in 6. & in l. commissa. ff. de publica. & vectig. tamen ad hoc, vt t bona alicui auferantur ratione delicti, necessario super commisso crimine sententia declaratoria requiritur, per tex. not. in c. cum secundum, de hæret. lib. 6. tex. in l. eius qui delatorem. ff. de iure fisci, gloss. in d. Clemen. 1. de vita & honest. cleric. præclare Grammat. decis. 15. num. 8. quem omnino vide. Zabarella in Clemen. 1. nume. 7. de pœnis. Philip. Franc. in d. c. fina. Socin. in d. c. Iudæi, num. 1. de Iudæis. Hippol. latissime ad Rub. ff. ad leg. Cornel. de fals. vbi hoc à num. 24. vsque ad nume. 50. multis exemplis declarat, idque t procedit etiam in notorijs, quia in notorijs etiam sententia declaratoria requiritur, Bart. in d. l. Mæuius. §. duobus. & in d. l. Imperator. Hippol. ad d. Rubric. ff. ad leg. Cornel. de fals. num. 38. Item in præct crimin. §. aggredior, nume. 133. Felin. in c. præterea, num. 2. de sponsalibus. Idem plene in c. cum non ab homine, num. 10. de iudic. vbi que distinguunt, quando ipso iure inferatur pœna, & quando per sententiam, concludentes, ipso iure t irrogari pœnam, si lex vtatur verbis
 præce-

præteriti temporis, vtputà priuatus fit: per sententiam verò, si lex concepta sit verbis futuri temporis, vide licet, priuatur, vel amittat: quod tamen non procedit, si lex vel constitutio duplici futuro vtatur, nimirum cassetur, & annulletur, quia tunc etiam pœnam ipso iure inferri volunt, Doct. vbi supr. adde Iaf. in l. 1. nume. 13. C. de iur. emphyteu. vbi in vtramque partem disputat illam quæstionem, an emphyteuta cessans triennio Canonem soluere, cadat ipso iure ab emphyteusi, si Dominus velit, an verò opus sit declaratoria sententia? concludit non opus esse declaratoria sententia, per multas rationes, & multa allegata. Sed † Bartol. in d. l. Imperator, in princip. distinguit, vtrùm circa rem delictum commissum sit contra legis prohibitionem, vt tunc ipso iure dominium applicetur fisco, per tex. in l. 1. §. an bona. ff. de iure fisc. & in d. l. commissa. an verò extra rem, putà, si quis homicidium commiserit, vel aliud delictum perpetraverit: quo casu ad publicationem bonorum sententia declaratoria opus esse, per text. in l. ex iudiciorum. ff. de accusat. & in l. post contractum. ff. de donat. tex. in l. aufertur. §. in reatu. ff. de iure fisci. De † modo cognoscendi Canonem latæ sententia, vide Tyraquell. in l. si vnquam. C. de reuoc. donat. in verbo, reuertatur, num. 205. Panormi. in c. si diligenti, de foro compet. Doct. vbi sup. & Socin. Iunior consil. 68. nume. 38. cum sequen. volum. 3. incip. maximi ponderis. Sed omiſſis Docto. altercationibus, quod ad Constitutionem pacis publicæ attinet, etsi † quis turbando pacem publicam ipso facto in pœnas Banni incidat, vt initio dictum est, tamen quoad pœnam corporalem, & bonorum publicationem, necessariò sententia declaratoria requiritur. Quod etiam perspicuum est ex ipsa Constitutione pacis publicæ Caroli V. tit. 4. ibi, mit vorgehender Citation/ oder fürheißung / also in die gemelte Acht gefallen zu seyn/ declarire vnd erkläre worden/ hoc est, si præuia citatione quis in Bannum declaretur. Concordat Ordinatio Cameræ, par. 2. tit. 9. §. Quapropter primò turbator pacis publicæ citari, & legitimo processu habito, sententia iudi-

iudicis, probato delicto, in Bannū Imperiale declarari &
 denunciari debet, tex. in §. fi. Auth. vt nulli iud. ibi, si con-
 uincantur, aut condēnentur, tex. in l. cū Reis. C. de poen.
 Ita in Camera semper obseruatum: interim pendente iu-
 dicio, accusatus contrahendo & testando liberum rerum
 suarum habet arbitrium, vt supra libr. 1. cap. 19. prolixius
 dictum est, per tex. nota. in d. l. post contractum. ff. de do-
 natio. & in l. si quis posthac. C. de bonis proscript. text. in
 l. in fraudem. ff. de iure fisci. Et Grammar. d. decis. 15. nu. 8.
 dicit, omnia t̄ iura mundi disponentia pro aliquo crimine,
 ipso iure poenam imponi, intelligenda esse, dummo-
 dō secuta fuerit sententia declaratoria, qua declaratur,
 crimen illud commissum fuisse: aliās poenam non posse
 habere executionem, seu effectum suum, per text. in d. c.
 cū secundum, vbi dicitur, quod licet bona hereticorum
 ipso iure in commissum cadant, tamen sententia declara-
 toria precedere debet, d. l. eius qui delatorem, cum simi-
 libus supra allegatis. Hinc est, quod licet t̄ vasallus com-
 missa scelonia, feudum ipso iure, quoad vtile dominiū,
 amittat, tamen ad auferendam possessionem, sententia
 priuationis requiritur, per text. in c. 1. de feud. sine culpa
 non amit. Afflict. ibid. nume. 13. Idem pulchrè in c. sancimus. 2. num. 4. cum sequen. quo tempo. mil. per illum tex.
 Iacob. de S. Georg. de feud. in verb. dictique vasalli pro-
 miserunt, nume. 9. & 11. circa finem. Bald. in c. 1. §. publici
 latrones, num. 3. de pac. tenen. per illum tex. Zas. in tract.
 feud. cap. 10. num. 72. cum sequen. Grammar. prolxè de-
 cis. 105. num. 13. & num. 55. Felin. in c. Rodolphus, nume.
 36. de rescript. Simili modo t̄ non faciens debitam vecti-
 galium professionem, amittit quidem rerum suarum do-
 minium ipso iure, sed quoad auferendam possessionem,
 declaratoria sententia ferri debet, tex. in d. l. commissā. ff.
 de publica. & vectig. & in l. si fratres. §. idem respondit.
 ff. pro socio, gloss. ibid. in verbo, dominium, vbi plura ex-
 empla ponuntur. Bertach. in tract. de gabellis, in 9. parte
 princip. num. 3. in fin. Ratio est, quia possessio in acquiren-
 do plus habet facti, quàm iuris, text. in l. denique. ff. ex
 quib. caus. maio. tex. in l. 1. & in l. cū heredes. ff. de acqui.
 poss.

- poss. tex. in l. possideri. §. in amittenda. ff. eod. tit. idè sine facto nostro non amittitur, text. in l. id quod nostrum. ff. de regul. iur. Sed facto nostro interueniente faciliùs amittitur, quàm dominium, text. in l. possideri. §. in amittenda, & in l. si id quod. §. fina. & in l. si quis vi. §. differentia. ff. eod. tit. gloss. in d. l. si fratres. §. idem respondit. Sic
- 12 in t̄ prodigo receptum est, vt non dicatur prodigus, licèt reuerà prodigus sit, nisi per sententiam prodigus declaratus sit, tex. in l. is cui bonis. ff. de verb. oblig. Cast. ibid. nu. 4. Zal. nume. 15. communem dicens, & communiter ibid. Doct. idque I. C. non obscure indicat, dum dicit, is cui bonis interdictum est: nam interdictum requirit factum hominis, putà iudicis, & per consequens declaratoria sententia opus est, quia etiam in notorijs, vt sup. dixi, sententia declaratoria requiritur, tex. in l. si. C. de malef. & mathem. Bald. ibid. num. 1. in fin. gloss. in c. euentia, in verbo, non indiget, de accusa. Angel. in l. libertas. §. fin. nu. 3. ff. de statu hom. Hippol. in pract. crimi. §. aggredior, nu. 113. Idem ad d. Rubr. ff. ad leg. Cornel. de fall. num. 38. glo. in c. ad nostram, el. 3. in verbo, obseruandus. Bald. ibid. nu. 4. de iureiur. vbi dicit, in notorijs requiri citationem, & sententiam: vnde infert, causæ cognitione opus esse, ita vt iudici ex actis appareat de notorio, quia sententia non debet ferri de facto, tex. in l. ea quidem. C. de accusa. & in c. cum sit Romana, in fin. de appell. gloss. ibid. in verbo. irrequisitum. Iul. Clar. in pract. crim. §. fina. quæst. 19.
- 13 nu. 3. 4. & 5. vbi communem dicit, quòd de notorio t̄ constare debeat iudici, vt iudici ex actis, & quòd non sufficiat factum esse notorium, nisi etiam qualitates facti sint notoriæ, ita quòd delinquenti nulla possit defensio, vel exculatio competere, veluti in homicidio voluntario animo deliberato, & de industria perpetrato: nam homicidium t̄ potest esse notorium, vt tamen non sit punibile, putà, si factum sit ad defensionem necessariam, text. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. Doct. ibid. proinde homicida in dicta causa condemnari non debet, sed tunc demùm, si deficiat in probatione allegatæ qualitatis necessariæ defensionis, text. notab. in l. vnus. §. cogniturum. ff. de quæstio.

ficio. & in c. qualiter & quando, el. 2. §. debet igitur, de ac-
 cufacio. vnde perfpicuum eft, citatione & fententia etiam
 in notorijs opus eſſe. Doct. vbi ſuprà. Prædicta, quòd ni-
 mirum in f. delictis etiam notorijs, ſententia declarato-
 ria requiratur, vſque aded vera ſunt, vt ſecundum magis
 communem opinionem procedant etiam in crimine læ-
 læ maieltatis. Nam eſi in eo crimine, propter eius atro-
 citatem, ipſo iure dominium rerum amittatur, text. in l.
 quiſquis. C. ad leg. Iul. maielt. tamen quòd auferendam
 poſſeſſionem, neceſſe eſt ſententiam declaratoriam inter-
 uenire: imò ex multorum ſententia, ne dominium qui-
 dem ipſo iure amittitur, ſed tantum adminiſtratio bono-
 rum, vt dixi ſuprà lib. 1. cap. 19. per text. expreſſum in l.
 queſtum. l. ff. qui & à quib. manu. vbi Paulus l. C. inquit:
 Quæſtum eſt, an is, qui maieltatis crimine Reus factus
 fit, manu mittere poſſit, quoniam ante damnationem do-
 minus eſt. Vnde perfpicuum, dominium ipſo iure in cri-
 mine lælæ maieltatis non committi, facit tex. in l. penult.
 & in l. final. C. ad leg. Iul. maielt. d. l. poſt contractum. &
 d. l. aufertur. §. in reatu. ff. de iure ſic. Et ita tenet Bart. in
 d. l. Imperator. & in d. l. commiſſa. Hiero. Gigas in tract.
 de crim. lælæ maielt. lib. 2. Rubr. de pœnis committentiũ
 crimen lælæ maieltatis, queſt. 25. vbi in vtramq; partem
 plurimas authoritates allegat, & cum Bart. concludit, v-
 bi omninò vide. & in tract. de crim. lælæ maieltatis incer-
 to authore, queſt. 1. qui inter tractatus criminales reperit-
 tur. Prædicta tamen non obtinent in crimine notoriæ re-
 bellionis actu permanentis, quod ita publicè committit-
 tur, vt celari nequeat: veluti ſi quis, cuiuſcuſque ſtatus,
 vel qualitatis; contra placita pacis publicæ, aduerſus Im-
 peratorem, vel Romanum Imperium armata manu per-
 fidè inſurgat, Statumque Imperij, & pacem publicam;
 collecto milite, malo exemplo ſceleratè perturbet, tex. in
 §. 1. in Extravag. titul. quomò. in lælæ maielt. crimin. pro-
 ced. quo caſu, cum periculum ſit in mora, & notoriũ ien-
 tentiæ comparetur, tex. in c. euidentia, de accuſat. & text.
 in l. emptorem, ff. de actio. empt. & in l. ictus fuſtium. ff.
 de his qui not. infam. tex. in l. ſi verò. §. 1. ff. qui ſatiſd. cog.
 gloſſ.

- gloss. ibid. in verbo, euentissimè, text. not. in l. si quis filio ex hereditate. §. hi autem. ff. de iniust. rup. irri. fac. testamen. & in d. l. ea quidem. C. de accus. gloss. ibid. in verbo, citra solensia, tex. notab. in §. 1. tit. qui sint rebelles. in Extrauag. vox accusatoris, & longa tela iudiciaria non requiritur, sed absque vlla sententia declaratoria, ab executione initium fieri potest, & bona delinquentis fisco addicuntur: quò pertinet, quòd in t̄ notorio facti permanentis, quòd nulla tergiversatione celari nequit, probatio in contrarium non admittatur, tex. in c. euentia. & in c. de manifesta, 2. quest. 1. tex. in d. c. ad nostram, cl. 3. de iureiur. cum iuribus supra allegatis, Deci. pulchrè consil. 544. nume. 6. incip. Serenissimus Imperator. Paris. consil. 1. num. 34. cum sequen. volum. 1. vbi dicit communem & omnium Doct. opinionem esse, in notorio, quòd non potest tergiversari & celari, & super quo apparet nullam competere defensionem, sententiam declaratoriam valere sine citatione. Alexan. in d. l. si verò. §. 1. ff. qui satisd. cog. nume. 5. cum sequen. & Doct. ibid. Afflic. in d. c. 1. §. si quis hominem, in 2. notab. num. 6. de pac. tenen. & eius violat. Felin. in d. c. Rodolphus, nume. 37. Bald. consil. 322. nume. 1. volum. 4. incip. in primis considerandum: idque omnium maximè t̄ locum habet, quādo lex ita expresse scripta est, videlicet, quòd committens notorium crimen rebellionis & læsæ maiestatis, ipso facto & iure, absque vlla declaratione in Bannum incidere debeat, per text. in c. 1. in fin. de homic. lib. 6. Sic ex Constitutione Imperij in Comitij Augustanis, Anno 59. promulgata. §. *Dann dann hinfuro/* in notorijs actu permanentibus delictis, puta, palantium militum, prædonum, & erroneum concursu, nulla sententia declaratoria opus est, sed ipso facto, nunc prout ex tunc, & tunc prout ex nunc in Bannū incidunt, *werden mit der that/ohn einige fernere erklärung/ jeso alsdann/ und dann als jeso/ in die Acht gerhan.* Sic enim verba Constitutionis se habent. Idem constitutum est in Comitij Augustanis, An. 66. §. *Auf den fall dann/*
- 19 contra reprobos monetarios, quòd ipso t̄ facto, nulla præceden-

cedente sententia declaratoria, in Bannum Imperiale incidant. Huc pertinet doctrina Afflicti, in d.c. sancimus, num. 11. cum sequen. quòd dominium & possessio in feodonia notoria actu permanente pariter committatur. Si Rex, inquit, spoliavit vasallum rebellem, & alteri eius bona contulit, vasallus interdicto, Vnde vi, ad restitutionem agere non potest, eò quòd hoc crimen publicæ rebellionis dominium simul cum possessione tollat. Et Grammatic. d. decif. 105. num. 13. & num. 57. cum sequen. concludit in proditore manifesto, nec citatione, nec sententia declaratoria opus esse. Philip. Port. lib. 1. commun. opinio. conclus. 2. Felin. in d.c. cum non ab homine, num. 10. Gigas in tract. crim. læsæ maiest. lib. 3. Rubr. de plurib. & varijs quæstionib. quæst. 13. num. 5. Afflicti, in d.c. 1. §. publici latrones, num. 5. de pace tenen. vbi dicunt, † famulos latrones & captos in flagranti crimine, appellare non posse: & si appelletur, non esse deferendū appellationi, probatur per text. singul. in d.l. si quis filio. §. hi autem omnes, in fin. ff. de iniust. rupt. & irrit. fact. testam. text. in l. 2. C. quor. appell. non recip. ibi, qui manifestam violentiam, & in d.c. cum sit Romana. §. final. de appellat. gloss. ibid. in verbo, manifestus, text. in c. peruenit ad nos, eod. tit. & Extrauag. tit. qui sint rebelles. & in d.l. emptorem, gloss. ibid. in verbo, quia. & gloss. in d.l. si verò. §. 1. in verbo, euentissimè. Ratio: Primò, quòd regulariter in notorijs † non admittatur appellatio: quia appellationis remedium non est ad defensionem iniquitatis, sed ad præsidium innocentie institutum, tex. notab. in c. cum specia-
 li. §. porrò, de appellat. tex. in d.c. peruenit. & in c. consult. eodem tit. & tex. notab. in c. Romana. §. si autem post sententiam, eodem tit. in 6. gloss. ibid. in verbo, notorio. Roman. consil. 324. num. 2. incip. in proposita consultatione. Secundò, quòd propter delicti atrocitatem à regulis iuris communis recedatur, per text. singul. in c. foelicis. §. ceterùm, de pœnis. in 6. & in l. 1. C. de modo multa. tex. in c. 1. de schismatic. in 6. Innoc. in c. 1. nume. 2. de constit. Hippol. in l. 1. nume. 59. ff. de fcar. & in d.l. vnus. §. cogniturum, num. 70. ff. de quæstionibus. Tertiò, quòd in † no-

- torijs solennitas iuris relaxetur, text. in d. c. ad nostram, el. 3. de iureiur. & in d. c. euidencia, cum iuribus sup. allegatis. & non seruare ordinem, sit seruare ordinem, text. not. in c. quæ Lotharius. 2. q. 1. Anchar. consil. 197. nume. 4. incip. subtiliter & ad plenum. Natta consil. 540. nu. 7. vol. 3. incip. ex pluribus. Hippol. in pract. crim. §. secunda, nu. 23.
38. Nam t̄ notorium inducit plenam probationem, estq̄ probatio probata, & in his quæ subijciuntur oculis, nulla obstat exceptio, tex. in d. l. emptorem, Bald. in l. 1. nume. 3. C. de reuoc. his quæ in fraud. credit. Hippol. in d. §. secunda, num. 216. In Imperio t̄ in huiusmodi atrocioribus & manifestis delictis, Banni declaratio, absque vlla tela iudiciaria, fit per Imperatorem, ipsis scœcialibus Bannum publicè, sonantibus tubis, sub dio solenniter denunciantibus, & delicti qualitatem ex breuiculo recitatibus: quo factò, edicta vbique locorum in Imperio affiguntur, ve Bannum omnibus innotescat, & banniti persona à nemine tecto, domòve recipiatur: quæ Cæsaris t̄ declaratio iuris potius executio, quàm sententia est, per notata Innoc. in c. ex parte, el. 1. num. 1. de verbor. signifi. Bald. in l. 1. nume. 9. C. quomod. & quan. iud. Roman. d. consil. 324. num. 3. Hippol. in d. §. secunda, num. 47. & ad d. Rubr. C. de probat. vbique dicunt, in notorio non disputandum, sed disputatum esse, & iudicis pronunciationem in notorijs nō esse propriè sententiam, sed quandam iuris executionem. Roland. consil. 48. num. 5. volum. 1. incip. magnificus. vide amplissimè de materia notorij Hippol. ad d. Rubric. C. de probatio. Felin. in c. si diligenti, nume. 3. de foro compet. vbi dicit, t̄ in notorio crimine Reum defensionibus suis renunciare posse, quod aliàs facere nequit, vt dixi supra libro 1. cap. 18.

CAP. III.

Sententia Banni conditionalis
an valeat.

S Y M M A R I A.

t̄ Banni

- 1 Banni declaratio an possit esse conditionalis.
- 2 Sententia conditionalis in Camera Imperiali non profertur.
- 3 Fallit in causis contributionum Imperij.
- 4 Sententia sub conditione intrinseca lata valet.
- 5 Sententia sub conditione extrinseca lata valet, si ab ea non appelletur.
- 6 Adore intentionem probante, Rem contrarias probationes in remotis se habere, si allegat condemnatur sub conditione.
- 7 Sententia excommunicationis conditionalis valet.
- 8 Similium idem iudicium.
- 9 Sententia Banni ob contumaciam, interlocutoria est.
- 10 Sententia conditionalis suspenditur vsque ad euentum conditionis.
- 11 Conditio sententia inest.
Paria sunt non fieri, vel fieri sub conditione non purificata. ibid.
- 12 Casar sententiam Camera prorogare potest.
- 13 Creditor terminum solutionis prorogare potest.
- 14 Iuramentum à parte remitti potest.
- 15 Tempus appellandi à sententia conditionalis currit à die pronuntiationis.
- 16 Sententia an contractibus vel ultimis voluntatibus comparetur.
- 17 Conditio in testamento adiecto quid operetur.
- 18 Sententia potius contractibus, quam ultima voluntati aequiparatur.
- 19 Sententia stricti iuris est.
- 20 Forma sententia conditionalis cum termino suspensiuo contra Statum Ecclesiasticum.
- 21 Ecclesiastici priuantur ab Imperatore regalibus & priuilegijs, non banniantur.
- 22 Forma sententia suspensiuo contra Statum secularem.

23 *Tempus iudicari prorogare, aut abbreviare iudex potest.*

24 *Tempus quadrimestre in criminalibus non datur.*

- 1 **Q**VAERITUR, verumt Banni sententia sub conditione, vel cum termino dilatorio, siue suspensivo, ut vocant, proferri possit: videlicet, Titium ob non partitionem mandatorum executorialium Caesaris, in contumaciam bannimus, ita tamen, ut effectus Banni ad mensis spacium in suspensio sit, ea comminatione, nisi interea contumaciam purget, & de partitione doceat, quod tunc ad procuratoris Caesaris siue fisci instantiam, ratione publicationis, denunciationis, & executionis Banni, fieri debeat quod iuris est. Etsi huiusmodi sententia conditionalis iure defendi possit, ut paulo post dicitur: tamen in Camera hoc neque in civilibus, neque etiam in causis fractae pacis receptum est: omnium enim maxime ad iudicis officium pertinet, ita sententiam proferre, ut incertitudo, quae obscuritatem parit, evitetur, certaue & perspicua sit sententia, text. in l. idem Pomponius scribit. §. ff. de rei vendic. gloss. ibid. in verbo, nullam, text. in §. curare. Inst. de act. & in l. penult. & in l. fina. C. de sentent. quae sine cer. quant. profer. Alexand. consil. 73. num. 12. volum. 3. incip. videtur prima consideratione. Tamen hoc non procedit in causis contributionum Imperij, puta, si cuiuscunque dignitatis status in mora sit soluendi indictiones ex publica Imperij Constitutione debitas: quo casu procurator Caesaris, permittente Constitutione, contra contumaces ad poenam Banni procedit, petendo eos ob non factam suo loco & tempore solutionem, in Bannum declarari, cui petitioni, ob diurnam moram, & causae prerogativam, locus datur, proferturque sententia Banni cum termino tamen dilatorio siue suspensivo, uti infra ex formula sententiae perspicuum erit: idque non novo, sed per vetusto exemplo receptum est: nam antiquitus ita quoque in exigendis indictionibus, vel collectis Imperij in Camera observatum fuit, idque iuri communi non refragatur. Nam primo notum est, sententiam condi-
- 2 Camera hoc neque in civilibus, neque etiam in causis fractae pacis receptum est: omnium enim maxime ad iudicis officium pertinet, ita sententiam proferre, ut incertitudo, quae obscuritatem parit, evitetur, certaue & perspicua sit sententia, text. in l. idem Pomponius scribit. §. ff. de rei vendic. gloss. ibid. in verbo, nullam, text. in §. curare. Inst. de act. & in l. penult. & in l. fina. C. de sentent. quae sine cer. quant. profer. Alexand. consil. 73. num. 12. volum. 3. incip. videtur prima consideratione. Tamen hoc
- 3 non procedit in causis contributionum Imperij, puta, si cuiuscunque dignitatis status in mora sit soluendi indictiones ex publica Imperij Constitutione debitas: quo casu procurator Caesaris, permittente Constitutione, contra contumaces ad poenam Banni procedit, petendo eos ob non factam suo loco & tempore solutionem, in Bannum declarari, cui petitioni, ob diurnam moram, & causae prerogativam, locus datur, proferturque sententia Banni cum termino tamen dilatorio siue suspensivo, uti infra ex formula sententiae perspicuum erit: idque non novo, sed per vetusto exemplo receptum est: nam antiquitus ita quoque in exigendis indictionibus, vel collectis Imperij in Camera observatum fuit, idque iuri communi non refragatur. Nam primo notum est, sententiam condi-
- 4 ni non refragatur. Nam primo notum est, sententiam condi-

conditionalem valere, maxime si sit intrinseca conditio, ut puta negotio principali coherens. Exempli gratia: Condemno te, nisi intra talem terminum soluas, vel si Actor intentionem suam probet: aut absoluo Reum, si iuraverit, quia soluere, probare, & iurare, negotium principale concernunt. late post Bartol. Alexan. in l. à Divo Pio, nume. 15. cum sequentib. ff. de re iudic. Doct. ibid. Imò etiam valet † sententia sub conditione extrinseca lata, videlicet quæ à negotio principali penitus remota est, nihilq; cum subiecta materia commune habet, ut: Absoluo, vel condemno te, si navis ex Asia venerit, valet inquam, & in rem iudicatam transit, si ab ea non appelletur: quia cum lata sit contra ius partis, & non Constitutionis, opus est appellatione, aliàs transit in rem iudicatam, tex. in l. cum prolatis. Bartol. & Doct. ibid. ff. de re iudic. Zas. in l. prætes, num. 2. ff. eod. tit. Alexan. d. consil. 73. num. 12. text. in l. 1. §. biduum. ff. quando appell. sit, vbi Bartol. nume. 2. cum pulchra Apostil. & in c. biduum. 2. quæst. 6. tex. in c. in nostra, de sepultu. Panorm. ibid. nu. 8. Idem in c. quoad consultationem, num. 2. de senten. & re iudic. tex. in c. Romana, de senten. excommun. in 6. gloss. in l. cum iudex. C. de senten. & interloc. om. iud. in verbo, palam, & Bart. ibid. num. 4. facit tex. in l. ait prætor. §. si iudex. ff. de re iud. vbi Bart. num. 4. & in d. l. à Divo Pio. §. in venditione. Bartol. ibid. num. 1. ff. eod. tit. Panorm. pulchrè in c. præterea, el. 2. num. 12. ext. de appell. Felin. late in d. c. quoad consultationem, num. 1. cum sequen. vbi dicit, quando † Actor habet intentionem suam de iure probatam, Reus verò allegat se in partibus remotis habere probationes in contrarium, quòd tunc iudex possit condemnare Reum sub conditione, si non probabit exceptiones suas, per text. in d. c. in nostra. Portius commun. opin. libr. 4. conclus. 6. vbi vide regulam cum suis limitationibus. Secundo explorati iuris est, sententiam † excommunicationis sub conditione & termino dilatorio siue suspensivo proferri posse, hoc pacto: Nisi Sempronio intra viginti dies satisfeceris, te excommunicatum, vel suspensum esse noscas, per text. in d. c. præterea, el. 2. [late Panorm. in c. P. & G. nume. 7. cum

seq. de offic. & potesta. iud. deleg. vbi omnino vide.] quia talis conditio est intrinseca ad actum excommunicationis pertinens: sed excommunicatio comparatur Banno, vt dixi supra cap. 1. eodem lib. per allegata ibid. ergò sententia Banni eo modo prolata, valebit, cum † similitum idem sit iudicium, tex. in l. Diuus. 1. ff. de iur. patron. gloss. sing. in l. fina. in verbo, voluerit. C. de reuocan. dona. Tertiò communiter placuit † sententiam Banni ob contumaciam, interlocutoriam esse, vt infra eod. lib. cap. 5. plenius dicetur: atqui interlocutoria sub conditione terri potest, tex. in l. a Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. glo. notab. ibid. in verbo, capiantur, in secunda solutione. & Bartol. num. 1. Alexand. num. 16. Panormita. in d. c. prætereà, nume. 10. Nellus in terminis, in tracta. de Bannitis, in 3. parte secundi tempo. quæst. 79. nume. 38. cum sequen. & in primo tempo. parte vltima, quæst. 4. num. 23. Valet igitur talis sententia Banni cum termino suspensiuo, pendetque ex illa conditione, & ex illo tempore præfixo, & nondum purificata conditione, aut nondum effluxo termino, non est, neque dicitur, quoad effectum condemnationis sententia: † quia ex conditionali dispositione interim pendente conditione, ius non oritur, sed perinde est, ac si dispositio nunquam facta fuisset, tex. in l. pecuniam quam. ff. si certum petat. tex. in l. quories. ff. de verborum obligat. tex. notab. in l. necessario. §. quod si pendente. ff. de pericu. & commod. rei vendit. Bartol. in d. l. cum iudex. Alberic. in d. l. biduum, num. 2. Panorm. in d. c. prætereà, nume. 5. & 11. Nellus verobique in locis allegatis. Et sic non obstat ratio l. iudex posteaquam. ff. de re iudic.

xii quia nihil emendat, corrigit, aut addit iudex, sed effectum † sententiæ in euentum tantum conditionis suspendit, & sententia pendente conditione, quæ ei inest, tex. in l. lecta. ff. si certum petat. quasi pro non lata habetur, argumento l. contractus. C. de fide instrumen. & per iura supra allegata. Paria enim sunt nihil fieri, vel sub conditione nondum purificata aliquid fieri, tex. not. in l. ita stipulatus. §. quod si ab initio. ff. de verbor. oblig. Natura enim conditionis est, vt prius impleatur, quam emolumentum

mentum, aut effectus aliquis sequatur, text. in l. si post di-
 em. §. sed si. ff. quando dies lega. vel fideicom. cedit. gloss.
 2. in l. siquidem. C. de except. Bald. ibid. num. 3. Deci. con-
 sil. 585. num. 1. incip. Iohan. Caphal. cons. 269. num. 22. cum
 seq. vol. 2. incip. illustris Comes. Rolan. cons. 59. num. 8. vo-
 lum. 3. incip. in causa, per iura supra allegata. Proinde so-
 lutione eius quod Imperio debetur, contumacia intra pre-
 fixum terminum purgatur, & perinde est, ac si nunquam
 talis sententia prolata fuisset. Imò si t̄ Cæsar tāquām cre-
 ditor, post latam sententiam Banni suspensiuam, termi-
 num præfixum prorogauerit sua voluntate, sententia con-
 ditionalis, elapso termino præfixo, non purificatur, hoc
 est, debitor Imperij non habetur pro bannito, quia ex cō-
 sensu Cæsaris, cuius potissimum interest solutionem fieri,
 contumacia excluditur, & t̄ creditor potest terminum
 debitori suo prorogare, tex. in l. 2. ff. si quis caut. Panormi-
 tan. in d. c. præterea, num. 4. ubi omninò vide, & adducit
 simile de iuramento parti præstito. nam licet illud prin-
 cipaliter dirigatur in Deum, ita quòd Deus principaliter
 recipiat obligationem, per textum in c. debitores, de iu-
 reiuran. & in l. iusurandi. C. de rebus credit. tamen t̄ pars
 potest illud iuramentum remittere, vel obligationem dif-
 ferre, tex. in c. 1. de iureiuran. Panormitan. ibid. num. 4.
 & in c. 2. de sponsalib. tex. in l. fina. ff. qui & à quib. manu.
 ibi, nisi id patronus remittat. Præterea etiam elapso ter-
 mino, contumax debitor non habetur pro Bannito, sed
 adhuc requiritur alia sententia declaratoria, per ea, quæ
 supra eodem lib. cap. 3. dixi. Et obitor hinc obserua, quòd
 à quâlibet sententia quantumcunque conditionali, cur-
 rat tempus decendij ad appellandum à tempore promul-
 gationis, Doct. in d. l. 1. §. biduum. ff. quando appellan. sit.
 Panormitan. in d. c. præterea, num. 9. de appellat. Idque
 propter autoritatem rei iudicate. Præterea, quando iu-
 dex sententiam sub conditione profert, statim incipit
 grauare partem: & ideo statim quoque incipit currere
 tempus appellationis, Bartol. in d. §. biduum. Ias. in l. si
 cui legetur, num. 19. ff. de leg. 1. Tyraq. de retract. §. 1. gloss.
 10. num. 51. cum sequen. Nam ex eo, quòd quis legi potest,

- vtex sententia conditionali, iam ladi censetur, gloss. in l. 3. §. 1. versic. hęc pœna, in verbo, experitur. ff. quod quisq; iur. Bald. ibid. in princip. Panorm. & Philip. Franc. in d. c. præterea. Et sic obseruandum, in sententia conditionali, quoad interponendam appellationem, spectari tempus latę sententię, non autem tempus conditionis, tex. in d. l. 1. §. biduum. Quid autem in contractibus conditionalibus receptum est, vtrum tempus contractus, an verò conditionis inspiciendum sit, & de alijs actibus iurisdictionalibus, vide latè Tyraquel. in d. §. 1. gloss. 2. nume. 22. & d. gloss. 10. num. 41. cum sequentib. Item notandum, quòd t sententia secundum quorundam opinionem, magis vltimę voluntati, quàm contractibus comparari solet, text. in l. non est mirum. ff. de pignor. act. tex. in l. si ita fuerit. ff. de manu. testam. In t vltimis verò voluntatibus, conditio in quacunque parte testamenti adiecta reddit dispositionem conditionalem, text. notab. in l. quibus diebus. §. quidam Titio. ff. de condit. & demonstrat. tex. in l. si legatum. ff. de adimen. lega. Nellus prolixius d. quęst. 79. Magis tamen obtinuit, sententiam potius contractibus, quàm vltimis voluntatibus comparari, eò quòd in iudicijs quasi contrahatur, per text. in l. 3. §. idem scribit. ff. de pecul. gloss. ibid. in verbo, iudicio. Feli. in d. c. quoad consultationem, num. 2. in fine. Sententia t autem est stricti iuris, tex. in l. 1. C. si plures vna ead. senten. idèd fit stricta interpretatio. Sed in vltimis voluntatibus larga interpretatio admittitur, per tex. in c. cum dilecti, in fin. extr. de donationib. vide Obseru. lib. 1. Obser. 116. Forma t autem sententię conditionalis, cum termino suspensiuo contra Statum Ecclesiasticum talis est:

In sachen des Kayserlichen Fiscals/ Kläger/ wider den Herrn W. Abt zu N. Beklagten/ D. Reichs Anlaag belangend/ Nachdem gedachter Beklagter der außgangenen/ verkündten/ vñnd reproducieren Kayserlichen Citation/ darinnen er an diß Kayserlich Kammergerichte durch sich selbst / oder seinen volmechtigen Anwalt/ zu erscheinen peremptorie gehaischen vñnd geladen

laden worden/nemlich zu sehen vnd zu hören / vmb sei-
 ner saumbnuß/vnachor sambt / vnd nit erlegens willen
 sich aller vnd jeder seiner regalien / priuilegien / freihait-
 ten / gnaden / rechten / vñ gerechtigkeiten / so er von Röm-
 mischer Kaiserlicher Maiestät / vñnd dem H. Reich
 hatt / zu priuieren / entsetzen / auch daruber notturfftige
 proceß außgehen zu lassen / oder aber erhebliche / vnd ihm
 recht gegründte eintreden / warumb solches nit gesche-
 hen soll / sutzupringen / alles ferner inhalt / vñnd aber
 derselben kein gehorsamb bishero gelaißt / noch selbst /
 oder jemandt anders von seiner wegen / anziig gepur-
 licher erlegung gethan / So ist auff anlagē solches sei-
 nes vngehorsambs vnd fernern gerichtlichen begern /
 auch aller hädlung nach / zu recht erkhendt / daß gedach-
 ter beclagter / auff / vnd vmb solcher seiner vngehorsamb
 nit erlegens willen / in gedachte Peen der priuierung
 gefallen sein / gesprochen vnd declariert werden soll / dem
 wir auch also aller vnd jeder regalien / freihaiten / gna-
 den / rechten vnd gerechtigkeiten / so er von Rom. Kay-
 serl. Maiest. auch derselben vorsharen / vñnd dem H.
 Reich hatt / hienit dieser vrthel priuieren / entsetzen / er-
 kennen / sprechē / erkleren. Doch ist die krafft vnd würck-
 lichait dieser hienit gesprochener priuation / entsetzung /
 erkandnuß / vnd erklerung / gegen obgedachten beclag-
 ten auff sechs Monat / auß mit richterlichē ampt / ein-
 gesteldt / vnd suspendiert / mit der commination. wo er
 in solcher zeit nit glaublich anziig gepurlicher erlegung
 thun würdt / das als dann auff ermeldis Kaiserlichen
 Fiscals ferner anruffen / gegen ihme der Executorialn
 vnd anderer notwendiger Proceß halbē / zu allem vber-
 flus / nochmals endelich ergehen soll was recht ist.

Latine.

In causa Procuratoris fisci Actoris, contra dominum M.
 Abbatem reum, ratione O. contributionis Imperij, Post-

O. 5

quart

quàm dictus Reus emanatæ, excutæ, & reproductæ Cæsareæ citationi (qua ad Cameram Imperialem peremptoriè citatus est, vt per se, vel legitimum suum procuratorem compareret, ad videndum nimirum, & audiendum, se ob moram, contumaciam, & non factam solutionem, omnibus & singulis regalibus, priuilegijs, immunitatibus, gratijs, & iuribus, quæ à Cæsare. Maiest. & Sacro Imperio habet priuari, & desuper necessarios processus decerni, vel allegandum iustas & releuantes causas cur hoc fieri non debeat, prout latius in ea citatione habetur) hætenus non obtemperauerit, neque per se, vel alium suo nomine de facta solutione legitime docuerit. Ideo accusata eius contumacia, visisque actis & actitatis, decernimus, dictum reum ob huiusmodi suam contumaciam non soluendi, in dictas pœnas priuationis incidisse, pronunciarî & declarari debere: quemadmodum eum omnibus & singulis regalibus, priuilegijs, immunitatibus, gratijs, & iuribus, quæ à Cæsarea Maiestate, nec non suæ Maiestatis antecessoribus, & Sacro Romano Imperio habet, hac sententia priuamus, deponimus, decernimus, pronunciamus, & declaramus. Attamen effectum iam factæ priuationis, depositionis, pronunciationis, & declarationis ad sex menses, nostro iudiciali officio extrahimus atque suspendimus: ea comminatione, nisi interea Reus plenè de solutione facta doceat, quòd tunc ad Procuratoris filci vltiorem instantiam, ratione Executorialium, & aliorum processuum ex superabundanti iterum peremptoriè fieri debeat, quod iuris est. Ex hac t sententia obseruandum, personam Ecclesiasticam ab Imperatore non banniri, sed solummodò priuari beneficijs, regalibus, & priuilegijs, quæ ab Imperatore, & Imperio habet, & quorum nomine soli Cæsari, & Imperio subiectus est, per textum in l. de his. C. de epis. & cler. tex. in c. nimis, de iureiur. in l. solitz, in verific. quòd autem, de maior. & obediens. vido supra libr. 1. cap. 1. & cap. 8. Forma t verò sententiæ conditionalis cum termino suspensiuo contra Statum secularem talis est.

Insa

In sachen der Kayserlichen Fiscals Elegern / wider
 Herr A. Graffen Beclagte N. Reichsanlag belangt.
 Nach dem gedachter beclagter der aufgangenen / ver-
 thunden / vnd reproducirten Kayserlichen Citation /
 darinnen er an das Kayserlich Cammergericht durch
 sich selbst / oder seinen volmechtigen Anwalde zuerschel-
 nen peremptorie gehaischen / vnd geladen worden /
 Nemlich zu sehen vnd hören / vnd seiner saumbnuß /
 vnghehorsams vnd nit erlegens willen / sich in die Peen
 der Kayserlichen Maiestat / vnd des H. Reichs Achte
 gefalle sein / mit vrtheil vnd recht zusprechē / zuerkennē /
 erklaren / vñ öffentlich zuerkunden / auch daruber not-
 turfftige Proceß außgehen zulassen / oder aber in recht
 gegründete einredē / warumb solches nit geschehē soll fur
 zubringen / alles ferner inhalg. Vnd aber der selben kein
 gehorsamb bisanhero gelaißt / noch selbst. oder jemandt
 anders von seiner wege anzaig gepurlicher erlegung ge-
 than / So ist auff anlagen solcher seiner vnghehorsamb
 vnd fernern gerichtlichen begern / auch aller handlung
 nach zu recht erkendt / das gedachter Beclagter / auff
 vñ vmb solcher seiner vnghehorsamb nit erlegens willen
 in obgedachte der Kayserlichen Maiestat / vnd des H.
 Reichs Achte gefallen sein / gesprochen / erkendt / erklert /
 vnd öffentlich verthundt werden soll / den wir auch al-
 so in Römischer Kayserlicher Maiestat / vnd des Hai-
 ligen Reichs Achte hiemit dieser vrthel sprechen / erken-
 nen / erklaren / denunciieren / vnd öffentlich verthunden.
 Doch ist die krafft vnd wurecklicheit dieser hiemit be-
 schehener Achte / erkendnuß / erklarung / denunciation /
 vnd publication / gegen obgedachten beclagten / auff
 sechs Monat / auß milderichterliche ampt / eingestelde
 vnd suspendiert / mit der commination / wo er in solcher
 zeit nit glaublich anzaig gepurlicher erlegung thun
 wurde / daß als dan auff ermelts Kayserlichen Fiscals
 setzen

ferner anruffen/gegen jme der denunciation/ publication/ execution/ vnd anderer notturtffiger precess haben zu allem vberffus/ nochmals endelich ergehen soll was recht ist.

Latinè.

In causa Procuratoris Cæsaris, siue fisci Actoris, contra A. Comitem Reum, ratione N. contributionis Imperij, postquam dictus Reus, emanata, executæ, & reproductæ Cæsareæ citationi (qua ad Cameram Imperialem peremptoriè citatus est, vt per se, vel legitimum suum procuratorem cõpareret ad videndum, nimirum & audiendum se ob moram, contumaciam, & non factam solutionem, in Cæsareæ Maiestatis, & Sacri Romani Imperij Bannum incidisse, per sententiam pronounciari, declarari, & publicè denunciari, & deluper necessariòs processus decerni, vel allegandum reuelantes exceptiones, cur hoc fieri non debeat, prout latius in ea citatione habetur) hactenus non satisfecerit, neque per se aut alium suo nomine de facta solutione legitimè docuerit. Ea propter accusata eius contumacia, visisque actis & actitatis pronounciamus, dictum reum, ob huiusmodi contumaciam non soluendi, in Cæsareæ Maiestatis, & Sacri Imperij Bannum incidisse, pronounciari, decerni, declarari, & publicè denunciari debere: prout eum in suæ Maiestatis, & Sacri Imperij Bannum hac sententia pronounciamus, decernimus, declaramus, denunciamus, & publicamus. Sed tamen effectum huius Banni ad sex menses, iudiciali nostro officio extrahimus atque suspendimus, ea comminatione, nisi interea plenè de facta solutione doceat, quòd tunc ad Procuratoris fisci vltiorem instantiam, contra ipsum reum, ratione denunciationis, publicationis, executionis, & aliorum necessariorum processuum, ex superabundanti iterum peremptoriè fieri debeat quod iuris est. Ex istis formulis colligi potest differentia Banni inter Ecclesiasticas, & inter Seculares personas, de qua differentia vide supra lib. i. cap. i. De iure communi dubium non est, iudicem t̄ tempus iudicari, puta quadrimestre,

meſtre, pro arbitrio prorogare, & ex iuſta cauſa etiã abbreviare poſſe, per tex. in d. c. quoad conſultationem. Felin. ibid. num. 8. text. in l. 2. ff. de re iudi. gloſſ. ibid. in verbo, coarctat, text. in l. ſi ſe non obtulit. §. ſi quis condemnatus. ff. eod. titul. Item notum eſt, quod petens dilationem, & terminum ſoluendi poſt latam ſententiã, ipſam ſententiã approbaſſe, & appellatiõni renunciaſſe cenſetur, per text. in l. ad ſolutionem. C. de re iudic. Doct. ibid. & text. elegantem, in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact. gloſſ. ibid. in verb. ſequetur. Panorm. in d. c. quoad conſultationem. Felin. ibid. num. 5. ubi communem dicit, cum aliqua limitatione, vt ibi per eum. Hæc procedunt in cauſis ciuilibus. In criminalibus t̄ verò condemnato non dantur induciæ quadrimeſtres ad ſoluendum, ſed compellitur ſoluere intra terminum arbitrio iudicis præfixum. Eſt communis opinio teſtante Iaſ. in l. debitoribus, nu. 16. cum ſequen. ff. de re iudic. Iulius Clarus in pract. crimin. §. ſin. quæſt. 95. nu. 1.

CAP. V.

Sententia Banni Imperialis qualis ſit.

S V M M A R I A.

- 1 *Bannum Imperij dupliciter irrogatur.*
- 2 *Contumax in cauſis ciuilibus banniri poteſt.*
- 3 *Sententia Banni ob delictum diſſiniua eſt.*
- 4 *Sententia criminalis tranſit in rem iudicatam.*
- 5 *Confessus crimen capitaliter puniri poteſt.*
- 6 *Sententia Banni an reuocari poſſit.*
Principi multa licent, qua priuato interdita ſunt. ibid.
- 7 *Sententia Banni ob contumaciam interlocutoria eſt.*
- 8 *Contumacia an ſit delictum.*
- 9 *Sententia ob contumaciam lata, an ius partiſ conueniat.*
- 10 *Absens contumax diſſiniuè condemnari non debet.*

- 11 Fallit, si contra eum legitimè in contumaciam procedatur.
- 12 Differentia Banni contumacia & delicti, nulla est in forma sententia.
- 13 Contumacia in Camera commissa respicit contemptum Caesaris.
- 14 Caesaris maiestatem contemnere summum delictum.
- 15 Contumacia respiciens contemptum iudicium, delictum est, & criminaliter punitur.
- 16 Statuta permittentia Bannitos occidere, quomodo intelligenda.

Q
V
AERITVR
 utrùm sententia Banni Imperialis sit diffinitiva, an verò interlocutoria? Scire imprimis oportet Bannum † Imperij ex duplici causa irrogari posse. Primò, ob delictum fractæ pacis. Secundo, ob solam † cõtumaciam, etiam in causis civilibus: vtpatè, si legitimè citatus non compareat: vel condemnatus iudicatum non faciat: aut executorialibus mandatis non obtemperet: quibus casibus Cameræ iudex, ad vindicandam obstinatum cõtumaciam, & tuendam Caesaris & Imperij iurisdictionem tali contumaci, in terrorem aliorum, Banni pœnam infligere potest, Ordinatio Cameræ part. 3. titu. 43. §. 1. & titu. 18. cum sequen. part. 2. Multis autem pœnis contumax de iure communi subijcitur, quas enumerant Dd. in l. contumacia, ff. de re iudic. & in l. v. nica. ff. si quis ius dic. non obtempe. Barto. in l. magistratibus, nume. 2. de iurisdic. omn. iudic. & in l. illicitas. §. final. nume. 1. de offic. præsid. Afflict. in c. 1. §. si quis hominem, versic. nonò nota, num. 2. de pace tenenda. Marant. prolixè parte 6. titu. de contumacia, num. 9. cum sequen. vbi 24. pœnas contumaciæ recenset: vbiq; dicunt, contumacem etiam banniri posse, & hoc ex Ordinatione locis allegatis perspicuum est, vbi plene processus Banni in contumaciam traditur, facit text. not. in c. cordi. §. fin. de appellat. in 6. vbi dicitur, iustum esse, vt in eum iura insurgant, qui ius, iudicem, & partem eludit, & crescente ma-

te malitia, pœnam quoque intendi debere, text. in c. de testib. cogon. gloss. ibid. in verbo, depositionis, text. in d. l. vnic. §. final. ff. si quis ius dic. non obtempe. vbi dicitur eum videri ius dicenti non obtemperasse, qui quod extremum in iurisdictione est, non fecit, text. in l. 1. §. 1. ff. si quis in ius voc. non ierit, & in l. absentem. §. 1. ff. de pœnis. Quod igitur ad t̄ Bannum delicti attinet, proculdubio sententia condemnatoria, vel absolutoria, diffinitiuam est. Ratio, quia iuris ordine seruato, cum plena causæ cognitione profertur: & crimen principaliter in iudicium deductum extremè diffinit, nec alia sententia postea expectatur, vnde vera diffinitiuam dicitur, text. in l. 1. ff. de re iudica. & actio in factum, quæ ex re iudicata datur, competit, text. in l. post sententiam. C. de senten. & interloc. omn. iudic. gloss. in Clemen. 1. in verbo, diffinitiuam, de sequestr. poss. & fruct. Philip. Franc. in c. cum cessante, num. 36. de appellat. Guido decis. 220. num. 2. Nam etiam t̄ sententiæ criminales ritè prolatae in rem iudicatam transeunt, text. in l. 1. §. eum accipiemus. ff. de pœnis, ita vt omiſsa appellatione, accusatio, ne à tertio quidem instaurari possit, & hoc nullam habet dubitationem in sententia criminali absolutoria: de cõdemnatoria dubitari probabiliter posset, præsertim si irroget pœnam corporis afflictiuam, vtrum in rem iudicatam transeat, cum nemo sit dominus membrorum suorum, text. in l. liber homo, la. 1. ff. ad l. Aquiliam, sed tamen magis placuit, vtroque casu sententiam criminalem transire in rem iudicatam, tam condemnatoriam, quàm absolutoriam, d. l. 1. §. eum accipiemus. Nec obstat ratio dubitandi, quia illa procedit, quando iniquè & iniuste quis velit se exponere periculo vitæ, per notata Hippol. in l. 1. nume. 1. & in l. Cornelia. §. constitutum, nume. 7. ff. ad l. Cornel. de sicar. & in l. penultim. num. 4. cum sequen. ff. de quæstion. sed omiſsa appellatione tacitè consentire, & sententiam approbare videtur, argumento l. furti, ff. de his qui not. infam. text. in c. quoad consultationem, de senten. & re iudi. text. in l. 2. §. fin. & in l. fin. §. illud etiam: C. de tempor. appellat. text. in l. si contra maiorem, &

in l.

- 5 in l. quoniam. C. de appellat. Sic † crimen in iudicio confessus, etiam capitis poena puniri potest, text. in l. qui sententiam. C. de poenis. Ita tenent Panormit. in d. c. de his, num. 2. de accusat. per illum tex. & Felin. in c. consanguinei, num. 6. cum sequen. de senten. & re iudic. Hippol. in pract. crimin. §. ordine, nume. 54. per text. singu. in l. Diui fratres. ff. de poen. tex. in l. 1. §. si. ff. de quæstionibus. Francif. Marc. quæstion. 363. num. 2. vbi expresse tener, sententiam esse definitiuam, si feratur contra præsentem, iuris ordine seruato, per text. in l. infamem. ff. de public. iudic. Vnde sequitur, iudicem talem sententiã criminalem reuocare non posse, cum sit definitiua, & lapsu decendij in eam iudicatam transeat, text. in d. c. quoad consultacionem, & in d. l. poenam. C. de poenis, text. in d. l. Diui fratres, & in d. l. 1. §. fin. ff. de quæst. gloss. ibid. in verbo, non potest, tex. in l. acta. §. de amplianda, & in l. iudex, posteaquam. ff. de re iudic. vbi gloss. & communiter Dd. Et hæc noranda sunt in causis fractæ pacis, quia sententia Banni condemnatoria, non petita legitimo tempore reuisione, effectum suum sortitur, & retractari nequit, quia definitiua per iura allegata, & sic tanquam res iudicata pro veritate habetur, text. in l. ingenuum. ff. de sta. homi. & in l. res iudicata. ff. de regu. iur. Sed nunquid † iudex Cameræ Bannitum post longum interuallum à Banno absoluere potest? vti que potest, ergone retractatur sententia Banni? Minimè, quia talis absolutio non fit per modum correctionis, aut retractationis sententiæ, sed potius restitutionis, & Principis beneficio, idque permittente Constitutione Imperij, vt infra eod. lib. cap. 18. dicam. Facit optimè text. in d. l. Diui fratres. ff. de poenis, & in l. relegati, in si. ff. eod. tit. Panor. in d. c. de his, nu. 2. quo pertinet, quod multa Principi liceant, quæ alijs inferioribus interdicta sunt, idque propter principalem præminentiam, tex. in l. itaque hoc casu. ff. de fideicom. libert. & in l. adoptio, la. 1. ff. de adopt. gloss. in d. l. 1. §. fin. ff. de quæstio. in verbo, Principi, & in d. l. Diui fratres in verb. fieri potest. Et hæc tenens de sententia Banni, quæ ob delictum profertur.
- 7 Quod verò ad † sententiam Banni, quæ ob contumaciam fertur,

fertur, attinet, illa non diffinitiva, sed interlocutoria est, quia causam principalem nõ diffinit, et ideò purgata contumacia reuocari potest, text. in c. ex literis. de constitutio. vbi communiter Dd. & in l. quod iussit. ff. de re iudic. Dd. ibid. & Bald. in l. 1. num. 9. & nume. 12. C. de hæred. instit. vbi dicit, Bannum propter contumaciam habere naturam cuiusdam interlocutoria, sicut missionem in possessionem, pignorum captionem, aliaque prætoris remedia, ad refranandam inobedientiam comparata: idem tenet Alexand. consi. 90. num. 6. volum. 1. incip. Ferè omnis. Francisc. Marc. d. quæstion. 363. Dd. in l. 2. C. qui testamen. fac. poss. Bossius titu. de Bannitis, num. 3. Et licet t̄ contumacia pro delicto accipiatur, text. in l. omne delictum. §. contumacia. ff. de re milita. text. in c. cordi. §. fina. extr. de appella. & in d. l. contumacia, vbi Zas. num. 5. gloss. in d. l. 1. §. final. in verbo, meram pœnam. ff. si quis ius dic. non obtemp. Barto. ibid. num. 9. Alexand. num. 17. & communiter Dd. Ananias consi. 35. num. 1. incip. vtrùm præsentatio. Hippo. in repetit. l. de vnoquoque, num. 201. & num. 224. ff. de re iud. ramen non est verè, sed improprie delictum. Felin. in d. c. ex literis, num. 27. Dd. vbi supra, quod ob contempnam iudicis auctoritatem committitur, d. c. cordi. §. si. qui iurisdictionem suam mandatis pœnalibus rueri potest, text. in d. l. vnica. ff. si quis ius dic. nõ obtemp. & in l. si familia. ff. de iurisdic. omn. iud. & in d. l. 2. §. 1. si. ff. si quis in ius vocat. Bal. in l. si mora, num. 1. vers. veritas est; ff. solu. matr. idem in l. si. num. 1. in fi. C. de crim. Stellio. & in l. vt in multis, nu. 4. C. de appel. vbique docet, nulla lege probari, contumaciam esse maleficium, nec qualitatem delicti: quia cum maleficio neque in loco vel tempore conuenit, sed esse quiddã separatum à delicto. Hippo. in rep. d. l. de vnoquoque, & in præc. crimi. §. postquã, nu. 53. vbi dicit, quod t̄ sententia lata contra aliquem contumacem, magis præsumatur lata ob vitium cõtumaciz, quàm propter ius partis, per text. in d. c. cordi, §. si. & in l. præses. C. de pigno. facit text. in l. Papinianus. §. meminisse, & in l. q. repudiantis. §. si. ff. de inoff. test. gl. ibid. in verbo, non creditur, text. in l. si ided. ff. de euct. Si ided, inquit

- Vlpianus**, contra emptorem iudicatum est, quòd defuit, non committitur stipulatio: magis enim propter absentiam victus videtur, quàm quòd malam causam habuit; idem præclare docet Felin. in c. cum Bertoldus, num. 20. de re iudi. Plura in materia contumaciæ vide per Hippo. in d. §. postquam. Feli. in c. ex literis, tit. 27. de constit. Iulius Clarus in pract. crimin. §. si. quæst. 44. per totam. Sed nec absens † contumax ob delictum diffinitivè condemnari potest, sed eius bona tantùm annotari debent, iuxta formam l. absentem. C. de accus. tex. in l. 1. & tot. tit. ff. & C. de req. reis, text. in d. l. absentem. ff. de pœnis. Boss. titu. de requir. reis. Iulius Clarus dicta quæstione 44. n. 2. Bald. in d. l. fin. num. 1. C. de crimin. Stellio, Hippo. in d. §. postquam, nu. 48. vide infra eo. lib. cap. 8. Ratio, quia cõtumacia est ficta probatio, d. l. si idem, cum iuribus supra allegatis, sed ex fictis probationibus, aut præsumptionibus nemo capitaliter damnari debet, text. in d. l. absentem. C. de accus. & in d. l. absentem. ff. de pœnis. Bar. ibid. num. 3.
- Quod** tamen non obtinet, si contra † absentem legitimo iuris ordine servato processum, & is de crimine evidentiissimis probatiõibus cõvictus sit, iuxta not. Dd. in Auth. qui semel. C. quo. & quan. iud. per illum tex. ibi, per quifita veritate, tex. in l. properandũ. §. & si quidem. C. de iud. & in c. causam quæ, de dol. & concu. Panorm. ibid. nu. 17. glo. magistralis in c. prout, eo. tit. Panor. ibid. nu. 18. Hippo. in d. §. postquam, per tex. in l. raptores. C. de episco. & cleric. & alia iura d. c. 8. allegata, quia sententia super huiusmodi legitimo processu lata diffinitiva est. Probato igitur crimine absentis legitime citati, fit condemnatio ad pœnam Banni Imperialis: non probato crimine cum suis necessarijs qualitatibus, de quibus dixi supra libr. 1. cap. 7. sequitur plena absolutio, d. c. de his, vbi Panor. nu. 2. Hippo. in d. §. ordine, nu. 1. nam Rei absentia, Dei præsentia repletur, licet victor in expensis ob contumaciam condemnandus sit, text. in d. l. properandum. §. & si quidem, & in d. Auth. qui semel. Sed nunquid Bannitus ob contumaciam ex causa civili perinde offendi possit, atq;
- Bannitus propter delictum? In † Ordinatione Imperij**

inter vtrunque Bannum, quoad declarationem, & dehtin
 ciationem, nihil est discriminis, quia vtroque casu Ban-
 nitus omnium offensionis impunè exponitur, & bona oc-
 cupantibus conceduntur, quod satis durum: attamen ita
 lex scripta est, licet facilius sit reditus in gratiam in Ban-
 nō contumaciæ, quàm delicti, vt infra cap. proximo &
 cap. 18. dicam. Cuius ratio esse potest, quod contuma-
 cia in Camera commissa respiciat contemptum Cæsaris,
 & idè Banni pœna meritò contumaci irrogatur, quia
 summum est delictum, † maiestatem Cæsaris obstinatè
 contemnere, facit ad hoc, text. in d. c. cordi. §. fina. de ap-
 pellant. in 6. & in d. l. si familia. ff. de iurisdic. omn. iudic.
 glo. notab. in d. l. vnica. §. fina. in verbo, hoc iudicium, in
 fin. ff. si quis ius dic. non obtemp. In l. Clarus lib. 1. senten-
 tiarum, §. primo, nu. 12. in fine, vbi dicit, contumaciam †
 pertinentem ad cotemptum iudicis esse delictum, & cri-
 minaliter puniri posse, idque ex auctoritate gloss. in d. l.
 vnic. §. si. confirmat. Aliter verò Dd. statuta, † permittèn-
 tia Bannitos occidere, intelligunt, vt solum procedant in
 condemnatis ob delictum ex veris probationibus, nō au-
 tem in Bannitis ob contumaciam, vt singulariter tradit
 Alexan. in l. si mora, nu. 13. ff. solut. matrim. vbi magis com-
 munem dicit, pulchra apostilla ad Barto. in l. omne deli-
 ctum. ff. de re milit. Hippo. consil. 38. nu. 2. volu. 1. Idem in
 d. §. postquàm, num. 54. vbi dicit illud perpetuè menti tē-
 nendum. Roland. à Vall. consil. 45. nu. 66. cum sequ. volu. 1.
 vbi communem dicit, & plures allegat.

CAP. VI.

De vtriusque banniti, delicti, & con-
 tumaciæ differentia, & forma
 sententiæ.

S V M M A R I A.

- 1 Bannum Imperiale duplex est.
- 2 Delictum in committèdo maius est, quàm in omittendo,
- 3 Sententia Banni ob contumaciam est interlocutoria.

P 2 4 Absol

- 4 Absolutio à Banno contumacia sit purgata contumacia.
- Pœna contumacia restringitur ad limites contumacia.
- Ibid.
- 5 Bannitus ob contumaciam an cum procuratore fisci transigere debeat.
- 6 Transactio partis in publicis delictis non nocet fisco.
- 7 Absolutio à Banno contumacia potest fieri parte altera inuita.
- 8 Executio Banni contumacia differt ab executione Banni delicti.
- 9 Forma sententia Banni ob delictum.
- 10 Denunciatio Banni quomodo fiat.
- 11 Declaratio Banni ob delictum in contumaciam, quomodo facienda.
- 12 Causa in sententia in ciuilibus non exprimenda.
- 13 Fallit in quibusdam casibus.
- 14 In Camera causa in sententia non exprimitur.
- 15 Acta inducunt notorium.
- 16 In criminalibus an causa sententia inferenda sit.
- 17 In causis fractæ pacis causa Banni in sententia exprimuntur.
- 18 Excommunicationis sententia fieri debet cum expressione cause.
- Aequipollentium eadem natura. ibid.
- 19 Forma sententia Banni ob contumaciam.
- 20 Actus denunciandi Bannitos Imperij.
- 21 Excommunicationis actus quomodo perficiatur.
- 22 Explicatio solennitatis denunciandi Bannitos.
- 23 Banni causa in sententijs Banni etiam ob contumaciam latæ exprimenda.

QUONIAM præcedenti cap. dictum est Bannum Imperiale duplici ex causa irrogari posse, vel ob delictum turbatæ pacis publicæ, vel ob solam contu-

contumaciam non comparentis, aut iudicis præcepto non obtemperantis, opera precium me futurum existimaui, si vtriusque Banni differentias, & porro formas sententiarum in Camera Imperiali hæctenus receptarum vernacula & latina lingua lectori ob oculos ponerem. Nam licet vtriusque Banni sententia quoad formam denunciandi æqualis sit: tamen in effectu plurimum inter vtrunque bannum interest, non enim tam grauitèr peccat contumax, quàm delinquens, text. in l. si ideò. ff. de euictionib. quia contumacia propriè delictum nõ est. Dd. in c. ex literis, de constitutio. per illum text. & per allegata supra cap. prox. & t̄ maius est delictum in committingendo, quàm omittendo, tex. in c. Metrodorum. ff. de pœ. glo. communiter approbata in l. si mora. ff. solut. matr. in verb. ne facto. Boer. in tracta. de seditio. in septimo præsupposito, nu. 6. item pœna delicto commenturanda est, tex. in c. foelicis. §. præmissis, de pœnis, libr. 6. & in Auth. omnes peregrini. C. communia de success. & in l. 1. §. sed & qui. ff. de abigeis. Hippo. ad l. fin. num. 48. ff. ad l. Corne. de sicar. & in l. is qui cum telo, num. 2. C. eod. titu. Primò itaque differt t̄ sententia Banni ob contumaciam à sententia Banni ob delictum, quòd illa sit interlocutoria, ista diffinitiuà. Bald. in l. 1. C. de hæred. inst. nu. 9. & num. 12. Francisc. Marc. quæstio. 363. num. 1. dixi supra cap. prox. Secunda differentia est in t̄ absoluteione, quòd purgata contumacia solutione eius quod interest, etiam inuito aduersario Bannitus absolui possit, tex. singu. in d. c. ex literis, & in l. sancimus. C. de iudic. text. in Authen. qui semel. §. fina. C. quom. & quan. iud. Dd. in d. l. contumacia. ff. de re iudic. Ratio, quia pœna imposita ratione contumaciæ, limitatur & restringitur ad limites contumaciæ, ergò purgata contumacia, pœna vltra suos limites extendi non debet, quia cessante contumacia cessat causa Banni, & per consequens pœna cessare debet, per text. singu. in d. c. ex literis. Felin. ibid. nume. 11. vsque ad num. 18. pulchrè Bal. in l. 1. nu. 3. C. de postul. vbi omninò vide. Barto. in l. 1. §. fina. nume. 1. ff. de requir. Reis. per illum tex. aliud est in Bannito ob delictum, vbi absoluteio non tam facilè

conceditur, ne delicta impunita maneant, sicut plenius notavi infra eod. lib. cap. 19. per allegata ibidem. Ordinatio Cameræ titu. 46. §. **Vo auct.** part. 3. & tit. 18. part. 1. §.

- 1 **So auct.** Tertia differentia est, quòd † Bannitus ob contumaciam non cogatur cum procuratore Cæsaris siue fisci transigere, nisi ei nuncupatim in poenam aliquam, putà mandatorum Executorialium condemnatus sit, Ordinat. d. titu. 46. §. **Vo auct.** in fin. Sed Bannitus ob delictum non solum cum aduersario, sed etiam cum fiscali in gratiam redire, & transigere debet, ad hoc ut absolutio- nem Banni consequi possit. Ordinatio loco citato. Ratio differentie, quòd primo casu pars tantum lædatur, & ius dicentis auctoritas contemnatur, text. not. in d. c. cordi, §. fin. de appel. in 6. & in l. 1. §. fin. ff. si quis ius dic. non obtemp. cum concordantibus. altero verò casu, non solum pars, sed etiam Imperij tranquillitas malo exemplo offendatur, text. in extrauag. ad reprimendum, in princip. quam læsionem pacis publicæ † fiscus merito vindicare debet, sicut in omnibus publicis delictis receptum est. text. in l. congruit. ff. de offic. præsid. & in l. iurispergentium, §. si paciscar. ff. de pact. & in l. 2. §. hoc edicto. ff. vi bonor. rapti. text. not. in l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de public. & vectig. ibi, alterum enim utilitas priuatorum, alterum rigor publicæ disciplinæ postulat. Dd. in l. transigere. C. de transact. vide supra lib. 1. Obseruat. 11. Quarta differen- tia est, quòd Bannitus † ob contumaciam solo Iudicis Cameræ & Assessorum arbitrio à Banno relaxari possit. at Bannitus ob delictum, in grauioribus & atrocioribus delictis inconsulto Cæsare, etiam parte volente absolui nequit, quia interest Imperij ne huiusmodi enormia crimina impunita maneant, Ordinat. part. 2. d. titu. 38. §. **So auct.** in fin. text. not. in l. Diui fratres, & in l. relegati. ff. de poenis, text. in l. bona fides. ff. de pos. & in l. ita vul- neratus. §. quòd si quis. ff. ad l. Aquil. Quinta † differentia est in modo exequendi: quandò scilicet, & quomodo sit facienda executio contra utroque modo Bannitum, ut dixi infra eod. lib. cap. 17. & vide Ordinationem siue Consti- tutionem

putationem Imperij de anno 55. quomodo vtroque casu executio facienda sit, & Ordinat. Camerę, tit. 49. §. Und soł part. 3. & titu. 43. 46. & 48. eadem parte. Breuiter, in Banno contumacię sit immissio in bona Banniti, donec contumaciam purget, [iuxta notata Doct. in c. prout, de dol. & contum. & in l. consentaneum. C. quomo. & quan. iudex,] in Banno verò delicti sit executio, donec à Banno iterum absoluator, vt videre est in locis supra alleg. Istis differentijs przmissis, subijciam formulas sententiarum vtriusque Banni, & primò sentēciam Banni ob delictum fractę pacis, quę talis, mutatis ex facto proposito mutandis, esse consuevit.

In ʒ der Ładstřidbruchigen sachen P. Elger an alnem / gegen vnd wider N. Beklagten anders thailt. Nachdem ermelter N. auß A vnd B. vrsachen feindtlicher weis gehandelt / wie dann solches Łandkundig / offenbar / vñ die gerichtes Acta ferners außweisen / alles gemainē rechten / auch auff gerichtē vnd offenen Łandfrieden / vnd hievor außgangen / vnd verkündten Kayserlichen Mandaten zu widder / darzu auff derhalb beschehen rechtlich surhaischen / kein erhebliche vrsachen / warum er in die Peen des Łandfriedens vmb solcher seiner geübten handlung willen / nicht erklert werden soll / surbracht. So ist hirauff vñnd allem surpringen nach zu rechte erthendt / das gemelter N. von wegen solcher eigengewaltiger / freuentlichen / vñnd thailichen handlungen / in Römischer Kayserlicher Matestät / vñ des H. Reichs Acht gefallen sein erthandt / erklert / vñ denuntiert werden soll / den wir also in Römif. Kayf. Matestät / vnd des H. Reichs Acht hie mit sprechen / erkleren / vñnd daruber notturfstige procesß erthennen.

Latine.

In causa fractę pacis. P. Actoris ex vna, contra N. Reum ex altera partibus. Quoniam dictus Reus, ex talibus causis (quę nominatim sententię inferuntur) hostiliter,

vti publicè notum & manifestum est, atque exactis plenius constat, adeoque contra ius commune, promulgatam pacis publicæ Constitutionem, enussa, & insinuata Cæsareæ mandata egerit: præterea legitime citatus, causas releuantes cur in poenas fractæ pacis declarari non debeat, nullas proposuerit. Igitur visis actis & actitatis decernimus, dictum reum in Cæs. Maiestatis, & sacri Romani Imperij Bannum incidisse pronounciari, declarari, & denunciari debere, prout eum in suæ Maiestatis, & sacri Romani Imperij Bannum hac nostra sententia pronounciamus, declaramus, & desuper necessarios processus decernimus.

Publicata hac sententia declaratoria Banni in iudicio siue publico Cameræ Consistorio, statim dominus Iudex & Assessores ex iudicio surgentes, in publicum prodeunt, vbi prothonotarius iudicij in Corona iudicis & Assessorum, atque multa hominum frequentia, ex breuiculo sub dio recitat denunciationem Banni hoc pacto:

Nachdem N. auff beclagen vnd erfolgen P. am Kayserlichen Cammergericht in die Peen des Landfriedens / auch Römischer Kayserlicher Maiestät / vnseres Allergnedigsten Herren / vnnnd des Heiligen Reichs Achte / mit vrtheil vnnnd recht gesprochen / vnnnd erklet worden ist / darumb in nhamen vnnnd an stadt Hochgedacht Römischer Kayf. Maiestät. denunziern / vnd verfhunden wir denselben N. in solch Kayf. Maiestät / vnd des H. Reichs Achte / setzen ihnen auß dem frieden in vnfrieden / vnd erlauben sein leib / hab / vnnnd gut / gedachtem P. vnd allermengstlichen.

Denunciatio Banni Latine.

Postquam N. Reus ad instantiam P. Actoris in Camera imperiali in poenas fractæ pacis, nec non Cæsareæ Maiestatis. Domini nostri Clementissimi, & Sacri Romani Imperij Bannum per sententiam declaratus sit: idcirco nomine & vice suæ Cæsareæ Maiestatis denuncia-

mus

mus, & publicamus eundem M. in Casa. Maieſta. & Sacri Imperij Bannum, ita vt à Maieſtatis ſuz, ac Sacri Imperij pace, ac tuitione exclusus, à prædicto Actore, vel quibuscunque alijs, tam in persona, quàm rebus, impunè offendi ac moleſtari poſſit.

Eodem modo, mutatis † mutandis, fit declaratio, & denunciatio Banni ob delictum in contumaciam non comparentis, quando legitimo iuris ordine ſeruato, delictum probatum eſt, Authen. qui ſemel §. quod ſi. C. quomo. & quon. iud. vt ſuprà cap. prox. dixi. Sed quaeritur, an neceſſario † cauſæ delicti in ſententia declaratoria Banni ex primi debeant? In cauſis ciuilibus tantùm abeſt, vt hoc fieri debeat, vt etiam ſtultitiæ argui iudex poſſit, ſi hoc faciat? quia ſi cauſa expreſſa falſa ſit, reddit ſententiam ipſo iure nullam, per tex. in d. c. ſicut nobis, de ſentent. & re iudic. Panorm. latè ibid. num. 8. cum ſequen. Similiter Bald. num. 2. & Felin. ampliffimè, num. 10. in ſin. cum ſeq. cum alias non expreſſa cauſa, præſumatur lata ex cauſis apparentibus in actis, gloſſ. in l. hæ enim. ff. de ſuſpect. tutor. in verbo, & verum eſt. Doct. ibid. gloſſ. in c. ſi confirmationem, in verbo, infirmari, de elect. in 6. gloſſ. in l. ſi ad exhibendum. ff. de except. rei iudic. in verbo, rei iudicatæ. Alex. conſil. 182. num. 2. volum. 6. incip. in cauſa & lite. & conſil. 12. num. 3. volum. 7. incip. attentis narratis. & conſ. 49. nu. 8. eod. volum. incip. in cauſa & lite vertente. Bald. in l. præſes, nu. 1. C. de ſent. & interloc. om. iudic. vbi dicit cauſam in ſententia non eſſe † exprimendam de neceſſitate formæ, vel legis mandato, niſi in abſolutoria obſeruatione iudicij, vel abſolutoria expèſarum, per tex. in d. l. properandum. §. illo proculdubio. C. de iudic. vel niſi iudex ſamam reſeruare velit, aut irrogare infamiam, per tex. notab. in l. 2. §. ignominia. ff. de his qui not. infa. vel niſi exceptio rei iudicatæ pendeat ex cauſa inferenda, dicta l. ſi quis ad exhibendum, & regulariter, ſi iudex velit recedere à regulis iuris communis, tunc cauſam ſententiæ inferere debet. Felin. in c. quòsd conſultationem, num. 1. in ſine, de re iudic. Sed horum † nihil in Camera obſeruatur, quia cauſa nunquàm in ſententia ex-

34
 primitur, exceptis tantum causis fractæ pacis, vt mox di-
 cam, verum sit relatio ad acta, nulla expressa causa, vide-
 licet: Visis actis & actitatis pronunciamus, & cetera que acta
 15
 † notorium inducunt, text. in c. fin. de cohob. cler. & in l.
 ciues. C. de appell. Ias. in l. ait prætor, num. 2. ff. de iureiu.
 & in l. eius qui in prouincia, num. 3. ff. si cert. pet. vbi com-
 munem dicit. Alexan. consil. 106. num. 27. volum. 3. incip.
 viso themate. Bartol. in l. in summa, num. 1. ff. de re iudic.
 16
 Zaf. in l. naturaliter. §. nihil commune, num. 47. ff. de acqu.
 possess. Quod ad † causas criminales attinet, vtrum in sen-
 tentia causæ articulatum & nuncupatum exprimendæ sint,
 variant Doct. vt refert Iul. Clar. in pract. crim. §. fina. q. 93.
 vers. fuit aliquando, num. 2. Ang. in tract. malefic. in verb.
 & quia nobis, num. 1. cum sequen. vbi omnino vide. &
 Cyn. Bald. Ang. & Salice. in d. l. properandum. §. illo pro-
 culdubid. Sed in Camera in † causis fractæ pacis, & vbiq;
 17
 ferè locorum in Germania in criminalibus optima con-
 suetudine receptum est, vt causa condemnationis senten-
 tiæ interatur, sicut ex præscripta forma sententiæ Banni
 videre est. Et Alberi. in d. l. properandum. §. illo, num. 34.
 eum sequ. dicit ita in Italia quoque obseruari, videlicet,
 Quoniam N. accusatus fuit de tali maleficio, & nobis
 constat per testes, vel confessionem partis, quod illud ma-
 leficio commiserit, ideo illum condemnamus, Ange. &
 Iul. Clar. loco citat. Damhaud. in pract. crim. cap. 55. num.
 11. Felin. in d. c. sicut, num. 15. Quò pertinet, quòd in † sen-
 18
 tentia excommunicationis sit causa exprimenda, alias nõ
 valet, per tex. in c. 1. de sent. excom. glo. ibid. in verbo, cau-
 sam, hoc exéplis declarat, veluti, si iudex dicat, quia per-
 emptorie citatus coram nobis non comparuit, aut quia sol-
 uere certa die iussus ex causa depositi, sed id non fecit,
 ideo eum excommunicamus, Dd. ibid. & Ang. vbi sup. ac
 sententia excommunicationis sententiæ Banni compara-
 ri solet, vt sæpè dictum est, per notata sup. eod. libr. cap. 1.
 Et Bal. in d. c. quia nobis, nu. 3. expresse tenet, in crimina-
 libus causam in sententia exprimendam: et si magis com-
 muni opinio sit, sufficere, si hoc fiat per equipollés, velu-
 19
 ti si dicat: Visis actis, vel ex causis animi nostrum mouen-
 tibus,

ribus, Tul. Clar. d. §. fi. q. 85. vers. vltorius qugro, num. 10. in fine. Bartol. in d. l. in Summa. Angel. in d. tract. malefic. in verb. & quia nobis, per totum, equipollentium enim eandem esse naturam, & idem iudicium, norū est, tex. in Clemen. exiui. §. vt autem, de verb. signific. & in c. licet, el. 2. §. testes autem, de testib. In quibus autem casibus causa inferenda sit sententiæ, vide Bald. Panorm. Felin. & alios in d. c. sicut nobis. Porro † forma sententiæ Banni ob contumaciam ex causa ciuili, putà, si Reus iudicatum non faciat, vel mandatis executorialibus non pareat, talis est:

In der Executionssachen A Kläger eins/wider N. Beklagten / andertheils : Nachdem jetzt gemelter Beklagter den außgangnen/ verkündten/ vnd Verichelich reproducirten Kayserlichen arretirten Executorialen/ darinnen ihme bey Röm. Kayf. Maiestat/ vnd des H. Reichs Acht gebotten worden/ in einer derhalben ange-setzter zeit den hievor außgangnen Executorialn / alles ihres inhaltes nochmals volnziehung/ sampt den auffge lauffenen Gerichtskosten anzaig/ parition zu thun/ darzu ermeltẽ Kläger/ vnnnd dem Kayserlichen Fiscaln respectiuẽ, die zehen Marck lörtigs Goltz/ erklärter vnd verfallener Peen/ berürtten vor außgangnen Executo-rialn einuerkeibe/ zu erurichten/ vnd in einer benandren zeit seine gelaipte gchorfam anzumaygen / in solchen/ auch andern mehr angeetzten terminen/ laim gchorfam noch volnziehung gethan/ So ist auff anlagen solcher seiner ungehorsam/ vnd aller handlung nach/ zu Rechte erkende/ daß gemelter Beklagter vmb solcher seiner un-gehorsam willen/ in dem er angezognen Executorialn/ vnd Berhellen/ alles ihres inhaltes nicht gelebt/ iu obge-melte Peen der Acht gefallen seyn/ gesprochen vnnnd er-klärt werden soll/ als wir jnen auch hienit darcin spre-chen/ erkläre/ vñ darüber notürfftige proceßerkennen.

Latine:

In causa Executionis rei iudicatz inter A. Actorem,

EX VBA

ex vna, contra N. Reum, ex altera partibus: Quoniam dictus N. Reus, emanatis, executis, & iudicialiter reproductis articulis Executorialibus Cæsareis, quibus ei sub poena Cæsareæ Maiestatis, & Sacri Imperij Banno mandatum fuit, vt iam antea emissis Executorialibus in termino præfixo, solutione expensarum, & sex marcarum auri puri, partim Actori, partim Fisco, adiudicatarum plenè satisfaceret, & de partitione omnium statuto tempore legitimè doceret: idque hætenus obstinatè factum nõ sit. Idcirco, accusata contumacia dicti Rei, non parentis huiusmodi Executorialibus, & rei iudicatæ, visisque actibus & actitatis, decernimus, & pronunciamus, ipsum Reum in poenam Banni incidisse, ac vt talem denunciandum, ac publicandum fore, denunciarique, & publicari debere, prout eum in Bannum hac nostra sententia declaramus, & desuper necessarios processus decernimus. Hac sententia in Consistorio Cameræ publicata, statim publicè sub dio sit denunciatio Banni, hoc pacto:

Denunciatio.

Nachdem N. auff betlaung vnd erfolgung A. vmb seiner begangnen vngheorsam willen / in dem er den außgangenen / verkündten / vnd reproductierten Kaiserlichen Executorialen / vnd darauff gefolgten Bruchteil kein solge gethan / an diesem Kaiserlichen Kammergericht in Röm. Kays. Maiestat / vnseres Allergnädigsten Herrn / vnd des H. Reichs Acht / mit Bruchteil vnd Recht gesprochen / vnd erklärt worden ist / darumb in namen / vnd an statt höchstgemelter Kaiserlicher Maiestat / verkünden vnd denunciern wir denselben A. als einen offenen Echter / sehen ihn auß dem frieden / in vnfrieden / vnd erlauben sein Leib / vnd Gut gedachtem Kläger / vnd allermenniglichen.

Latinè:

Postquam N. Reus ad instantiam A. Actoris, ob contumaciam, & non partitionem literarum Executorialium, & rei iudicatæ, in Cæsareæ Maiest. Domini nostri Clementiss.

riffimi, & Sacri Imperij Bannum per sententiam Cæsaræ declaratus sit. Idcirco, nomine ac vice suæ Cæsaræ Maiestatis, publicamus, & denunciamus eundem N. Reū in Bannum Imperij, ita ut à pace & fide Imperij exclusus, atque à prædicto Actore, vel quibuscunque alijs, tam in persona, quàm rebus impunè offendi possit.

Facta t̄ utriusquè Banni denunciatione publicè sub
 dio, Prothonotarius schedulam denunciationis frustilla- 10
 tim rumpit, & in terram abijcit: mox edicta Cæsaræ
 Banni in loco denunciationis, nec non domiciliij publicè
 ad valvas Ecclesiarum, vel domus Senatoriæ affiguntur,
 ad hoc, ut omnibus Bannum innotescat, & Banniti per-
 sona, tanquàm communis omnium hostis, evitari, & im-
 punè offendi queat. Et iste t̄ modus denunciandi Banni- 21
 tos à iure Canonico mutuatus videtur, quoniam in ex-
 communicatione similis quædam forma denunciandi
 præscripta est; nam in actu excommunicationis duode-
 cim sacerdotes Episcopum circumstare, & lucernas arden-
 tes in manibus tenere, easque in conclusione anathema-
 ris vel excommunicationis, in terram projicere, & pedi-
 bus cõculcare debent: deinde epistola per parœcias mit-
 titur continens excommunicatorum nomina, & cau-
 sam excommunicationis, ita text. in c. debent, n. que- 22
 stio. 3. ad idem text. in c. curæ sit, eadem causa & questio.
 tex. in c. 1. §. si. de homicid. lib. 6. Nota igitur, quòd etiam
 publicis edictis causæ excommunicationis inserantur.
 Item in edictis publicis fractæ pacis obtinet, quia causæ
 Banni t̄ exprimuntur, per ea, quæ suprâ dicta sunt. Ru- 23
 ptura chartæ siue schedulæ, in qua denunciatio Banni
 scripta est, & eius in terram abiectio, denotat sententiam
 Banni passum, Civitatem Romanam amittere, & ex civiū
 Romanorum numero deletum, sicque membrum abie-
 ctum, nec privilegiorum, nec beneficiorum iuris commu-
 nis, vel Imperij capacem amplius esse, hoc est, quòd sit ex-
 tra fidem & clientelam Cælaris & Imperij, atque extra
 numerum civium Romanorum, tex. in l. amissione. §. qui
 deficiunt, in fin. ff. de cap. dimin. Bald. in l. 1. num. 4. C. de
 hered. instit. Quòd sit, ut agere volenti iustitia denegetur,
 eò quòd

eò quòd omnes actiones, obligationes, pactiones, & conventiones ex parte Banniti sublatę & extinctę sint, tex. in l. is qui Reus. ff. de publi. iudic. Bartol. & alij ibid. sicut ex ipsa Constitutione pacis publicę clariùs apparet, & infra eod. lib. cap. 12. prolixius dicitur. Ex t̄ præscriptis verò formulis obserua causam Banni, etiã in sententia Banni ob contumaciam lata, exprimi, per notata Felin. in d. c. sicut nobis, num. 1. de re iudi. cum alleg. ibid.

CAP. VI.

De Banno contumacię ob omissam purgationem.

S V M M A R I A.

- 1 Citatio ad purgandum se à crimine fractę pacis, quando decernenda.
 - 2 Citatio ad purgandum ex officio decerni potest.
 - 3 Articuli suspensionis vnà cum citatione transmittendi.
 - 4 Citationi causa in civilibus necessariò inferi non debet.
 - 5 Vitale tamen est, vt hoc fiat.
 - 6 In criminalibus inquisito copia indiciorum, & nomina testium dari debent.
 - 7 Inquisito depositione testium communicanda.
 - 8 Iudex si denegat Reo copiam indiciorum, reddit processum nullum.
 - 9 Idę, procedit etiã in inquisitione summaria.
 - 10 In crimine notorio sententia declaratoria requiritur, quòd delictum sit notorium.
 - 11 Modus procedendi contra citatum, ad se purgandum in causis fractę pacis.
 - 12 Compurgatores quando dandi, & quid iurare debeant.
- Iuramentum purgationis iudiciale est. ibid.

- 13 Probationes imperfecta in criminalibus non coniunguntur.
- 14 Fama cum vno teste in criminalibus non probat.
- 15 Forma iuramenti purgationis.
- 16 Vniuersitas ad purgandum citari potest.
- 17 Vniuersitas vt dicatur congregata, requiruntur duae partes.
- 18 Collegij maior pars preualet minori.
- 19 Articuli purgatorij quando pro confessis acceptari possunt.
- 20 Forma pronuntiandi in causis purgationum in contumaciam non comparentis.
- 21 Articuli defensionales in causa purgationis dari possunt.
- 22 Citatus ad purgandum quando pro contumacia in contumaciam habeatur, ex sententia Panorm.
- 23 Contumacia in non comparendo, & non purgando duplex est.
- 24 Purgatio triplex.
Numerus Sacramentalium ex Camera Ordinatione arbitrarius est.
- 25 Iniuriarum iniuste citatus ad purgandum, agere potest.

QUANDO † quis ex legitimis indicijs & presumptionibus, aut fama publica, de crimine fractae pacis suspectus est, quod videlicet turbatori pacis publicae fauorem, & auxilium praestiterit, aut eum domo, hospitio, vel tecto, aut mensa receperit, & offensus articulatum Iudici Camerae tales causas suspicionis exhibuerit, tunc ad eius instantiam citatio ad purgandum contra suspectum in Camera Imperiali decernitur, vt intra terminum sibi in citatione assignatum, veniat, purgaturus se iuramento, *Entschuldigung mit dem Endt zu thun* / vel legitimis defensionibus de insimulato crimine, idque sub publicae securitatis tessera, vel salvo, vt

- vocant, conducta, bey einem ungeschlichen Glaidt/ für ihn/ vnd alle die jenigen / so er mit ihme zu solchem tage bringen würdt / sicut prolixius, in Constitutione pacis publicæ Impp. Maximiliani I. Caroli V. de Anno 48. tit. 15, & Ordinatione Cameræ, par. 2. tit. 10. §. 1. habetur. Quæ
- 2 t quidem citatio ad purgandum non solum parte offensa petente, sed etiam ex officio decerni potest, maximè in grauioribus delictis, Ordinatio d. tit. 10. §. Es sollen vnd mögen/ cùm publicè inter sit crimina impunita non manere, tex. in l. ita vulneratus. §. quod si quis. ff. ad leg. Aqu. cum similib. Vnde obseruandum, Diuos Impp. scelicissimæ recordationis tam sollicitæ pacis publicæ curam habuisse, vt etiam suspectis non parcendum esse existimarent. Simul autem t cum citatione ad purgandum, articuli suspicionis transmitti debent, ad hanc, vt citatus deliberatè ad respondendum & defendendum comparere possit, ita disponentè Ordinatione loco citato. Et quamuis t de iure communi, maximè in causis civilibus, non sit necessè inserere causam citationi; vt notat Bartol. in l. inter accusatorem, nume. 6. ff. de public. iudic. & in Authen. offeratur, num. 3. C. de litis contest. Socin. in tract. de citat. artic. 20. num. 10. vbi communem dicit in causa ciuili. Ias. ad Rubr. C. de eden. num. 5. Angel. ibid. nume. 2. Ordinat. Cameræ part. 3. tit. 12. §. 3. tamen si fiat, tantum
- 3 abest, vt nocumento sit Actori, vt etiam ei t omnium maximè ad hoc vtilitati sit, ne deliberandi spacium vltèrius citato concedatur, per tex. in c. præterea, ext. de dilat. vbi Panorm. num. 8. post gloss. ibid. in verbo, plenè. Bartol. in d. Authen. offeratur, num. 3. Præterea communi Doct. calculo comprobatur, quòd in t criminalibus, quando per modum inquisitionis proceditur, non solum copia indiciorum, sed etiam nomina testium inquisito, vel de crimine aliquo suspecto dari debeant, cum termino competententi ad se purgandum, & eluendum crimen obiectum. Et idè t absoluto examine, testium publicationem petere potest, vt se defendere, & exceptiones legitimas contra dicta & personas testium opponere queat, per
- 4
5
6
7
- tex.

tex. expressum in c. qualiter, el. 2. §. debet igitur, de accusa.
 & in c. fina. §. cessante, de hēret. lib. 6. gloss. ibid. in verbo,
 iudicijs, & in l. 2. C. de eden. Ias. ibid. num. 5. Bartol. in l.
 fin. num. 8. ff. de quēstionib. tex. sing. in l. vnus. §. cognitu-
 rum. ff. d. tit. Angel. in tract. malefic. in verbis, quōd fa-
 ma publica, versic. & sic benè nota, nume. 7. & versic. item
 aduertas, nume. 37. Hippol. in l. 1. nume. 5. ff. de quēstion.
 Iulius Clarus in practic. criminal. §. final. quēstion. 49.
 num. 2. Ripa in d. 2. num. 8. C. de eden. communiorem di-
 cens. Alexan. consil. 65. num. 1. & 2. volum. 1. incip. habita
 super. Paris. cons. 2. num. 155. cum sequen. volum. 4. incip.
 et si esse Iudęum. Imò † si Reo indiciorum copia denege-
 tur, processus erit nullus: quia defensio nemini auferri
 debet, ne à Principe quidem, tex. in Clemen. pastoralis, de
 senten. & re iudic. gloss. in d. c. fina. §. cessante, de hēretic.
 lib. 6. Doct. in c. 1. & 2. de accusatio. Paris. d. consil. 2. adeo-
 que prudens, & qui, iustique obseruans iudex, etiam ex of-
 ficio hanc communicationem facere debet, quia in causis
 miserabilium personarum, vt sunt carcerati, hoc fieri po-
 test, Angel. vbi supra. Hippol. in pract. crimin. §. nunc vi-
 dendum, num. 9. cum sequen. vbi omninò vide. Iul. Clar.
 d. quēst. 49. [num. 4. & num. 13. cum seq.] Et ista † procedunt
 etiam in casibus, vbi summaria inquisitio sufficit,
 tex. in Clemen. spē. §. non sic tamen, de verbor. significa.
 Doct. ibid. Felin. in c. licet Hely, num. 5. de simonia. Paris.
 d. consil. 2. num. 158. fallit in casu d. c. fina. per rationes, de
 quibus in illo tex. Præterea ista communis opinio, quōd
 nimirum Reo inquisito copia indiciorū & terminus de-
 fensionis dandus sit, procedit etiam in † crimine notorio:
 quia sententia declaratoria ad hoc requiritur, quōd vide-
 licet crimen sit notorium, & idèd Reus in primis audiri
 debet, Iul. Clar. in pract. crimi. quēst. 9. versic. quæro eti-
 am, [num. 7. cum sequen.] vbi communiorem dicit, Boss.
 in tract. crimin. tit. de denunciatione, nume. 9. vbi dicit,
 quōd processus super notorio, iuris ordine seruato, fieri
 debeat, ideoque Reum citandum ad videndum iurare tes-
 tes, & excipiendum contra eorum dicta, & personas. Ex
 quibus omnibus comprobatur Cameræ obseruatio, quōd

Q

in

in causis purgationum super insinulato delicto fractæ pacis, vnâ cum citatione articuli suspicionû citato transmittantur, vt ad purgandum, & defendendum instructus comparere queat. Modus † procedendi talis est: Citatus ad purgandum si compareat, negetque articulos suspicionis, necessè est, vt Actor suspicionem criminis & fractæ pacis probet: idque si facit vel ex fama publica, vel vnus testis testimonio, Reo iuramētum purgationis defertur: & siquidem graui suspicionem laboreat, etiâ cum eo † Coniuratores, siue Compurgatores, aut Sacramentales, (vulgariter *Mitpurgatorn*) probatæ vitæ, iurare debent; quòd videlicet credât eum verum iurasse, iuxta formam Ordinat. par. 2. tit. 10. §. 1. in fin. quæ ex iure Canonico probatur [in c. cum P. Mancohellæ, &] in c. quoties, & in c. fina. §. fin. de purgat. Canon. vbi omninò vide, & Hostiens. [cod. tit. in Summa, num. 3. cum sequen.] quo factò, absolutio sequi debet, & pro iuramento tantisper præsumendum, donec postea ordinaria actione instituta, de mendacio & periurio conuincatur: nam accusator ad probandum periurium admittitur, quia iuramentum purgationis est iudiciále, quod probationem in còtrarium admittit, Doct. in l. admonendi. ff. de iure iur. glo. in c. Mennam; 2. q. 4. in verbo, arbitrio. Ordinat. loco citato, & text. in d. c. fin. §. fi. Quòd autem Iudex pro sito arbitrio, si Actor nõ plenè probet, Reo grauoato verisimilibus præsumptionibus, purgationis iuramentum deferre possit, vide Hostiè: in Summa, de purgatio. Cano. num. 3. Iulium Clarum in pract. crimin. §. fin. quæst. 63. num. 4. Et vtrum in criminalibus Actore semiplenè probante, Reo iuramentum necessarium deferri possit, vide Hostien. & Iul. Clar. vbi supra. & Ias. in d. l. admonendi, num. 225. cum sequen. in repet. Doct. in l. in bonæ fidei. C. cod. Alex. consil. 66. num. 1. volum. 1. incip. viso processu. Quoad accusatorem, communis opinio est, quòd non, per gloss. singularem, & communiter approbatam in l. 3. in verbo, agatur. ff. de iure iur. Alex. ibid. nu. 15. gloss. in c. veniens, et. 1. in verbo, illorum, de testib. Bart. in d. l. admonendi, [num. 57. & ibid. Dr. Ct.] pulchrè Dec. consil. 429. num. 8. cum seq. incip. licet in casu

sis, & cons. 615. nu. 8. cum seq. incip. visa inquisitione. Alex. consil. 15. num. 6. volum. 1. incip. viso processu. & cons. 143. nume. 4. volum. 2. incip. quoniam abunde, vbique dicunt, imperfectas † probationes, ad faciendam plenam probationem in criminalibus coniungi non posse, & probationem quæ fit iuramento, in casu l. si quando. C. vnde vi, in criminalibus locum non habere: item † famam cum vno teste nihil probare, Deci. d. consil. 429. Ratio, quia in criminalibus requiruntur probationes luce meridiana clariores, tex. in l. sciant. C. de probatio. cum similib. vide Iul. Clar. d. q. 63. per totam. Formam autem iuramenti purgationis ex subiecta sententia videre est:

In † sachen angemahner Purgation / zwischen A. an einem / vnd B. andertheils / ist zu recht erkendt / moege vnd wolle gemelter B. ein Eyde zu Gott vnd auff das H. Euangelium schwören / das er zu solcher beschlagen Landtsfriedbrüchigen that vnd handlung kein that / hilff / beystandt / oder fürsich gethan habe / das soll gehört werden / vnd alsdann / er thue das oder nicht / fern er gehen was recht ist.

Latinè:

In causa pzetenz purgationis inter A. ex vna, & B. altera partibus, decernimus, quatenus dictus B. per Deum, & ad sancta eius Evangelia iurauerit, se in commisso fractz pacis crimine, nullum consilium, auxilium, subsidiū, vel adiuuentum pzetitisse, quod hoc audiri, & porro, siue hoc faciat, siue non, fieri debeat quod iuris est, ad hanc formulam sententiz optime facit text. in c. cœlicis, de poenis, libr. 6. Et huiusmodi † purgationis processus, non solum contra singulos, sed etiam contra Vniuersitatem, Ciuitatem, vel Communitatem institui potest, & tali casu defertur iuramentum duabus partibus Vniuersitatis, dato ad hoc Commissario, qui tale iuramentum purgationis ab Vniuersitate recipiat, vt habetur in Ordin. d. par. 2. tit. 10. §. 1. circa finem. De iure communi ad † congregationem Vniuersitatis requiruntur ad minus duz partes, per text. in l. nulli. ff. quod cuiusque vni-

Q 2 uers

uer. nom. gloss. ibid. in verbo, duz partes. & in l. planè. ff. de decret. ab ordin. fac. text. in l. 2. & in l. nominationum. C. de decurionib. lib. 10. vbi dicitur, quòd duz partes ordinis in vrbe positę, totius curię instar habeantur. Vnde pro regula traditur, quòd in rebus siue negocijs † Collegij, vazeat, quicquid facit maior pars Collegij, tex. in c. 2. de renunciat. gloss. ibid. in verbo, maioris, tex. in l. quod maior. ff. ad municip. gloss. ibid. in verbo, curię. Bartol. similiter & communiter Doct. glo. in Authen. hoc ius porrectum, in verbo, maioris. C. de sacrosan. eccles. gloss. in c. 1. in verbo, tractatus, de rebus eccles. non alien. in 6. Felin. præclare in c. cum omnes, num. 17. cum sequen. de constitur. vbi omninò vide cum 14. limitationibus. Porro, si † citatus ad purgandum in termino præfixo non compareat, articuli in causa purgationis exhibiti, in contumaciam pro confessis acceptantur, Ordin. d. tit. 10. §. 2. quo facto, si in contumacia perseverauerit, proclamate prius interposito, citatus contumax pro obnoxio & Reo criminis habetur, atque iteratò citatur, ad videndum se incidisse in poenam Banni Imperialis, sub hac forma :

20 In † der Purgation sachen N. contra O. ist gedachter O. diemeil er sich der Landfriedbrüchigen that / vnd handlung / in Actis angezogener ergangener Urtheil noch nicht purgiert / noch entschuldiget / auff erkende vnd beschehen ruffen / vnd sein vngheorsam / der betlagten Landfriedbrüchiger thaten schuldig / vnd darauff notürfftige Ladung erkende.

Latinè :

In causa purgationis N. contra O. dictum O. ex quo se ab infirmato, & in Actis deducto crimine fractę pacis non purgavit, neq; excusavit, super facto iam antea proclamate, pro obnoxio habemus, & desuper necessariam citationem decernimus, intellige citationem ad videndum se incidisse in poenas Banni Imperialis. Si ad eum modum iteratò citatus, obstinatè non compareat, & innocentiam † suam legitimè probet, datis articulis defensionalibus, quod facere potest, Ordinat. d. tit. 10. §. 2. in fin.

tunc

tunc absque ulteriori probatione facti in Bannum declarari, & denunciati potest, perindè ac si factum legitime probatum esset, & sit declaratio & denunciatio Banni in forma consueta, vt supra cap. proximo notavi. Huc pertinet elegans & singularis doctrina Panormi. in c. veritatis, num. 27. cum sequen. de dolo & contum. quòd † quando infamato iniungitur purgatio, si non venerit ad se purgandum, crimen fateri videatur, ita vt condemnari possit. Item, quòd nolens se purgare, termino elapso, pro còuicto habeatur, Doct. in Labientem. ff. de pœnis. quod tamen Panorm. loco citato ita declarat: Aut, inquit, citatur quis ad purgandum simpliciter, & eo casu contumax non habetur pro còuicto, sed excommunicari debet. Ratio, quia purgatio non fuit ei indicta, sed tantùm citatus ad purgandum: ita intelligit c. excommunicamus. §. qui autem, de hēret. Aut fuit indicta purgatio abienti & contumaci, statuto termino ad se purgandum, & tunc lapsò termino pro còuicto habeatur, ita dicit esse casum in c. tua, de cohabit. cleric. & in d. c. final. de purg. Canon. Ratio, quia contumacia † in non comparendo, iuncta contumaciæ in non purgando intra terminum præfixum, & sic duplex contumacia inducit istam confessionem, quæ dicit singulariter notanda. Sed ex Constitutionibus, & Ordinatis Imperij locis citatis, habemus præscriptum procedendi modum, ergò non insisto, facit ad prædicta tot. de purgat. Canon. & tex. notab. in c. accedens, de accusat. & c. tuq̄ fraternitati, de Apostatis. De triplici purgatione, † siue probatione innocentie, vide Constitutionem Frederici I. de pace tenenda, & eius violat. §. si miles, nam purgatio criminis olim fiebat, aut diuino iudicio, hoc est, periculo aque frigidæ, vel feruentis, tex. in c. ex tuarum, de purgat. Canon. & in c. final. de purgat. vulg. vel ferri candentis & igniti, tex. in c. Mennam. & in c. consulisti. 2. quæst. 4. tex. in d. c. fin. de purg. vulg. De potionè maledictionis, quæ in veteri testamēto exhibebatur mulieribus adulterij in simulatis, vide Numeror. cap. 5. & in c. in lib. 2. quæst. 4. Aut fiebat purgatio humano iudicio, putà duello, tex. in c. 1. & in c. 2. de purg. vulg. Sed isti duo purgandi

gandi modi de iure Canonico prohibiti sunt, quia eo modo se purgare, est tentare Deum, & sic peccatum mortale, text. in c. monomachiam, 2. quæst. 4. gloss. ibid. text. in d. c. final. de purg. vulga. text. in c. quæritur. 22. quæst. 2. & in c. si nulla. 23. quæst. 8. Tertia purgatio fiebat iuramento, cum 12. sacramentalibus, siue compurgatoribus, text. in c. 1. §. cum autem, si de inuestitu. feud. controuers. fuer. & in c. 1. §. sacramentum, de consuetud. recti feudi. & in c. 1. §. præterea, quid sit inuestit. [Numerus sacramentalium, siue compurgatorum, ex Ordinatione Cameræ, parte 2. tit. 10. §. 1. in fin. arbitrarius est, sicut bey bescheidenheit des Richters. Et ita vsu receptum, & omnes tenere scribit Hostien. in Summa, d. titul. de purgat. Canon. nume. 4.] Illud quoq; hic memoria tenendum, quod si iniuste citatus ad purgandum, citantem, facta absolute, iniuriarum immediatè in Camera, vel coram suo ordinario iudice conuenire possit, Ordinatio Cameræ libr. 2. titul. 10. §. final. text. in l. iniuriarum actio. §. final. & in l. item apud. §. si quis libello. ff. de iniur. & famos. libell. facit text. in l. si verò condemnato. §. final. ff. qui satisf. da. cogantur.

CAP. VIII.

Bannitus ob contumaciam omisissæ purgationis, an post sententiam declaratoriam innocentiam suam probare possit,

SUMMARI A.

- 1 *Bannitus ob omisissam purgationem, an innocentiam probare possit.*
- 2 *Sententia ex fictis probationibus lata, non transit in rem indicatam.*
- 3 *Contra confessionem fictam ex statuto admittitur probatio in contrarium.*

4 *Statu.*

- 4 Statuta nunquam excludunt exceptionem innocentie.
- 5 Innocentia exceptio statuto tolli nequit.
- 6 Innocentiam etiam tertius probare potest.
- 7 Ex sententia iniusta non oritur obligatio naturalis.
- 8 Sententia Banni ob contumaciam est interlocutoria.
- 9 Sententia purgationis qualis sit.
- 10 Sententia Banni condemnatoria non valet, si non constet de delicto.
- 11 Articuli suspicionis cur in contumaciam non respondentis pro confesſu acceptantur.

QUID si † Bannitus ob contumaciam non purgantis se, post sententiam declaratoriam contumaciam purgare, & de sua innocentia, pro obtinenda absolutione, docere velit, an sit audiendus? Vtique audiendum esse existimo: Ratio, quia contumacia est fictum delictum, & ficta atque imaginaria probatio, quæ ex præsumptionibus proficiscitur, vt supra eod. lib. cap. 6. prolixius dixi. Hippol. in pract. crimin. in §. postquam, num. 51. cum seq. at † sententia ex fictis probationibus lata, non transiit in rem iudicatam, ergo merito audiri debet, per text. in l. si hi qui adulterij. C. ad leg. Jul. de adul. Innoc. in c. tua nos, nume. 5. de cohab. cleric. Ange. in l. 1. C. sent. rescind. non posse, nu. 2. Natta consil. 444. nu. 5. cum sequen. incip. admitti debet, volum. 2. Curt. iunior consil. 310. num. 37. volum. 3. incip. mature ac diligentissime. Hippol. in practi. crim. §. ordine, nu. 54. cum seq. vbiq. dicunt, sententiam ex præsumptionibus, seu priuilegiatis probationibus prolatam, nunquam in rem iudicatam transire. Vnde inferunt, sententiam latam contra contumacem, habitum pro confesso & conuicto ex forma statuti, minimè in rem iudicatam abire, quia lata ex præsumptionibus, per tex. in c. 2. de purgat. vulg. Boss. in tract. crim. tit. de remedijs contra Bannum, num. 4. Felin. præclare in c. consanguinei, num. 7. de re iudic. vbi dicit, quod iudex † per nouam noticiam innocentie Rei, etiam confessi & condemnati, debet su-

Q 4. perse-

persedere executione. Et est communis opinio Dd. quòd
 contra fictam confessionem delicti inductam à lege, vel
 statuto, admittantur probationes in contrarium de inno-
 centia, per tex. in l. si is qui. C. qui testam. fac. pos. vbi pul-
 chrè Ias. num. 6. cum sequen. & communiter Doct. & tex.
 in l. Diuus. ff. de custod. & exhib. Reor. & in l. raptores. C.
 de episcop. & cleric. tex. notab. in l. vnus. §. cogniturum.
 ff. de quæstionib. & in l. defensionis. C. de iure fic. libr. 10.
 Bal. præclare in Lita demùm, nu. 6. C. de procurat. & in l.
 2. §. quòd si actor, num. 4. C. de iureiur. prop. calum. Imol.
 late in l. creditor. §. iustus, nu. 6. cum sequen. ff. de appell.
 Hippol. in d. §. postquam, num. 47. & in l. 1. §. fin. ff. de quæ-
 stio. & sing. 72. num. 3. incip. per totam ferè. Alciat. in tra-
 ct. præsumpt. reg. 3. præsump. 21. num. 7. Panormit. Felin.
 & alij in c. adferre mihi gladium, de præsum. Deci. in c. 1.
 num. 12. de postul. prælato. Idem conf. 458. num. 8. cum se-
 quen. incip. visis allegationibus, vbiq; dicunt, quantum-
 vis quis in delictis, propter contumaciam à lege, vel sta-
 tuto pro confesso & conuicto habeatur, quòd nihilomi-
 nùs suam innocentiam, etiam post declàratoriam senten-
 tiam Banni probare possit: Item, quod Bannitus oppo-
 nens legitimam exceptionem contra executionem omni-
 nò audiendus, & probata exceptione à Banno absoluen-
 dus sit, vt expressè tenent Ias. in d. l. si is qui. & Hippol. d.
 sing. 72. item Doct. vbi sup. Spec. tit. de accusat. §. sequitur
 videre, nu. 20. Ratio, quia si statuta contumacem pro con-
 fesso, vel conuicto habentia, nunquam excludunt excep-
 tionem innocentie, cum illa sit iuris naturalis: confes-
 sio verò ex contumacia descendens, vigore statuti, ficta &
 imaginaria sit, & ideo probationem in contrarium admit-
 tit. Hippol. in d. §. postquam, num. 47. & §. ordine, nume.
 1. cum sequen. vbi multos casus recenset, quibus senten-
 tia in rem iudicatam non transit. Dec. d. confil. 458. imò si
 exceptionem innocentie statuta expressè tollere neque-
 unt, multò minùs tacite, cum ea iuris naturalis sit, & ne-
 mini, nè à Principe quidem auferri queat, text. notab.
 in Clemen. pastoralis, §. vt igitur, de re iudic. & in d.
 l. vnus. §. cogniturum. Bald. in l. vnica, C. de confess.
 num.

num. 27. & in l. 1. num. 3. ff. ne quis eum qui in ius voca. vi
 exi. vide suprà libr. 1. cap. 18. Paris. consil. 2. num. 155. cum
 sequ. volu. 4. incip. Et si esse Iudæum, gloss. in c. fin. de hæ-
 ret. lib. 6. in verbo, iudicijs. Prædicta vsque adè vera sunt,
 vt etiam t̄ tertius in executione, de innocentia Banni do-
 cere possit, non obstantè regula, quòd in criminalibus
 procurator interuenire nequeat, quæ traditur in l. penul.
 §. ad crimen. ff. de publ. iudic. cum similibus, vt latè dixi
 suprà libr. 1. cap. 10. quia illa regula non procedit, vbicun-
 que de iure communi, vel ex forma statuti contra absen-
 tem ad condemnationem procedi possit: quo casu, qua-
 lecunque sit crimen, admittitur tertius sine mandato, nò
 tanquam procurator, sed excusator, ad allegandum cau-
 sas innocentie illius absentis, per text. in l. seruum quo-
 que, §. publicè. ff. de procurat. Ias. in d. l. si is qui. nu. 7. C.
 qui testam. fac. possunt, vbi communiorem dicit. Alexan.
 ibid. vide sup. libr. 1. d. cap. 10. vbi plura ad hoc allegantur.
 Et quòd Bannitus ex carceribus innocentiam suam pro-
 bare possit, sancitum est in Constitutione criminali Ca-
 roli V. Imperat. artic. 155. Prædictis accedat, quòd ex t̄ sen-
 tentia condemnatoria iniusta, non oriatur obligatio na-
 turalis, text. in d. Clem. pastoralis. §. vt igitur, & in c. fin.
 de sent. & re iudic. in 6. text. in l. 4. §. condemnatum. ff. eo-
 tit. & ita expressè tenet Bart. in l. ab eo. nu. 4. C. quomo. &
 quòd iud. Idem in l. 1. nu. 24. ff. de condic. indeb. Dd. in
 l. Iulianus verum debitorem. ff. eo. titu. vbi Bart. num. 14.
 contrarium tenet. Sed intelligi debet quòd sententia
 est iusta: secus si sit iniqua, licet ab ea nò sit appellatum,
 per iura allegata, & tot. titu. C. quòd. prouoc. non est ne-
 cess. Panor. in c. quòd ad consultationem, nu. 7. de senten.
 & re iud. Barto. in l. 2. num. 2. ff. de iureiur. Ex quibus om-
 nibus firmissimè concludo, in causis turbatæ pacis pur-
 gationum, Bannitum ob contumaciam non se purgantis,
 posse etiam post sententiam declaratoriam innocentiam
 suam probare, eaque probata meritò absolui debere, per
 rationes. Primò, quòd sententia ex fictis probationibus
 & præsumptionibus lata, nunquam transeat in rem iu-
 dicatam, per iura suprà allegata. Secundo, quòd t̄ sen-
 tentia

9
 10
 11
 tentia banni in contumaciam lata sit interlocutoria. Bal.
 in l. 1. num. 12. circ. fin. C. de hæred. instit. Felin. ad rubric.
 de senten. & re iud. num. 15. in fin. Bossius tit. de bannitis,
 nume. 4. Francisc. Marc. quæst. 363. An autem \dagger sententia
 purgationis sit interlocutoria, vel diffinitiva, variat Dd.
 vt notat Panormit. in d. c. quod ad consultationem, num.
 12. vbi tres opiniones refert, & concludit interlocutori-
 am esse, si simpliciter purgatio indicta sit: secus si hoc pa-
 cto prolata sit sententia, Nisi te purgaueris: quia tunc e-
 rit diffinitiva. Tertiò facit, quòd vltra \dagger contumaciam
 Rei conuerti, etiam de delicto luculenter ex veris pro-
 bationibus constare debeat, ad hoc vt sententia banni va-
 leat, vt supra eod. lib. cap. 6. dictum est, per text. in d. l. ra-
 ptores. C. de episc. & cler. text. in l. properaudum. §. & si-
 quidem. C. de iudic. Hippo. in d. §. postquam, num. 48. vbi
 hoc singulariter notandum existimat, pro adiuuandis a-
 micis, in contumaciam absque legitimis probationibus
 bannitis. Facit ad hoc optimè tex. in Authen. qua in pro-
 uincia, §. 1. C. vbi de cri. agi oport. ibi, si tamen omninò ap-
 pareat, & text. in l. 2. §. fin. autem, C. de his qui latro. occul-
 ta. ibi, conuicti. vide quoque Hippo. in repet. l. 1. num. 119.
 C. de rapt. virg. Nellum in tracta. de Bannitis, in secunda
 parte secundi tempor. quæst. 64. num. 18. Aliud esset quan-
 dò in contumaciam delictum probatur per testes, vt dixi
 d. cap. 6. quia tunc sententia transit in rem iudicatam.
 Hinc differentia \dagger ratio colligi potest, cur in causis frac-
 tæ pacis purgationum articuli suspicionis in contuma-
 cia in citati ad purgandum, & non respondentis, pro con-
 fessis acceptari queant, vt habetur in Ordin. Camera Imperialis,
 part. 1. titul. 10. non item in causis fractæ pacis,
 quando principaliter super commisso crimine violatæ
 pacis publicæ agitur, cum tamen vtroque casu actio sit
 criminalis, & ad banni declarationem procedatur. Ratio
 differentia est, quia, vt dixi, in causis purgationum ficta
 probatio ad irrogandam pœnam banni in contumaciam
 sufficit. At in causis fractæ pacis directò & principaliter
 intentatis, non admittuntur probationes imaginariæ &
 præsumptiuæ, sed euentissimæ, & luce meridiana cla-

riores requiruntur, per testes omni exceptione maiores, text. in l. fin. C. de prob. vt dixi supra lib. i. cap. 15. Præterea sententia banni purgationis nõ transit in rem iudicatam, item interlocutoria est. Secus in accusatione super fracta pace, quia sententia transit in rem iudicatam, & est diffinitiuã, vt dixi supra eod. cap. 6. ergo concludentes & euidentes probationes requirit, text. in d. l. fina. C. de prob. & in l. absentem. C. de pœnis, cum similibus.

CAP. IX.

De Banno communitatis, siue Vniuersitatis, & eius effectũ.

S V M M A R I A.

- 1 Vniuersitas ob delictum Banniri potest.
- 2 Vniuersitas dolum committere potest.
- 3 Procurator in causa Vniuersitatis in criminalibus admittitur.
- 4 Requisita ad hoc, vt vniuersitas ex delicto teneatur.
- 5 Vniuersitas in delictis consensu sine legitima conuocatione delinquere potest.
- 6 Vniuersitas in delictis consistentibus in faciendo legitimè conuocari debet.
- 7 In Camera citatio contra vniuersitatem ob delictum, quando discernenda.
- 8 Testes probare volentes legitimam conuocationem vniuersitatis, quomodo deponere debeant.
- 9 Bannum vniuersitatis singulas personas afficit.
- 10 Forma sententiæ contra vniuersitatem.
- 11 Vniuersitas, etsi anima careat, tamen legitimè congregata vicem persona sustinet.
- 12 Vniuersitas nomen iuris est, animo & intellectu carens.
- 13 Dolum, consensus, & voluntas vera in delictis requiruntur.
- 14 Vniuersitas quid sit.

- 15 *Ciuitas vnde dicatur.*
- 16 *Vniuers consentientium vnitatem delicti arguit.*
- 17 *Banni pœna in pecuniariam commutatur, condemnata vniuersitate ob fractam pacem.*
- 18 *Vniuersitas excommunicari non debet.*
- 19 *Banni pœna, permittente Constitutione Imperij, ex iusta causa pecuniaria esse potest.*
- 20 *Scandalum facit, vt pœna Banni pecuniaria fiat.*
- 21 *Forma sententia Banni pœna pecuniaria.*
- 22 *Iudex an pœnam ordinariam minuere possit.*
- 23 *Causa an in sententia criminali exprimenda sit, ob quam pœna minuatur.*
- 24 *Causa ob quas pœna ordinaria minui possit.*
- 25 *Iudex sine causa pœnas iuris communis mutans, eadem pœna mulctatur.*
- 26 *Presumptio in dubio pro iudice.*
- 27 *Ciuitas rebellis amittit sua priuilegia, & solo aquari potest.*
- 28 *Imperator Henricus ciuitatem Brixiam ob rebellionem ad aratrum condemnauit.*
- 29 *Templariorum collegium à Bonifacio Pontifice destructum.*
- 30 *Ciuitas auctoritate superioris destructa, amittit omnia sua priuilegia.*
- 31 *Rebellionis delictum non requirit conuocationis solemnitatem.*
- 32 *Voluntas hominis magis factis, quàm verbis declaratur.*
- 33 *Princeps in causa rebellionis ob innocentes parcere consuevit Vniuersitati.*
- 34 *Seditionis auctores plectendi, & eorum arma deſcienda.*
- 35 *Sylla ambitus condemnatus, imagines amiserat.*
- 36 *Vniuersitas rebellis indicationibus loco pœna grauatur.*

Collecta vniuersitati imposta pro viribus patrimonij cuiusque facienda.

37 *Multitudo peccantium facit, vt à regulis iuris communis recedatur.*

38 *Romanorum decretum contra flagitium rei militaris.*

39 *Exemplo opus est multis personis grassantibus.*

NON solum singulares personæ, sed etiam tota
 Vniuersitas, vel Communitas, aut Ciuitas ob delictum contra pacem publicam commissum, in Bannum Imperiale declarari, & denunciari possunt: Vniuersitas tenim, secundum communem opinionem, dolum committere, & proinde delinquere potest, per text. in l. metum. §. animaduertendum. ff. quod vi aut met. cau. text. in l. sed si ex dolo. §. 1. ff. de dolo malo, text. in l. aliud. §. refertur. ff. de regul. iur. gloss. ordinaria & singularis, ibid. in verbo, refertur, text. in c. 1. §. si quis verò ausu temerario, de pace tenend. & iuram. firmand. Et licet in criminalibus regulariter procurator non admittatur, vt dixi supra cap. 10. lib. 1. tamen hoc in Vniuersitate non obtinet, quæ accusata per Syndicum comparere, & respondere potest, text. in l. tam collatores. §. vt autem. C. de re milit. libr. 12. text. in l. 1. §. quibus, & in l. 2. ff. quod cuiusque vniuers. nom. Dd. in l. nulli, & in l. sicut. ff. eod. titu. Bald. in titu. de pac. Constan. in verbo, damnæ, num. 1. cum sequen. Specul. titu. de procurat. num. 11. §. 1. plene Barto. in l. aut facta. §. nonnunquam, nu. 1. & 4. ff. de pœn. Si verò Syndicum non habeat, iudicis officio, vt aliquem ad litem constituat, compellitur, quo constituto, & non comparente, in contumaciam contra Vniuersitatem probè proceditur, vt notat Barto. in l. 1. in fin. ff. quod cuiusque vni. nomin. Nellus in tracta. de Bannitis in prima parte, primi tempor. quæstion. 5. per totam. Sed vt delictum à Communitate, vel Ciuitate commissum esse dicatur, necesse est, quòd conuocata Vniuersitate, vel conuocatis ciuibus per sonitum campanæ, tubæ, vel alium modum consuetum, deliberatè, consultò, & communicato consilio delictum perpetratum, paxq; publica violata

lata sit: non enim sufficit totam ciuium multitudinem, etiam explicato & leuato vexillo vim publicam inferre, aut homicidium committere, nisi conuocationis solennitas præcesserit, & vnanimi consensu, atque in forma Vniuersitatis arma sumplerint, alias non vt Vniuersitas, sed vt singuli fecisse dicuntur, & singuli, vt seditiosi, puniri debent. Ita se habet communis opinio, per text. in d. l. 2. & in d. l. nulli, & in d. l. sicut, §. 1. ff. quod cuius. vni. nom. text. notab. in l. semper. §. si in sepulchro. ff. quod vi aut clam, ibi, communi consilio, text. in l. quod maior, ff. ad municip. gloss. in d. l. aliud. §. refertur, gloss. ad rubric. C. quæ sit long. consuetud. pulchrè Barto. in d. l. aut facta. §. nonnunquam, num. 3. Panorm. in c. dilectus, cl. 2. nu. 2. de simon. vbi singulariter docet, quomodo & quando dicatur Vniuersitas delinquere. Innoc. in c. grauem, num. 1. cum sequen. de senten. excommun. Bald. præclare consil. 283. per totum, incip. Visa inquisitione, volum. 1. Idem consil. 367. nume. 6. incip. Venerabilis in Christo, volum. 3. Curtius iunior consil. 185. num. 9. incip. post redditum consilium, communioem dicens. Decius consil. 667. num. 9. incip. non consonat, Foller. in præct. crimi. in verbo, banniantur, nume. 34. & nu. 66. Nellus loco citato. Hippo. in præct. crimi. §. Constante, nu. 47. Julius Clar. in præct. crim. §. fina. quæst. 16. versic. vltimus quæro, num. 7. Boër. in tract. de seditiosis, in septimo præsupposito, nu. 8. cum seq. vbi omninò vide. Alberti. in l. ea quidem, num. 15. C. de accusat. Paris. consil. 21. nu. 30. vol. 4. incip. omne ius. Curt. senior consil. 21. nu. 5. incip. Deus æterne. Et hæc procedunt in t̄ delictis tractum successuum nō habentibus, sicut est homicidium, & similia. Secūs si sit delictum continuatum, & actu permanens, vt rebellionis crimen: quo casu Vniuersitas, sine vlla consilij deliberatione, vel multitudinis cōuocatione, delinquit, vt paulò pōst latius dicetur, & ita notat Boër. loco citato, nu. 9. Bar. in d. §. nonnunquam, nu. 4. Sali. in l. 1. nu. 3. C. de seditio. Dec. d. consil. 667. nume. 9. Præterea t̄ necessitas conuocationis locum habet in delictis consistentibus in faciēdo: secūs in omit-tendo. Barto. Salice. & Boër. vbi supr. obseruata tamen distinc-tio-

Rinctione, & Panor. in d. c. dilectus. Quoniam verò t vio-
 lencia in faciendo consistit, acturus super violata pace
 publica contra Vniuersitatem, disertis verbis in libello
 supplici, pro obtinenda citatione narrare debet, qualita-
 tem legitimè factæ conuocationis, delictum nimirum ab
 Vniuersitate, communicato consilio, ciuibus, vel multi-
 tudine, sonantibus campanis & tubis, more maiorum
 conuocatis, commissum esse, eamq; qualitatem, iuris or-
 dine seruato, postea luculenter probare debet, text. in l.
 prætor ait, c. §. docere. ff. vi bon. rapt. cum similibus, vt su-
 præ libro primo, capite septimo prolixius dixi, quæ qui-
 dem probatio satis est difficilis, quia t testes in specie de
 legitima conuocatione fidem facere debent, putà deli-
 ctum in forma Vniuersitatis perpetratum esse, vt præ-
 clare declarat Baldus d. consil. 287. quem ad hoc omni-
 nõ vide. Barto. & Doct. in locis supra allegatis. Oldrad.
 singulariter confi. 315. nume. 3. cum sequent. incip. Circa
 istud propositum: vbi dicit, aliud esse, deponere homi-
 nes Vniuersitatis fecisse, & aliud, Vniuersitatem fecisse,
 quemadmodum etiam aliud est dicere oues, aliud gre-
 gem ouium, per text. notab. in l. seruis legatis. §. ouibus
 legatis. ff. de lega 3. Probata autem qualitate requisita, V-
 niuersitas perindè ac priuatus, & singularis persona ban-
 niri atque proscrìbi poterit, quò t Banno omnes & sin-
 gularè personæ Vniuersitatis, eorumq; bona ex æquò
 afficiuntur, per textum in d. l. semper. §. si in sepulchro.
 [Bartol. pulchrè in d. l. aut facta. §. nonnunquam, nume-
 5. cum sequent. ff. de poenis.] vt in causa Minden contra
 Minden. Forma t pronounciandi & sententiæ Banni hoc
 pacto concipitur:

In der Landfriedbrüchigen sache W. Eläger/ gegen
 Burgemeister/ Rhat/ vnd ganze Gemeinde der Stat
 D. Beelagten. Nach dem gedachte Beelagten/ auß
 denen vnnb denen vrsachen/ dem Landfriden zu wider
 gehandelt/ Derhalben denunzieren/ vnd erklären wir
 dieselben Burgemeister/ Rhat/ vnd ganze Gemeinde/
 als offenbare Echter/ in der Kayf. Majestat/ vnd des
 Heilts

Heiligen Reichs Acht/Sehen sie auß dem Frieden in den Unfrieden/vnd erlauben ihre leib/ haab/ vnd güeter/obgedachtem Eläger/vnd aller menniglich.

Latine.

- In causa fractæ pacis M. Actoris, contra Consules, Senatum, & communitatem ciuitatis O. Reos, quoniam prædicti Rei ex talibus causis (quæ inseruntur sententiæ) pacem publicam violârunt, propterea declaramus, et denunciâmus eos tanquàm notoriè pacis violatores, in Cæsareæ Maiestatis, ac Sacri Imperij Bannum, ita vt à Maiestatis suæ, & Sacri Imperij pace ac tuitione exclusi, à prædicto Actore, & quibuscunq; alijs, tam in persona, quàm rebus, impunè offendi, ac molestari possint. Non obstat,
- 11 quòd † Vniuersitas propriè delinquere nequeat, quia animo & capite, vt Dd. loquuntur, caret, eò † quòd sit nomen iuris, quod nec animum, nec intellectum habet, & sic neque delinquere, neque puniri possit, tex. in l. 1. §. 1. ff. si quadrup. pauper. fecif. dica. text. in l. infans. ff. ad l. Cornel. de sicar. quia † in delictis requiritur verus dolus, voluntas, & consensus delinquentis, text. in l. 1. ff. de furt. cum similib. per notata supra libr. 1. capit. 7. hoc, inquam, non obstat, quia non procedit in Vniuersitate legitimè conuocata, eo nimirum modo, quo supra dixi: tunc enim vicem personæ sustinet, fictione quadam & repræsentatione, per Rectores & Gubernatores Vniuersitatis, quod ad condemnationem sufficit, text. in l. mortuo. ff. de fideiuss. text. in l. an vsusfructus. ff. de fideiuss. & in d. l. 1. §. quibus. ff. quod cuiusque vniuers. nom. & in d. l. 2. ff. eod. titu. Antho. Gomez. variar. resolut. libr. 3. cap. 1. nume. 52.
- 13 Impropiè igitur Vniuersitas delinquit, propriè verò singuli de Vniuersitate deliquisse censentur. Vniuersitas enim nihil aliud est quàm homines Vniuersitatis, quicquid igitur homines ciuitatis deliberato consilio faciunt, Vniuersitas fecisse censetur, factum ab ipso Senatu & Rectoribus ciuitatis, vel maiore parte, legitimè conuocatis, à tota ciuitate factum intelligitur, d. l. quod maior, & d. l. nulli. Ciuitas † à ciuibus appellata est, quasi
- 14
- 15
- ciuium

ciuium multitudo, Cicerone teste. Et ita tenent Bartol.
 in d.l. aut facta. §. nonnunquam. Salicet. in d.l. 1. C. de se-
 ditio. Boer. in d. tractat. de seditiosis, in septimo præsup-
 posito, num. 14. & Doct. in locis supra allegatis, facit tex.
 in l. si familia. ff. de iurisdic. omn. iudic. tex. in d.l. sem-
 per. §. si in sepulchro. ff. quod vi aut clam, eruditè Oldra.
 d. consil. 315. nume. 3. vbi dicit, quòd † vnitas actuum, &
 vnitas consentientium in pluribus, qui communicato
 consilio ad idem perpetrandum accedunt, vnitatem de-
 lecti arguat, per d. §. si in sepulchro, text. in d.l. sed si ex
 dolo. §. 1. ff. de dol. mal. gloss. ibid, in verbo, facere, quæ
 est singularis. Plerunque tamen † pœna Banni in pecu-
 niariam conuertitur, quandò Vniuersitas ob delictum
 pacis publicæ condemnatur, idque propter innocentes,
 pupillos, minores, mulieres, prægnantes foeminas, & na-
 scituros infantes, qui tempore delicti non condemna-
 tionis, vel latæ sententiæ primùm nati sunt: pœna enim
 suos authores tenere debet, text. in l. sancimus. C. de pœ-
 nis. Et ita communiter concludunt Dd. ex doctrina In-
 nocen. in d. c. grauem, & d. c. dilectus. Panormit. Felin. &
 alij ibid. Barto. in d.l. aut facta. §. nonnunquam, nu. 5. di-
 stinguunt, vt ibi per eum. Cyn. in l. Si quis in tantam, num.
 15. C. vnde vi. Boer. d. septimo præsupposito, nu. 15. vbi ple-
 nissimè Salicet. in d.l. 1. C. de sedit. per text. in c. Romana,
 in fine, de senten. excommun. in 6. vbi dicitur, quòd in †
 Vniuersitatem, vel Collegium, excommunicationis sen-
 tentia proferri non debeat, ne innoxij puniantur, & sic
 de iure Canonico Vniuersitas excommunicari non de-
 bet, sed tantum illi, quos culpabiles esse constiterit, text.
 in d. c. Romana. Cicero libro primo Officiorum, inquit,
 De euertendis diripiendisque vrbibus valdè illud con-
 siderandum est, ne quid temerè, ne quid crudeliter fiat,
 idque est magnanimi viri, rebus agitatæ punire fontes,
 multitudinem conseruare. Et ita in Camera obserua-
 tur, quòd † pœna Banni contra Vniuersitatem in pecu-
 niariam conuertatur: nam ex Constitutione pacis pub-
 licæ Imperatoris Caroli Quinti, anno quadragesimo
 octauo promulgata, ea potestas Iudici & Adfessoribus

Camera expressè conceditur, vt nimirum ex iusta causa
 pœnam Banni ordinariam, in pecuniariam conuertant,
 20 putà, si † Bannum sine publico metu, vel scandalo, exe-
 cutioni mandari non posset, per textum in l. qui eadem,
 ff. ad l. Cornel. de sicar. gloss. in c. si ergo, in verbo, clamo-
 ribus, 3. quæst. 1. gloss. not. in c. lator, in verbo, reddere, 2.
 quæst. 7. Tiraquel. in tracta. de pœnis, causa 46. per totâ,
 text. in c. cum olim, de cleric. coniug. gloss. in c. cum te-
 neamur, in verbo, si non potest, de præben. & dignit. glo.
 in c. presbyter, el. 2. in verbo, suspendatur, 2. quæst. 5. Feli.
 in c. super eo, el. 2. nume. 1. de sentent. excommuni. vbi
 multa ad hoc cumulat, & in c. qualiter & quando, el. 2.
 num. 43. de accusat. & in c. nihil, nume. 2. cum sequen. de
 præscript. vbi 33. casus ponit, quibus periculo scandalo-
 rum aliquid fieri permittitur, vel prohibetur, gloss. no-
 tab. in c. fin. in verbo, rigor, de sentent. excommuni. Et hoc
 non tantum cum Vniuersitate, sed etiam cum priuatis
 obseruatur, quando nimirum delicti atrocitas tanta non est,
 vt pœnam Banni mereatur, & tamen publicè interfit,
 commissam violentiam coerceri, quæ omnia iudicis pru-
 dentiz & discretioni committuntur, per notata Bar-
 tol. & Docto. in l. quid ergo, §. pœna grauior. ff. de ijs qui
 noran. infam. & in l. & si seuerior. C. eod. titu. Forma
 † sententiz in Camera hoc pacto concipitur, & publi-
 catur.

In der Landfriedbruchigen sachen D. Eläger / wi-
 ber E. Beclagten / ist allem fürpringen nach zu Rechte
 erkhendt / das auß bewegenden vrsachē / gedachter Be-
 clagter / in die gemeine Peen des Ländfriedens / nemlich
 der Achte / nicht / Sondern vmb sein angezogene vnd ge-
 sūbte vrrhandlung willen / dem Kaiserlichen Fisco / vñ
 ermeldtem Eläger / in ein Gelt peen / die auß N. Marek
 lörtigs Goldes gemessiget / zu erkleren / vnd zu verdam-
 men sey / Darein wir denselbigen hiemit auch erkleren /
 verdammen / vñnd erkennen / das er den halben theil
 berürten Elägern / Darzu die Gerichts lössen / derwe-
 gen

gen auffgelauffen/nach rechtlicher ermäßigung zu ent-
richten vnd zu bezahlen schuldig sein solle.

Latinè.

In causa fractæ pacis D. Actoris, contra E. Reum, visis actis & actiratis, pronunciamus, decernimus, & declaramus, dictum Reum, ex iustis causis nos mouentibus, non in ordinariam Banni, sed pecuniariam pœnam N. Marcarum auri, condemnandum esse, prout eum in dictam pœnam pecuniariam, partim procuratori fisci, partim actori soluendam, vnà cum refusione expensarum, saluo tamen nostro iudiciali moderamine, condemnamus.

Quinimò de iure communi, † iudex pœnam ordinariam iuris, vel statuti, ex causa mutare & minuere potest: idque maximè in maioribus magistratibus receptum est, licet minores, inconsulto Principe, hoc facere non debeant, præsertim post condemnationem. Dd. in d. l. quid e ego. §. pœna grauior. Decius in c. de causis, nu. 18. extr. de offic. delegat. vbi communiorem dicit. Viuius in libr. commun. opinion. in verbo, Iudex vbicunque. Aretin. in d. c. qualiter, el. secundo, num. 24. de accusation. Didac. Couarr. Var. Resolur. libro secundo, capite 6. num. 9. Tiraquel. in tractat. de pœnis, in præfation. num. 22. Iulius Clarus in practic. criminal. §. final. quæstion. 85. versicu. vltcrius quæro, nume. 10. vbi omninò vide. Et quamuis † nonnulli existiment, eo casu, quo iudex ab ordinaria pœna recedit, causam cur id faciat, in sententia exprimi debere: tamen communiior opinio est, sufficere generalitatem, quodd nimirum id faciat ex causis animum suum mouentibus. Bartol. in d. l. quid ergo. §. pœna grauior. Paul. Grillandus in tractat. de relaxatio. carcerato. capite primo. Iulius Clarus loco citato. Bossius titul. de pœnis, num. 10. Beluifo in practic. criminal. in rubric. de fuga Rei, numer. 62. Menchiaca. controuersiar. illustr. cap. 14. num. 5. communiorem dicit, vti eum refert Iulius Clarus. Et hanc opinionem Camera etiam hodie sequitur, vti ex iam recitata formula constat. Moltz

R 2 autem

- 24 autem ꝑ causâ à Doctōrib, passim cumulāntur, ob quas
 pœna ordinaria in extraordinariam commutari possit,
 vt sunt, nobilitas, artis insignis & excellentis peritia,
 multitudo reorum, meritorum probatio, prouocatio ad-
 uersarij, delicti diuturnitas, dormientis delirium, igno-
 rantia, ebrietas, furor, ira, ætas, probitas anteaactæ vitæ,
 casus, officium, disciplina: de quibus omnibus vide co-
 piose Tiraquel. in d. tractat. de pœnis. Bartol. in d. l. quid
 ergo. §. pœna grauior. Blancum in pract. criminali. §. iuris
 permissione, cum §§. sequentibus. Nellus in tracta. ad de-
 fensam, cap. 1. per totum. Afflict. prolixè in c. 1. §. si quis
 hominem, nume. 1. cum sequen. de pace tenend. Hippol.
 ad l. 1. num. 44. ad l. Cornel. de sicar. Idem in pract. crimin.
 §. quoniam. num. 61. cum sequen. Iulius Clar. amplissimè
 in tract. crimin. §. fin. quæst. 60. per totam. Damhauder. in
 pract. crimin. cap. 84. per totum. Vide in Obseruatio. meis
 lib. 1. Obser. no. Felin. in d. c. qualiter, num. 37. vbi septem
 casus refert, quibus pœna ordinaria, vel intendi, aut re-
 laxari & remitti possit, & singulariter ibidem tradit, iu-
 25 dicem ꝑ sine causa ordinariam pœnam iuris cōmunis mu-
 tantem, infamia notari, per tex. expressum, & notabilem
 in l. seruos. §. fin. C. ad l. lul. de vi publi. imò pari cum reo
 pœna plectendum esse. voluit Roma. singu. 78. num. 1. in-
 26 cip. veni, quia, per tex. vnicum in iure, in l. nulli. §. fin. C.
 ne sanct. bapt. itere. In dubio ꝑ verò pro iudice præsumen-
 dum, quòd pœnam iuris communis ex iusta causa muta-
 uerit, quod est in praxi diligenter obseruandum. Felin. in
 d. c. qualiter. num. 45. pulchra a postilla ad Rom. d. singul.
 78. & sing. 666. incip. tu habuisti. Bartol. in d. l. quid ergo,
 27 §. pœna grauior. Porrò si ꝑ ciuitas vel vniuersitas com-
 mittat enormissimum delictum, putà, rebellionis aduer-
 sus Principem, tunc nō solum banniri, priuilegijs, & bo-
 nis priuari, sed etiam funditus eueri, & solo, damnata
 eius memoria, æquari posset, text. in l. si vsusfructus. ff.
 quibus mod. vsusfru. amitta. vbi exemplum de Carthagi-
 ne ponitur. Innoc. in c. cùm ex iniuncto, nume. 3. de noui
 oper. nunciat. Bartol. in d. l. aut facta. §. nonnunquam,
 28 num. 6. vbi ꝑ dicit, Imperatorem Henricum, suo tempore
 tulisse

enlisse sententiam diffinitiuam aduersus Brixienfes ob rebellionem, qua condemnauit ciuitatem ad aratrum, licet misericordia motus, postea eam pœnam relaxauerit, & Bonifacium Pontificem, ob t̄ quorundam Templariorum delictum, totum collegium destruxisse. Bald. titul. de pace Constan. in verbo, damna, nume. 2. & in verbo, Imperialis, num. 8. ubi dicit, ciuitatem ad aratrum superioris auctoritate damnatam, vel ab Imperatore perpetuò bannitam mortuam censerì. Idem d. consil. 367. nume. 6. & in Auchen. habita, nume. 7. C. ne filius pro patre. Afflict. latè in c. 1. nume. 13. de cap. Conrad. gloss. singul. in §. 1. in verbo, rebellando, in fin. titul. qui sunt rebelles, in extrauagan. dicens solius Principis esse, ciuitatem aratro subijcere, exempla in Germania, nostra adhuc memoria, quædam extant. Veteres in euertendis vr̄ibus aratrum inducere solebant. Horatius Carm. libr. 1. Ode. 16.

imprimeretq; muris

Hostile aratrum exercitus insolens.

Ciuitatem t̄ autem, vel castrum, superioris auctoritate destructum, omnia priuilegia amittere certum est, ob maximam, quam patitur, capitis diminutionem, vnde omnia eius iura in solidum consumuntur: destructo enim principali, corruiit eius accessorium, tex. sing. in l. cognitionum. §. consumitur. ff. de var. & extraord. cognit. & in d. l. si vsusfructus. ff. quibus modis vsusfr. amitt. Alberic. ibid. nu. 4. Bar. in l. si. num. 24. ff. de illicit. colleg. gloss. notab. in c. priuilegium 1. de reg. iur. in 6. Philip. Franc. ibid. num. 3. Bald. præclare in margarita, in verbo, ciuitas. [Inno. in d. c. cum ex adiuncto, num. 2.] Bello. consil. 1. nu. 8. Curt. senior cons. 36. num. 4. incip. casus proponitur. Vide plenius Obseruationum lib. 2. Obseruat. 61. Et huiusmodi delictum t̄ rebellionis non est difficilis probationis, cum sit publicum, & sic celari nequeat, text. in c. manifesta, & in c. de manifesta, 2. q. 1. tex. in c. euidentia, de accus. fatio. et hoc casu, conuocationis solennitas, vt in initio dixi, necessaria non est, cum sit delictum continuum, ad quod

R. 3 totus

torus populus, tanquàm belua multorum capitum furiosè concurret, quandò exoritur.

Verg. lib. 1. Aeneidos.

Seditio, seu itaq; animis ignobile vulgus.

Iamq; faces, & saxa volant, furor arma ministrat.

- 32 Satis enim ipso facto vniuersitatis voluntas declaratur: quia t̄ hominis voluntas magis factis, quàm verbis ostenditur, text. in c. dilecti filij, de appellat. text. in l. reprehendenda. C. de instit. & substitut. Boer. in d. tract. de
- 33 sedit. in 7. præsupposito, nu. 9. cum seq. sed etiam hoc t̄ casu Princeps clementia & gratia vti consuevit, parcendo Vniuersitati, ne infantes pereant cum nocentibus, plectendo verò auctores seditionis & duces factionum destructione capitis, exilio, publicatione bonorum, priuilegiolorum amissione, longinquis peregrinationibus, condemnatione ad triremes, vel ad operas publicas temporariè, puta ad certum tempus, vel perpetuò, nimirum ad dies vitæ, per text. in d. c. Romana, & in d. l. qui eadem. ff. ad l. Corel. de sicar. text. in l. constitutiones. ff. de appell.
- 34 Et si grauius delictum sit, putà crimen læsæ maiestatis, sumpto de authoribus supplicio, & memoria eorù damnata, ædificia quoque solo æquantur, & insignia gentilicia, siue arma passim familiaræ, & gēilitatis splendore suspensa, & affixa, perpetuè ignominia causa tolluntur, & deiiciuntur, per tex. sing. & vnicum, in l. eorum. ff. de pœ. Bart. ibid. nu. 1. facit text. in §. receptatoribus, de pace tenend. & iuram. firm. Roman. singu. 480. incip. Eorum arma. & singu. 673. incip. an arma. Tiraq. in tract. de nobili. cap. 6. nu. 15. & c. 27. nu. 116. Gigas de cri. læsæ ma. libr. 3. tit. de p̄ditorib. cap. 8. num. 1. & eod. libr. tit. de rebellib. cap. 23. nu. 1. Ias. in §. pœnales, nu. 14. Instit. de act. & in l. si quis id quod. ff. de iurisd. omn. iudi. Dd. ibid. Tiraq. de pœnis, causa 47. per totam. Sic t̄ Sylla ambitus condēnatus, imagines amiserat, vt refert Cicero in oratione pro Sylla: Si iudicio, inquit, vestro erit liberatus, domus erit exornata, & perientur maiorum imagines, ipse ornatum, & vestitum recuperabit: omnia iudices hæc amissa sunt, omnia generis,

generis, honoris, nominis insignia atque ornamenta, v-
 nius iudicij calamitate occiderunt. Ne autem † Vniuer-
 sitas impune euzdat, in terrorem, & ad exemplum alio-
 rum, magnis indictionibus, & varijs tributorum generi-
 bus grauetur, vt sic quasi singuli in bonis puniantur. Dd,
 vbi supra. Bartol. in d. §. nonnunquam. Natta consil. 158.
 num. 10. vol. 1. incip. post superiora. Et tali cusu quandò
 imponitur vniuersitati collecta ob delictum, illa per 2s
 & libram, hoc est, pro viribus patrimonij, non per capi-
 ta fieri debet, gloss. ordinaria in d. l. 1. §. fin. in verbo, pro-
 consul, in fin. ff. quod cuiusque vniuersit. nomi. Anthon.
 Gomef. variar. resolut. lib. 3. cap. 1. nu. 53. Natta d. consil. 158.
 Bart. in l. 4. incip. si se non obtulit. §. actor, num. 2. vbi om-
 ninò vide. ff. de re iudic. Alexan. in d. l. 4. nu. 12. vbi dicit,
 quod condemnato Syndico vniuersitatis, executio fit
 contra vniuersitatem: & quod pro solutione condemna-
 tionis, vniuersitas possit imponere collectam per 2s &
 libram, quod latius ibid. prosequitur. Multitudini verò
 quòad pœnam corporalem, parcitur, partim propter in-
 nocentes, partim quoque ipsa multitudinis ratione, in-
 xta illud vulgatum:

Ob populum multum crimen pertransit insultum.

Nam † ob multitudinem à regulis iuris communis re-
 ceditur, & ob multorum stragem seueritati detrahitur,
 per tex. in c. ipsa pietas. §. verum, & in c. Guilifarius, & in
 c. non potest, 13. q. 4. text. in c. fin. de transact, & in c. latro-
 ne, de cler. excomm. tex. in c. dilectus filius, de simonia, &
 in l. pen. ff. ad l. Cor. de ficar. Iul. Clar. d. §. fi. q. 60. ver. alle-
 gatur, nu. 30. vbi dicit regulam illam, quòd facientium &
 consentientiu par sit pœna, non habere locum in multi-
 tudine consentiente, & ided minori pœna eã plectendã.
 Ang. in l. is qui opem, num. 4. ff. de furt. Boer. loco citato,
 quem omninò vide. De † Romanorum decreto, multitu-
 dine militari peccante, scribit Cicero in Orat. pro A.
 Cluentia habita. Statuerunt, inquit, maiores nostri, vt si à
 multis esset flagitium rei militaris admissum, sortione
 in quosdam animaduertetur, vt metus videlicet ad om-
 nes, pœna autem ad paucos perueniret. Plutarch. in vita

Crassi hunc morem Romanorū peruetustum fuisse scribit, qui minorem damno ignominiam continet, plurimumque aspicientibus horrorem inijcit. Idem in Scipione Africano notat, quòd Scipione ipso ægrotate, cùm esset orta inter milites magna seditio, rem ipsam Scipio ad còsiliū retulit, cuius maior pars in eos, à quibus initium tumultus ortus erat, animaduertendum, & reliquis ignoscendum censuit, sic enim fieri posse, vt pœna ad paucos, exemplum ad multos perueniret, facit text. in l. i. C. ad l. Iul. repet. vbi dicitur pœnam vnus, debere esse pœnam multorum, text. in l. aut facta. §. fina. ff. de pœnis vbi dicitur, multis † personis grassantibus exemplo opus esse, text. in l. i. C. de precib. Imp. offer. & in d. c. Guilifarius, 23. quæst. 4. & in c. i. §. sed nos, tit. qui sint rebel. in extrauag. gloss. ibid. in verbo, crescit, & in c. ad reprimentum, titu. quom. in læsæ maiest. crimi. proced. vide prolixius Tiraq. d. causa 47. in tract. de pœn. & Alex. ab Alexandro Genialium dierum lib. 2. cap. 10.

CAP. X.

De receptatoribus Bannitorum.

S V M M A R I A.

- 1 Receptatores latronum pari pœna plectuntur.
- 2 Domini pradiorum reos exhibere tenentur.
- 3 Citatio contra receptatores Bannitorum in Camera deservitur.
- 4 Bannitos Imperij nemo domo recipere debet.
- 5 Excommunicatos similiter.
Pœna receptatorum vnde originem sumpserit.
- 6 Ignorantia à pœna receptionis excusat, quia ignoras ca. ret dolo.
- 7 Ignorantia à delicto & pœna excusat.
- 8 Cum fure aut latrone consuetudinem habens, an sit puniendus.
- 9 Ignorantia presumitur regulariter.

- 20 Notorium tollit ignorantia presumptionem.
- 21 Ignorantia in facto publico non excusat.
- 22 Bannum Imperij vbiq; terrarum per publica edicta innotescit.
Publica proclamata in omnium notitiam transire presumuntur, vs quilibet de Prouincia presumitur scire illud, quod in parte Prouincia publice factum. *ibid.*
- 23 Fallit.
- 24 Qualibet causa & credulitas excusat à dolo.
- 25 Bona fides potest etiam esse in iniustis causis.
- 26 Vxor maritum Bannitum licite recipere potest.
- 27 Matrimonium aqua & ignis interdictione non soluitur.
- 28 Vxor viri calamitates moderatè ferre debet.
- 29 Pater filium Bannitum licite recipit, & contra.
- 20 Filius Notarius falsum committens pro honore patris, mitius puniri debet.
- 21 Filius naturalis tantum, patrem Bannitum recipere potest.
- 22 Filius spiritualis patrem spiritualem Bannitum recipere potest.
- 23 Filius an patrem Bannitum alere teneatur, & virum eum occidere queat.
- 24 Sententia communis, quòd pater in casibus impune occidi possit, plena crudelitatis est & impietatis.
- 25 Agnati & cognati recipientes Bannitum agnatum, an excusentur.
- 26 Facientes & consentientes, an pari pena plectendi sint.
- 27 Amicus an amicum Bannitum recipere possit.
- 28 Amicus magis necessarius, quàm ignis & aqua.
Amici sunt vna anima in pluribus corporibus. *ibid.*
Amicus an possit in iudicio pro amico sine mandato agere. *ibid.*

- Amici an habeant iura suitatis. ibid.*
- 29 *Amicum in necessitate deserere, inofficiosum est.*
- 30 *Amici causa contra Imperium vel patriam non peccandum.*
- 31 *Amicus vsque ad aram, nam olim iurantes aram manus contingebant.*
- 32 *Amicorum appellatione qui veniant.*
- 33 *Bannitus vi metūve recipientes, à pœna receptionis excusantur.*
Peccatum ex voluntate est. ibid.!
- 34 *Coacti magis pati, quam agere videntur.*
- 35 *Caupones Bannitos recipientes hospitio repensino, an puniendi.*
Receptare actus frequentiam significat. ibid.
Caupones hospitium viatoribus denegare non possunt, nec tenentur de singulorum conditionibus inquirere. ibid.
- 36 *Fideiubens pro Bannito, vel ei pecuniam suppeditans, in pœnam praestiti auxilij incidit.*
- 37 *Forma sententia Camera Imperiali contra receptatores Bannitorum.*

PESSIMUM genus † receptatorum est, sine quibus diu latere nemo potest: vnde præcipitur, vt perinde puniatur atq; latrones, ita tex. in l. i. ff. de receptato, & in l. congruit. ff. de offi. præli. & tex. in l. i. C. de ijs, qui latro, vel alijs criminibus reos occultauerunt. Eos, inquit tex. qui tecum alieni criminis reos occultando, eum eamve sociarunt, per ipsos & reos pœna expectet: & latrones quisquis sciens receperit, & eos offerre iudicibus superfederit, supplicio corporali, aut dispendio facultatum, pro qualitate personæ, & iudicis æstimatione plectetur, adde textum notab. in l. 2. C. eodem tit. quo pacto † domini prædiorum reos exhibere teneantur, text. in l. 3. §. non tantum. ff. de incend. ruin. naufrag. text. in §. si clericus, de pace tenenda, Bald. ibidem nume. 1. facit text. in c.

in c. Apostolicæ. §. decernendo, de sentent. & re iudic. lib. 6. Zas. consil. 15. num. 102. volum. 1. incip. quamuis in isto. Hinc est, quòd ex t Constitutione pacis publicæ, contra receptatores Bannitorum Imperij, parte offensa postulante, vel ex officio, citationes ad videndum se incidisse in poenas Banni, decernantur: quia non minùs sunt criminosi receptatores, quàm ipsi aggressores: nam ipsa t Constitutio fractæ pacis prohibet sub poena Banni recipere Bannitos, cum sint hostes Imperij, vt suprâ eodem lib. cap. 1. dictum est, & idè nulla cum ijs coniunctio, aut conuersatio esse debet. text. notabilis in c. foelicis, de poenis, libro sexto. contemnit quippe Imperij leges, & Constitutiones, qui eius hostem, nulla hospitalitate, sed omni odio dignum, malo exemplo, tecto, domo, mensæve recipit atque fouet. Idem in t excommunicatis receptum est, vt recipiens excommunicatum domo, mensa, colloquio, vel osculo, eo ipso eadem poena teneatur: sed nec orare cum ijs licet, text. in c. 2. de except. & in c. sicut, c. excommunicatos, c. cum excommunicato, c. si quis, 11. quæst. 1. Hæc poena receptatorum, ab antiquis Græcorum & Romanorum legibus originem sumpsisse videtur, nam Plato libr. 11. de legibus, circa fin. scribit in hæc verba, si quis de vi parētibus illata damnatus fuerit, primùm quidem ex vrbe egrediatur, in exiliumq; perpetuum proficiscatur: Si quis verò ex liberis hominibus, cum tali viro vel comederit, vel biberit, vel re alia quacunq; cum eo communicauerit, atque idè, si ei obuiam factus sua spontè tetigerit: neque in templum ingrediatur, neque in forum, neque omninò in urbem, priusquam purgetur: putet enim se cum homine scelesto communicasse. Et Liuius libr. 6. suæ tertiæ Decadis, inquit: Qui victus acie excessisset, cum ne quis vrbe, tecto, mensa, lare reciperet, diram execrationem in populares obtestationemq; quàm sanctissimam potuerunt, aduersus hospites composuerunt. Vide Tyraquell. de retract. §. 1. gloss. 9. num. 276. cum seq. Sunt tamen nonnulli casus, quibus receptatoribus Bannitorum, partim omninò parcitur, partim verò poena minuitur. Et primò à t poe-
na re-

na receptionis excusat ignorantia facti, vtputà, si quis per ignorantiam Bannitum tecto, vel hospitio excipiat, aut eo familiariter vtatur: Ratio, quia receptio dolum malum requirit, per iura initio allegata, & tex. in l. quicumque. C. de seruis fugit. Bald. ibid. num. 1. vbi dicit, receptionem esse de natura boni, quia natura cognitionem constituit inter homines, & vnum ad alterius subsidium inducit, tex. in l. vt vim, in fine. ff. de iusti. & iur. facit tex. in l. seruus, in fin. ff. de seru. exportan. gloss. ibid. in verbo, affici. cessante ergò dolo, cessat delict. nam non omnis qui recipit, statim delinquit, sed qui dolo malo recipit, & non per ignorantiam, tex. in d. c. foelicis, ibi, scienter, tex. notab. in d. l. 3. §. non tantum, tex. in l. Metrodorum. ff. de poenis, facit tex. in l. in furti. §. rectè. ff. de furt. text. in l. generali. C. de tabularijs, lib. 10. tex. in l. fin. in fin. ff. de operib. public. vbi dicitur poenas aduersus scientes paratas esse, tex. in l. genero. ff. de his qui not. infam. Ignorantia t̄ regulariter à delicto & pœna excusat, quia ignorans non contemnit Constitutiones Imperij, tex. notab. in l. si ignorans. ff. locati, & iura suprâ allegata, gloss. singul. in d. l. 1. in verbo, latrones. ff. de receptoribus, Bartol. ibid. in §. in pari, num. 2. Idem in l. fin. num. 2. ff. si quis testam. lib. esse, & ceter. & in l. omnes, num. 1. C. de agric. & censur. lib. 11. Bald. in c. à nobis, num. 1. extr. de except. dicens, non incidere in crimen t̄ eum, qui cum fure, latrone, aut homicida conuersatur, si delicti scientiam non habeat, aut eius sit particeps, tex. in l. scimus. C. de poenis. latè Hippol. in l. qui ignorans, num. 9. cum sequen. ff. ad leg. Cornel. de sicar. & in l. qui falsam, num. 65. cum sequen. ff. eodem tit. Nellus in tract. de Bannitis, in 3. par. secundi tempo. quæst. 20. num. 12. Gigas in tract. de crimine lesæ maiestatis. libr. 3. Rubr. de pluribus & varijs quæstionib. quæst. 10. num. 8. præsumitur t̄ autem ignorantia regulariter tantisper, donec scientia probetur, text. in c. præsumitur, de regul. iur. in 6. probatur autem scientia, si factum publice notorium sit, idque ex contraria præsumptione, text. notab. in l. sed etsi pupillus. §. proscribere. ff. de instito. actio. vbi dicitur, si quis dicat se ignorasse literas, aut non obser-

obseruasse, quod propositum erat, cum multi legerent,
 cumque palam esset propositum, non audietur. Nam †
 notorium tollit ignorantie presumptionem, cum igno- 10
 rare quod publice manifestum est, crassa & supina, atque
 affectata sit ignorantia, quae scientiae comparatur, text. in
 c. 1. de postulat. praelat. & in c. cum in tua, qui matrimon.
 accus. poss. text. in c. cum inhibito. §. 1. de clandest. despon.
 text. in l. nec supina, & in l. regula. §. sed facti, ff. de iur. &
 fact. ignor. gloss. singul. in Clem. pastoralis, de senten.
 & re iudic. gloss. in d. l. 1. de receptato. Bartol. in l. si cui. §.
 iisdem, num. 2. ff. de accus. pulchre Bald. in d. l. quicumq;
 num. 2. ff. de seru. fugit. Hippol. in d. l. qui falsam, nume.
 88. & in d. l. qui ignorans, num. 18. & num. 23. cum sequen.
 ubi dicit, allegantem † ignorantiam facti publici, esse in 11
 dolo praesumpto, & in lata culpa, & ideo eum non audi-
 endum, cum paria sint scire, & scire debere, text. in l. quod
 re. ff. si cert. pet. Dd. ibid. Bart. in l. leges, nu. 1. & 2. de leg.
 Rom. consil. 127. num. incip. posito. late Tyraq. in tract. de
 poenis, causa 13, nume. 22. cum sequen. Quapropter in †
 Bannito Imperij vix ignorantia Banni allegari posset, aut 12
 allegata excusaret, cum Bannum Imperij publica solen-
 nitate sub dio, in magna hominum frequentia, irroge-
 tur, & denunciatione facta, passim per Imperium publi-
 cis edictis proscribatur, facit optimè text. in d. l. sed et si. §.
 de quo. & in §. proscribere. ff. de instito. actio. [Ias. consil.
 47. num. 3. volum. 2. incip. pro filco. ubi dicit, publica pro-
 clamata, in omnium notitia transire praesumi: item quem-
 libet de Prouincia praesumi scire illud, quod publice fa-
 ctum est in parte Prouinciae, per allegata ibid. & text. in §.
 licentiam, in Authen. quomodo oporteat Episcopos, etc.
 & per Ias. in l. si per errorem, num. 11. cum sequen. ff. de iu-
 risdic. omn. iudic.] & proinde † ignorantiam alleganti 13
 probatio incumbit, cur ignorauerit, forte ob nimiam lo-
 ci intercapedinem, vel diurnam & longinquam terra-
 marique absentiam: nam probabilis quaedam ignorantiae
 significatio recipientem a poena excusabit: cum nemo ob
 receptionem teneatur, nisi dolo malo receperit, text. in d.
 l. 3. §. non tantum. ff. de incend. ruin. naufrag. Et secundum
 com-

- 11 communem Doct. opinionem, quęlibet ꝑ causã etiam iniusta, quęlibet credulitas, etiam fatua, excusat à dolo præsumpto, & pœna, per tex. in l. igitur, versic. & generaliter. ff. de liber. cau. ibi, iustis rationibus ductus, vel non iustis, tex. in l. clam possidere. ff. de acqu. possess. ibi, aut aliqua ratione, tex. in l. 1. §. fin. ff. de abig. & in l. plagij, la. 1. C. ad leg. Flau. de plag. gloss. notab. ibid. in verbo, iusta, dicens, quantilibet ignorantiam, etiam iuris, excusare à dolo, per text. in l. sed etsi lege. §. scire. ff. de petit. hæred. Socin. Senior consil. 108. num. 12. volum. 1. in hac consultatione. & consil. 119. num. 7. eod. vol. incip. visa narrati puncti, Bal. in l. 1. num. 2. per gloss. ibid. in verbo, recessit. C. vbi causa status agi debeat, vbi dicit, quod ꝑ bona fides potest causari, non solum ex iustis, sed etiam iniustis & temerarijs rationibus, refert & sequitur Tyraquell. in d. tracta. de pœn. cau. 43. num. 3. cum sequen. vbi plaustra allegationum, & quasdam limitationes ad prædictam generalem theoreticam adducit, & Ias. in l. iuste possidet, nume. 31. ff. de acqu. poss. Deci. consil. 178. nu. 3. incip. in causa quę præponitur, & consil. 192. nu. 3. incip. in casu proposito, regulariter illa theoretica non procedit in actibus illicitis, vti notavi sup. lib. 1. cap. 7.
- 16 Secundò, à pœna ꝑ receptionis excusatur vxor, maritum Bannitum recipiens, quod etiã in atrocioribus delictis, puta crimine læsę maiestatis, procedit: quia matrimonium ꝑ aquę & ignis interdictione
- 17 non soluitur, tex. in l. res vxoris. §. sui autem. C. de donat. inter virum & vxor. tex. in l. 1. C. de repud. adeoque ꝑ improbè vxor faceret, si maritum Bannitum eijceret, & ab eo diuerteret, cuius calamitates susque deq; ferre debet,
- 18 text. notab. in l. si cum dotem. §. si maritus, gloss. ibid. in verbo, participem. & in §. si autem in szu illimo. ff. solut. matrimon. Quid enim tam humanum est, quàm vt fortuitis casibus mulieris, maritum vel vxorem participem esse? ita text. in d. §. si maritus. Et ita communiter tenent rerum criminalium scriptores. Nellus in tracta. de Bannitis, d. quęst. 10. nume. 16. Idem in prima parte secundi tempo. quęst. 44. num. 115. Gigas in tracta. de crimin. læsę maiest. lib. 3. Rub. de pœnis, quas filij incurrunt, quęst. 10. num. 2.

Num. 2. Spec. tit. de dote post diuortium restituenda. §. 1.
 num. 20. Felin. in c. cum quidam, nu. 11. de iureiur. Vtrum
 Verò vxor debeat sequi maritum Bannitum, vide tex. in l.
 si cum dotem. §. si maritus. Bald. ibid. num. 1. in fin. ff. soln.
 matrim. & tex. not. in l. sed si alia. ff. de bon. damna. Nellú
 d. q. 44. in fin. Tertio excusantur à pœna receptionis pa-
 rentes recipientes filios Bannitos: & contrà, filij parentes
 Bannitos excipientes, etiam in crimine læsæ maiestatis,
 saltem ab ordinaria pœna, idque ob naturalem affectio-
 nem, & sanguinis iura, quæ nullo aduerso casu immutari
 possunt, text. in l. iura sanguinis. ff. de regul. iur. ita tenet
 Bald. in c. 1. §. conuenticulas, nume. 3. de pace iuram. firm.
 Gigas de crim. læsæ maiest. lib. 3. Rubr. de pluribus & va-
 rijs quæstionib. quæst. 10. num. 4. Tyraquel. in tract. de pœ-
 nis, causa 20. num. 4. vbi refert ex Paul. Castr. cons. 371. nu.
 3. vol. 1. incip. præmittendum est ad euidentiã, † Nota-
 rium, qui vt honorem patris tueretur, falsum commisit,
 mitius esse puniendum, vt qui magis affectione sanguinis
 ac pietate paterna, quàm dolo ductus est, per multa alle-
 gata, quòd falsum committatur sine dolo, tex. in l. 1. & in
 l. qui testamentum. ff. ad leg. Cornel. de fals. & quòd filius
 ob pietatem parèti debitam, à dolo excusetur. Et ista pro-
 cedunt etiam in † filio naturali tantùm, tex. in l. si minor
 annis. ff. de manumiss. vindic. neque enim natura differen-
 tiam facit inter vtrosque. §. si verò non habens, Authent.
 quibus mod. natur. effic. legit. & affectio atque voluntas
 consideratur ex iure naturæ, non ciuili. l. hoc accusare. §.
 in omnibus. ff. de accusat. & filius illegitimus communis
 est natura & amore, vt dicit Bal. in c. quæ in ecclesiarum,
 num. 47. de constit. per d. §. in omnib. refert prolixius Ty-
 raquel. d. causa 20. nume. 12. Idem causa 21. per totum. vbi
 hoc etiam extendit ad parentes & † filios spirituales, per
 multa allegata: & quemadmodum filius naturalis nõ po-
 test patrem sine venia in ius vocare, text. in l. 2. §. prætor
 ait. ff. de in ius voc. ita nec filius spiritualis patrem suum
 spiritualem in ius licitè vbeat absque venia, vt tenent An-
 gel. Cast. Rom. Alexan. & Ias. in l. generaliter. ff. de in ius
 voc. eamq; opinionem communem & veriozem attesta-
 tur

13. tur Tyraquell. d. causa 21. num. 4. An autem † filius teneatur patrem bannitum alere, & vtrum eum impunè occidere possit, vide Bartol. in l. si adulterium. §. liberto, num. 1. ff. de adult. Bald. in c. 1. §. 1. nu. 7. de pace tenenda, & eius violat. Aluarot. ibid. versic. si verò violator pacis. vbi tenent per illum tex. quòd filius parenti bannito alimenta prestare non teneatur; maximè si contra patriam quid admisisset, quo casu etiam occidi posset, cum potior debeat esse causa patris, quàm parentum, per tex. in l. minimè. ff. de relig. & sumpt. funer. l. postliminium. §. filius. ff. de capti. & postlim. reuerf. Bartol. in d. l. liberto. vide Ias. in l. omnes populi, in secunda lectura. ff. de iustit. & iur. & Tyraquell. d. causa 20. num. 7. & nume. 10. vbi in mitiorem partem, ob pietatem, quæ propriè parentum & filiorum est, descendit: quia naturalem consanguinitatis affectionem propterea non amittimus, quòd leges ciuiles consanguinitatis effectus tollunt ob delictum, ita Tyraquell. loco citato, & Iulius Clarus senten. libr. 5. §. homicidium, nume. 59. dicit communem illam opinionem,
- 24 quòd † pater Bannitus à filio impunè occidi possit, esse plenam crudelitatis & impietatis, & se iudice, filium parricidam capite plectendum. Attamen existimat tolerari posse communem opinionem in patre perduellionis cõdemnato, & oppugnatore patris: quod etsi defendi possit, tamen ignominiosum esse, filium carnificem patris esse, qui ob delictum non desinit esse pater, cum iura sanguinis sint immutabilia, d. l. iura sanguinis. ff. de reg. iur. cum similib. Quartò excusantur † à pœna ordinaria receptionis, consanguinei, & propinqui, putà agnati, cognati, & affines, quos sanguinis necessitudo, cui non nihil tribuendum est, excusat, & idèò clementiùs atque mitiùs puniendi sunt, si quid lege prohibente admiserint, text. singul. in l. 2. & ibid. gloss. vnica. ff. de receptato. text. in l. Proculus. ff. de probat. & in l. 1. §. largiùs. ff. de success. edict. ibi, honorem sanguinis, text. in l. Aurelius. §. Titius testamento. ff. de liberat. leg. ibi, propter naturalem affectum, tex. in l. vel si sanguine. ff. de manu. vindic. ibi, habetur enim ratio cognationis, Bald. in l. 1. num. 1. C. de ijs,
- qui

Qui latro. Alexan. consil. 144. num. 10. volum. 2. incip. post redditum. Felin. in d. c. cum quidam, num. 11. de iureiu. d. quest. 10. num. 5. Tyraquell. de poenis, d. causa 20. per totam. Imò parentum appellatione veniunt etiam agnati, cognati, & qui nobis sanguine ex quacunque parte coniuncti sunt, vt latè ostendit idem Tyraquell. de retract. §. 1. gloss. 8. num. 1. cum sequen. & probatur autoritate Iulij Capitolini, qui de Marco Antonio refert, quòd adoptatus in aulicam domum, omnibus parentibus suis tantā reuerentiam, quantum priuatus exhibuerit. Hinc est, † quòd quamuis regulariter scientes, & facientes pari poena plectendi sint, præsertim in atrocioribus delictis, tex. elegans in c. facientis, distinct. 86. & in c. 1. de offic. iudic. deleg. tex. in l. vtrum. ff. ad leg. Pomp. de parricid. & in l. quisquis. §. penult. ff. ad leg. Iul. maiest. tex. in l. vnic. C. de rap. virgin. & in l. vulgaris. §. si duo. ff. de furt. tex. in l. eos. C. eodem tit. & in l. item Mel. §. si plures. ff. ad leg. Aquil. tamen hoc non procedit in consanguineis, qui non pari, sed mitiori poena puniendi sunt, ob consanguinitatis affectionem, per tex. in l. 2. ff. ad leg. Pompe. de parricid. & in d. l. vel si sanguine, Salic. in l. propter, num. 3. C. qui accus. non poss. Idem in d. l. quisquis, num. 16. & num. 19. vbi omninò vide distinctionē, quomodo facientes & consentientes eadem poena plectendi sint. Et de materia auxilij præstiti luculenter scribit Hippol. in pract. crimi. §. constante, num. 42. cum sequen. Iul. Clar. in pract. crimi. §. fin. quest. 90. per totam. Capolla consil. 34. incip. si vquam, per totum, & consil. 36. incip. in casu isto. Anchar. consil. 216. incip. nos Bartholomæus. De quadruplici consensu in materia delicti, putà negligentiz, consilij, cooperationis, & autoritatis, vide pulchrè Bald. in c. 1. num. 5. de offic. deleg. & suprà lib. 1. cap. 1. in fin. text. in c. sicut dignum, de homicid. Excipiunt nonnulli casum rebellionis, vt si quis Bannitus sit ob rebellionem contra Principem, quòd talis à propinquis & consanguineis recipi nò possit, eò quòd hostis publicus & rebellis ius agnationis & cognationis amittat, d. l. postliminium. §. filius, vide ad hoc Tyraquell. d. causa 20. num. 5. Quintò, simili ratione

- 27 quoque receptum est, ut † amicitie vinculum poenam quoque receptorum minuat, singularis enim & arcta amicitia, consanguinitati æquiparatur, tex. notab. in l. cum allegas. C. de castr. pecul. milit. lib. 12. cum alijs iurib. infra allegatis, imò philosophorum iudicio, amicitia etiam propinquitati anteponenda est, ut præclare testatur Cice. lib. 1. Ofic. Sanguinis, inquit, coniunctio & benevolentia, deuincit charitate homines, magnum est enim eadem habere monumenta maiorum, eidem vti sacris, sepulchra habere communia, sed omnium societatum nulla præstantior, nulla firmitior, quam cum viri boni moribus similes, familiaritate sunt coniuncti. Idem in Lælio: Ex propinquitate, ait, benevolentia tolli potest ex amicitia non potest: Sublata enim benevolentia, amicitie nomen tollitur, propinquitatis remanet: ergò illud, in quo necessario benevolentia permanet, anteponendum est ei, à quo benevolentia remoueri potest: vnde in proverbium abiit, Amicus magis † necessarius, quam ignis & aqua: quemadmodum enim citra ignem & aquam nõ constat hominum vita, ita neque sine amicorum officijs vita beata esse potest. Vnde Aristot. in Moralibus dicit, amicos esse vnã animam in pluribus corporibus. Et in eandem sententiam Plutarchus, Seneca, Cicero, & alij multa scripserunt, vt copiosè refert Tyraquell. de poenis, causa 22. per totam, & ad hoc optimè faciunt tex. in l. is qui amicitia. ff. de negot. gest. & in l. amicissimos. ff. de accusat. tut. tex. in l. 2. ff. qui pet. tuto. & in l. sciendum. ff. de v. fur. tex. in l. cum rem alienam. C. de legatis. & in l. Scio. ff. de ann. lega. tex. in d. l. cum allegas. & in l. nemo. §. qui frater non est. ff. de hered. institut. vbi sub appellatione fratris, is, qui fraterna benevolentia diligitur, rectè instituitur, tex. in l. verum est. ff. pro socio, vbi societas, & per consequens bona amicitia, ius fraternitatis obtinet. Et legatum amico in testamento minùs solenni relictum, iure amicitie valet, & solui debet, tex. singul. in l. in testamento. ff. de fideicommiss. libert. gloss. ab omnibus approbata in l. eam quam, in verbo, traditur. C. de fideicommiss. Matthes. singul. 41. incip. nota mirabilem. Hippot. singul.

singul. 351. nume. 1. incip. amicitia. Item sicut coniuncta
 persona cum cautione rati, siue mandato, pro coniuncta
 persona agere potest, tex. in l. exigendi. C. de procurat. v-
 bi omnium latissimè Ias. cum suis ampliationibus & limi-
 tationibus, tex. in l. sed & hę. ff. eod. tit. ita etiam singula-
 ris amicus, sine mandato cum cautione rati pro singulari
 amico admittitur, Dd. vbi sup. Bart. in l. non solùm. §. qui
 alieno, num. 1. ff. de procurat. Imò nonnulli tantum tri-
 buunt summę amicitię, vt etiam iura suitatis singularibus
 amicis concedant, & beneficium l. cum auus. ff. de condi-
 tio. & demonstr. & l. cum acutissimi. C. de fideicommiss.
 in ijs, ex præsumpta testatoris voluntate, locum habere
 existiment. Sed vtrunque in foro & praxi non obserua-
 tur, & verius est, amicum pro amico sine mandato in iu-
 dicio non admitti, vt tenet amplissimè Roman. in l. si ve-
 rò. §. de viro, in [26. fallen. num. 49. cum sequen.] ff. solut.
 matrimon. & singul. 656. incip. Cyn. per rationes vtrobique
 allegatas, Ange. in d. l. sed & hæ, num. 6. Felin. in c. coram,
 num. 2. de offic. iudic. deleg. vbi communem dicit, & ita
 in Camera obseruatur. Multò minùs in iure verum est,
 iura suitatis in singularibus amicis obtinere, vt voluit An-
 dre. Barbar. in repet. d. l. acutissimi. [Chassa. in consuetud.
 Burgun. Rubr. 4. §. 5. num. 26. & num. 34.] & alij, qui eos se-
 quuntur, quia hoc nulla lege probatur, vti concludit Bal.
 in l. 1. nume. 33. C. de his qui accus. non poss. Ias. in l. Titia,
 num. 14. cum seq. ff. de verb. obligat. Sed vt ad propositum
 redeam, magna amicitię iura esse nemo negat, adeò vt †
 amicum in necessitate positum deserere, turpe & inoffi-
 ciosum sit, teste Ouid. lib. 2. de Ponto :

*Turpe erit in miseris veteri tibi rebus amico
 Auxilium nulla parte tulisse tuum.*

Et quę sequuntur. Idem lib. 1. de tristib.

Qua potes excusa, nec amici desere causam.

Et Plautus in Epidico :

*Is amicus est, qui in re dubia te iuuat,
 Vbi re est opus.*

Nihil homini amico est oportuno amicum.

- Bald. in l. vt vim, num. 6. ff. de iustit. & iur. dicit ex paritate rationis, quod quemadmodum confanguineus confanguineum, ita amicus amicum in periculo iuuare possit. Sed memoria tenendum, quantumcunque sit amicitiae vinculum, tamen ꝑ amici causa non esse peccandum, maximè contra Rempub. vel Romanum Imperium: turpis enim excusatio est, vt inquit Cicero de Amicitia, & minimè accipienda, cum in cæteris peccatis, tum si quis contra Rempub. se amici causa fecisse fateatur, idque præclare ibidem prosequitur. Pericles Atheniensis ab amico rogatus, vt in causa quadam sui gratia falsum peieraret, respondit, se ꝑ ad aram vsque amicum esse. Olim iurantes aram manu contingebant, refert Plutarch. in vita illius, & Erasmus in Chyliadib. Valerius Maximus libr. 6. cap. 4. refert, Publicum Rutilium amico cuidam per indignationem querenti, quid mihi opus est amicitia tua, si quæ rogo non facis, respondisse, imò quid mihi tua, si propter te aliquid inhonestè facturum sum. Vnde Cicero loco citato concludit, improborum consensionem non modò excusatione amicitiae tegendam non esse, sed potiùs omni supplicio vindicandam, facit rex. in c. in malis, de regul. iur. in 6. & in l. si remunerandi. §. rei turpis. ff. manda. Et idè in causis fractæ pacis amicitiae vinculum non est utilitati publicæ anteponendum: quinimò huiusmodi scelerati & scelesti, maximè si cõtra patriam, vel Principem quid admittant, vel proscribantur, non amicitia, sed omni odio, omnibus rerum & verborum contumelijs digni sunt. Amicos autem ꝑ appellare debemus, non leui notitia coniunctos, sed quibus fuerunt iura cum patrefam. honestis familiaritatis quæ sita rationibus, ita l. C. in l. latæ culpæ. §. amicos. ff. de verbor. signific. Sextò, culpa planè ꝑ vacant, qui vi metùve coacti Bannitos recipiunt: nam in ijs dolus malus abest, & consensus: culpa enim caret, qui scit, & prohibere non potest, text. in l. culpa. ff. de regul. iur. item peccatum ex volùtate est, deficiente voluntate, deficit peccatum, & vbi non est peccatum, ibi non debet

debet esse pœna, tex. in c. 1. 15. quæst. 1. & mala non sunt, nisi quæ crimine mentem implicant, & conscientiam ligant, d. c. 1. & c. illa cautela, ead. caus. & quæst. facit ad hoc text. in c. sacris, de his quæ vi met. caus. Canonist. ibi. & in c. presbyteros, 50. distinct. tex. in c. in primis. 2. quæst. 1. & in l. in delictis. ff. de nox. act. Bal. singulariter ibid. in l. lectura, num. 1. Gigas d. quæst. 10. num. 7. Tyraquell. de pœn. causa 36. per totam. Et t̄ coacti magis pati, quàm agere videntur, tex. notab. in d. c. sacris, tex. in l. 1. §. is autem. ff. si fam. furt. fecisse dic. & in d. l. culpa. Scientiam enim spectare debemus, quæ habet & voluntatem, vt dicit I. C. in d. §. is autem. Septimò excusandos t̄ puto eos, qui scienter Bannitos hospitio repentino excipiunt, tanquàm viatores, statim dimissuros: hi enim etsi contra legem Imperij pacis publicæ peccent, tamen ob modicâ moram, quæ regulariter noxia esse non solet, tex. in l. etsi post tres. ff. si quis cautio. ordinaria pœna receptatorum puniri non debent, per tex. ad hoc singul. in l. penult. §. in factum. ff. nau. caupo. stabu. [Et obserua, quòd regulariter Caupones hospitium iter agentibus denegare non possunt, neq; teneantur de singulorum conditionibus inquirere, text. in l. vnica. §. fin. ff. furti aduers. nau. caupo. stabul. Et idè si ignoranter Bannitos recipiant, planè excusantur. Barto. in l. omnes, num. 1. C. de agric. & censit. lib. 11.] Quòd pertinet, quòd verbum, receptare, actus frequentiam significet, putà frequenter recipere per cohabitationem & contubernium, tex. not. in l. 2. C. de desertorib. & occultator. lib. 11. & tex. in d. §. si clericus, de pace tenen. & eius viola, vbi clericus punitur, si pacis violatorem in suo contubernio habuerit, & text. in l. 2. §. habitare. ff. de his qui deiecer. vel effud. Bartol. in l. qui vas. §. qui furem, num. 1. ff. de furt. Bald. in d. c. si clericus, num. 1. Afflict. ibid. eodem num. præclare Lucas de Penna in d. l. 1. in verbo, diu. C. de desertorib. lib. 12. Sic latitare, est cum tractu aliquo latere, quemadmodum factitare, est frequenter facere, ita Vlpia. in l. Fulcinus. §. latitare. ff. quib. ex caus. in possess. eat. Ergò qui semel tantùm recipit, idque ex inopinato, merito veniam meretur, & si qua pœna dignus, hoc iudicis arbitrio

- trio committendum foret, facit text. in d. l. capitalium. §. solent. & in §. grassatores. ff. de pœnis. vbi dicitur, delictum semel commissum mitius puniri. In excommunicatis, qui Bannitis comparari solent, vnica receptio noxia est, tex. in c. si quis. ii. quæst. 3. & in d. c. sacris. Porro, †
- 36 qui Bannito pecuniam, commearum, annonam, vel arma suppeditat, aut pro eo fidem suam interponit, proculdubio auxilium & fauorem præstare dicitur, & pœna receptatorum ordinaria tenetur, per tex. notab. in l. cuiusque, ff. ad leg. Iul. maieft. Bartol. ibid. num. 1. & 1. text. elegans in d. l. in furti. §. rectè. ff. de furt. Hippol. in pract. crimin. in d. §. constante, num. 68. cum sequen. Bartol. in l. post legatum. §. sunt qui, num. 1. ff. de his quib. vt indign. vbi dicit, Aduocatum sine iudicis iussu, Bannito patrocinium præstare non debere, alias incidere in pœnam statuti.
- 37 Forma † autem sententiæ Cameræ Imperialis contra receptatores, puta Vniuersitatem, vel Ciuitatem aliquam, talis est:

In sachen N. Kläger etns / wider Burgermeister vnd Rath der Stadt N. Beklagten / anders theils / ist allem fürbringen nach / zu Recht erkendt / daß gedachte Beklagten vmb deß willen / daß sie die in Actis angegebene Landtsfriedbrüchige thäter gehauset / beherberget / dieselben nach beschehener ersuchung / nicht wie sich gebürt / in hafft vnd veruahrung eingezoogen / noch gegen jnen Rechtsens verholffen. sonder sich in solchem nachlässig vnd säumig erzaigt / vnd andere mehr in Actis angezoogener handlungen halben / so durch genante Beklagten vber vnd wider versehung des gemainen Rechtsen / Kayserlicher Maiestat / vnd des H. Reichs auffgerichteter Ordnungen / vnd Landtsfriedens / geübt / vnd begangen / in die Peen vnd Straff angezoogener Rechtsen / Ordnungen / vnuud Landtsfriedens / vnuud sonderlich der Röm. Kayf. Maieft. vnd deß H. Reichs Acht / erkendt / erklart / vnd gesprochen werden soll / Als wir die auch hiemit dieser Urtheil in solche Peen vnd Acht gefallen

fallen seyn/sprechen/erklären/vnnd darüber nottürffig process erkennen.

Latinè :

In causa M. Actoris ex vna, contra Consules & Senatum Civitatis N. Reos, ex altera partibus, visis Actis & a-ctitatis, pronunciamus, declaramus, & decernimus, distos Reos, propterea, quod in Actis nominatos Bannitos vrbe & hospitio receperint, neque facta legitima requisitione, eos custodiz, prout æquum erat, tradiderint, neque iustitiam administrârint, sed in eo negligentes, & tardi extiterint, denique ex alijs in Actis deductis causis, contra ius commune, & Constitutiones pacis publicæ egerint, in eisdem pœnas iuris, & Constitutionum Imperij, præcipuè verò Cæsareæ Maiestatis, & Sacri Imperij Bannum incidisse, pronunciarî & declarari debere, prout eos hac nostra sententia in Bannum declaramus, pronunciamus, & necessarios processus desuper decernimus, per tex. in d. c. foelicis. §. penult. & §. fin. de pœnis, lib. 6. text. in §. iudices, de pace tenen. & iuramen. firm. ibi, & pacem violatam vindicare legitime superfederint. Facta hac sententiæ Banni publicatione, & declaratione, statim fit denunciatio publicè sub dio, ex iam allegatis causis, servatâ formula denunciandi, de qua supra eod. lib. cap. 6. Et eodem modo pronunciatûr contra singulares personas cuiuscunque status aut dignitatis receptatores Bannitorum, mutatis mutandis. Obseruandum ex formula huius sententiæ, quod supra in 7. limitatione dixi, modicam moram recipienti nocumento non esse, sed obstinatam contumaciâ, & continuatam receptationem crimen esse, per iura allegata. Et quod modica in iure nostro non curentur, vide lib. 1. Obseru. Obseruat. 151. & lib. 2. Obseruat. 102.

C A P. X I.

Bannitus semel an ex alio delicto iterum banniri possit.

S 4

SVM.

S V M M A R I A.

- 1 Bannum Imperij repeti potest.
 - 2 Excommunicatus semel, iterum excommunicari potest.
 - 3 Pena cumulat a castigationem adfert.
 - 4 Pena ex delicti iteratione augetur.
 - 5 Accusatus de vno crimine, potest etiam de alio crimine accusari.
 - 6 Delinquens premium delicti habere non debet.
 - 7 Citatus ad locum non tutum comparere non tenetur.
 - 8 Bannito ex alio delicto citato, an saluus conductus dandus sit.
 - 9 Bannitus an durante securitate occidi possit.
 - 10 In Camera Bannitis non datur saluus conductus.
 - 11 Bannitus agere non potest.
 - 12 Bannitus pro mortuo reputatur.
 - 13 Privatio prasupponit habitum.
 - 14 Effectus secundi banni in absolutioe consistit.
 - 15 Separatorum separata ratio.
 - 16 Actiones tot sunt, quot sunt facta.
 - 17 Pluribus sententijs condemnatus, à qualibet absolui debet.
 - 18 Excommunicatus bis, ab vtraque excommunicatione absolui debet.
 - 19 Pluralitas habituum requirit pluralitatem privationum.
 - 20 Banna plura si ex vno facto procedant, vna absolutio sufficit.
- Iniuria vnica dicitur, licet multiplicata sit. ibid.*
Homicidium vnicum est, licet quis ex pluribus vulneribus moriatur. ibid.
- 21 Morte crimina extinguuntur.
 - 22 Bannitus iteratò fit magis omnibus detestabilis.

- 23 *Infamis potest effici infamior, & fur simplex, famosus.*
 24 *Plures pœna an pro eodem delicto imponi possint.*
 25 *In delictis communis siue mixti fori plures pœna irrogari possunt.*
 26 *Absolutus in foro pœnitentiali, an de eodem delicto accusari possit in foro contentioso.*
 27 *Pœnitentia sacerdotalis publica an surrogetur loco pœnitentia ciuili.*

QVAERITVR † an bannum repeti, hoc est, verum semel ob turbatam pacem publicam, vel cõtumaciam, in bannum Imperiale declaratus, iteratò ex alio delicto bänniri possit? Hæc quæstio nullam habet dubitationem, nam hoc fieri posse cõmuniter placuit, p. tex. in l. qui de crimine. C. de accusa. tex. in l. 2. ff. de fur. gloss. sing. in c. ita quorũdam, in verb. excommunicatio, de Iudæis. Spec. tit. de accus. §. sequitur videre, nu. 23. Ioan. And. ibid. Bar. præclare, in l. de pupillo. §. si in pluribus, nu. 3. ff. de noui oper. nunt. Ias. ibid. nu. 2. per illũ tex. Bal. pulchrè in l. 1. nu. 4. & 12. C. de hæred. instit. Alber. ad rub. ff. de his qui not. infam. nume. 8. Afflict. in c. 1. §. si quis hominem, in 11. notab. num. 9. de pace tenend. Zas. in l. qui bis, num. 24. ff. de verb. oblig. Foller. in pract. crimin. in verbo, bannitur, num. 36. Boss. tit. de Banni nullitate, nu. 9. Iul. Clarus in pract. crimin. §. fin. quæst. 16. versic. sed nunquid, & quæst. 32. vers. tu scis. Nell. in tracta. de Bannitis, in 1. parte primi tempor. in 3. q. nu. 15. vbique concludunt, semel Bannitum iterum ex alio delicto bänniri posse: quemadmodum † semel excommunicatus, cui bannitus comparatur, vt sæpè dictum est, iterum excommunicari potest, per tex. in d. c. ita quorundam, tex. in c. cùm causa, & in c. officij, de senten. excommunicationis, & in c. quantum libet, in fin. dist. 47. & in c. veritatis, de dol. & contu. Panor. ibid. nu. 4. gl. in l. 2. in verb. exilij. C. vt int. cer. temp. crim. quæst. term. Bald. ibid. num. 6. vbi distinguit, quam distinctionem omninò vide. Barto. & Ias. in d. §. si in pluribus.

- 3 Zaf. & alij vbi supra. Ratio, vt in terrorem criminis t cum-
mulata pœna castigatiōe adferat: ea enim quæ frequen-
ti prauaricatione iterantur, frequenti sententia condem-
nentur, ita tex. in c. 1. ext. de pœnis, adeoq; ex iteratiōe de-
4 liciti pœna augeri debet, tex. not. in l. capitalium. §. solent
quidam. ff. de pœnis, & in l. 1. ff. de iur. patro. text. in l. 3. in
fin. C. de episc. audien. [glo. ibid. in verbo, consuetudini.
Cast. similiter, nu. 7.] glo. in l. quicumq; in verb. vel ter-
tio. C. de seru. fugit. Bald. ibid. nume. 19. Iul. Clar. d. §. fina.
quæst. 84. versic. sed hic incidenter, & varia delicta varijs
pœnis punienda sunt, text. in c. non asseramus, 24. quæst.
1. & in Lagraria. ff. de termi. moto. text. in l. nunquam plu-
5 ra. ff. de priuat. delict. vbi Barro. & Dd. Quapropter de vno
t crimine accusatus potest postea de alio crimine iterum
acculari, non solum ab alio, sed etiam ab eodem, qui pri-
mam accusationem instituit, text. in d. l. nunquam plura,
6 quia crimina non debent manere impunita, text. in l. ita
vulneratus. §. quod si quis. ff. ad l. Aquil. & t delinquentes
loco pœna pœna affici non debent, text. in l. ita demum,
ff. de recep. arbit. & in l. si quis duo. ff. si quis cautio. text. in
l. reparatorum. §. fina. ff. de interd. & releg. & in l. siue
hereditaria. ff. de nego. gest. Iulius Clar. d. §. fin. quæst. 16.
in princip. Ne illis loco supra citato. Et si Ang. in l. qui de
7 crimine. C. de accusat. nume. 5. existimet, eundem de alio
crimine accusare non posse, nisi eo casu quando in secun-
da accusatione propriam, vel suorum iniuriam profe-
quitur. Sed quomodo se inel Bannitus citari potest ab eo-
dem iudice, qui Bannum irrogauit, ob aliud delictum?
Locus t enim iudicij non est tutus, & ideo citatus com-
parere non tenetur, neque absens vt contumax puniri po-
test. Ita se habet communis opinio, tam in criminalibus,
quam ciuilibus causis, per text. in Clem. Pastoralis. §. no-
torium. de re iudi. Dd. ibid. post glo. in verb. notorio, tex.
in c. venerabilibus. §. & hoc ipsum, de sent. excom. libr. 6.
& in c. cum persona, de priuil. eod. lib. & in c. accepimus,
de fid. insti u. gloss. ibid. in verb. securo, tex. not. in l. si cum
dies. §. si arbiter. versic. sed si. ff. de arbitr. latiff. Felin. in c.
accedens, el. 2. num. 3. in fi. vt lit. non contest. Hippol. in l.
de

de vnoquoque, nu. 179. ff. de re iudi. vbi que dicitur, & notatur locum iudicij omnium tutissimum esse oportere, vt liber sit accessus & recessus. Dicunt Id. hoc casu opus esse tessera publicæ securitatis, siue saluo conductu, & absque eo † Bannitum ob aliud delictum citatum comparere non debere, ne se presenti periculo exponat: debet ergo securus esse de comessatu & recomeatu. Bar. in l. is qui reus, nu. 12. ff. de publi. iud. vbi omnino vide, & in l. i. nu. 2. cum sequentib. ff. ad l. Iul. maiest. vbi de multiplici securitate singulariter scribit. Afflic. in d. c. 1. §. si quis hominem, in vndeci. not. nu. 9. Bar. in d. l. 1. C. de hered. inst. Boscius tit. de cita. nu. 36. Iul. Clar. d. §. si. q. 32. facit tex. in l. conuentionum, ff. de pact. & vtrum † durante tali securitate publica, Bannitus impune occidi possit, vide in tracta. de Bannitis in 1. part. secundi tempo. q. 11. per totam. Felin. in materia salui conductus, plene in d. c. accedens, el. 2. Sed in † Camera nulla opus est securitate publica, quia Bannitus iteratò citatus ex alio delicto per procuratorem comparere potest, nec est necessaria personalis comparitio, vt dixi supra lib. 1. cap. 9. nam in Camera omnes causæ ex præscripto Ordinationis per procuratorem agitari debent. Et Barto. in d. l. is qui reus, nume. 12. distinguit inter delicta, an talia sint quæ non admittant procuratorem, an verò procurator interuenire possit: vt primo casu securitas danda, altero deneganda sit: licet ipse ibid. concludat iudicem pro arbitrio vtroq; casu saluum conductum dare posse, argumento illius legis, cum gloss. ibid. Et hæc in Bannito Reo procedunt, cum defensio sit naturalis, quæ nemini auferenda est, text. in Clemen. pastoralis, de senten. & re iudic. Bannitus verò † si agere velit, non debet habere saluum conductum, cum non habeat agendo personam standi in iudicio, d. l. is qui reus, sicut plene notatur infra cap. sequ. per allegata ibid. Sic igitur firma cõclusio, quod semel Bannitus iterum ex alio delicto banniri possit. Sed quis erit effectus huius secundi Banni Imperialis? constat enim † bannitum pro mortuo haberi, instar deportati, text. in l. 1. §. quidam. ff. de bonor. poss. contr. tab. & in l. actione. §. publicatiõ. ff. pro socio.

Afflic.

- Afflict. in d. c. 1. §. si quis hominem. Bald. in Authen. habita, num. 7. C. ne fil. pro patre. At semel mortuus non potest amplius mori: semel eiectus extra Imperij fidem, & protectionem, nō potest amplius eijci: aut si fiat, frustra fieri videtur, quia vbi non est habitus, ibi non potest esse
- 13 priuatio: nam † priuatio præsupponit habitū, qui potuit priuari, tex. in l. nam et si. ff. de iniust. rupt. irri. fac. testam. & in l. 3. §. 1. ff. de cap. dimi. tex. in l. decem. ff. de verb. oblig. cum similibus: sic infamis infamia iuris, non potest amplius infamari eodem genere infamiz: nam fama, quam non habet, vltterius priuari nequit, vt præclare notat Bal. in d. l. 2. nu. 6. C. vt intra cert. temp. crimi. quæst. term. per illum tex. facit tex. in l. qui bis. ff. de verb. oblig. Certè maximus erit huius † secundi Bāni effectus quoad impetrandam absolutionem, quia nihil proderit Bannito absolutio Banni ratione primi delicti, nisi etiam à secundo Banno pariter absolutus sit, & sic effectus huius secundi Banni tunc demum apparet, quando à primo Banno facta est absolutio: quot enim sunt Banna, totidem debent esse absolutiones, nec vna absolutio ad aliam porrigitur, quia † separatorum separata ratio est, text. in l. fina. ff. de calumniaro. text. in l. Papinianus. ff. de minorib. Et quot sunt † facta, tot sunt actiones, tex. in l. sicire debemus. ff. de verb. oblig. & in d. l. 2. ff. de priuat. delict. quæ incipit, nunquam plura. Alex. in l. edica, nu. 1. ff. de eden. igitur totidem sententiz requiruntur, text. singu. in l. etiamsi patre, iuncta gloss. in verb. audiendus. ff. de minorib. gloss. notab. in l. in hoc iudicio. ff. famil. hercisc. in verbo, non valere. Pannorm. in c. Raynaldus, nu. 6. cum sequ. de testam. & in c. 1. nu. 9. de mut. petit. Felin. late in c. cum inter, num. 6. cum sequ. de sent. & re iudic. & in c. cum Iohannes, nu. 13. & nu. 30. de fid. instru. Ferrar. in for. senten. in causa appella. in verbo, in causis, nu. 4. Bald. in l. 2. nu. 6. C. de re iudic. Pluribus † igitur sententijs condemnatus, à qualibet absolui debet, text. notab. in l. 1. §. si plura. ff. ad S. C. Turpillia. Si plura, inquit, L. C. crimina idem eidem intulerit, singulorum abolitionem petere debet, alioquin prout quid admiserit, eius nomine S. C. poenam patiatur. Idem in secundo

tundo t̄ decreto excommunicato receptum est : debet enim ab vtraque excōmunicatione relaxari, ad hoc, vt Ecclesia iterum restituatur, text. in d. c. cū pro causa, vbi elegans gloss. in verbo, tanquā, et in d. c. officij, glo. in c. ex parte, in verb. redire, de offic. iudic. ordin. facit text. in c. fina. 3. q. 4. gloss. ibid. in verb. anathemate. Bartol. & Ias. prclare in d. l. de pupillo. §. si in pluribus, nume. 3. ff. de noui oper. nunc. vbi omninō vide, an & quādo vna absolutio ad vtrumque, Bannum, vel vtranque excommunicationē extēdatur. pulchrē Maynerius in l. si in duabus, nu. 5. ff. de regu. iur. Regulariter, vbi est t̄ pluralitas habituum, ibi requiritur pluralitas priuationū, & sic vbi plura sunt vincula, ibi absolutiones plures exiguntur, quia nihil est tam naturale, quā vnumquodque solui eo modo, quo ligatum est, l. nihil tam naturale. ff. de regul. iur. tex. in d. l. 1. §. si plura. Ias. in d. §. si in pluribus, nu. 2. & nu. 4. vbi dicit, quōd sententia absolutoria, sit excommunicato medicinalis, & vbi plures sunt ægitudines, ibi requirūtur plures medicinæ. Fallit, si t̄ plura Banna, vel plures excōmunicationes procederent ex vno factō, quia tūc vna absolutio sufficeret, nam omnia pro vno reputātur: secūs si pro diuersis factis, d. l. 1. §. si plura. ff. ad S. C. Turp. & in d. l. 2. incip. nunquā plura. ff. de priuat. delict. vbi communiter Dd. Ias. in d. l. de pupillo. §. si in pluribus, nu. 6. cum seq. vbi plures limitationes refert: quemadmodum in simili, iniuria in rixa aliquoties multiplicata, v̄ vnica iniuria habetur, licēt repetitio iniuriam atrociorē reddat, tex. in l. prator ait. §. si mihi, & in l. item apud Labeonem. §. prator ait. ff. de iniurijs. Bart. ibid. nu. 2. vbi hoc declarat, & in d. l. 2. nu. 11. ff. de priuat. delict. Bal. pulchrē in l. quicumque, nu. 5. C. de seruis fugiti. vbi dicit delictum geminarum, ex continuatione vnicum reputari, si neque contumelia, neque specie differat. vt si eodem loco & continuato proposito sapius quis alterius vxorem cognoscat, aut si quis ex pluribus vulneribus vno imperu inflicto, moriatur, vnum homicidium est propter continuationem, text. in l. illud. §. final. ff. ad l. Aquil. gloss. ibid. in verbo, de occiso, glo. vnica, in l. penul. ff. de actio. & ob-

- & oblig. Bald. in d. l. quicumque. Non obstat, quòd semel
 21 t mortuus amplius mori non possit: quia hoc de morte
 naturali accipiendum, quæ omnia crimina extinguit,
 text. in l. crimen. ff. de poenis, & in l. defuncto. ff. de publ.
 iud. text. in l. 1. & in l. in. C. si Reus vel accus. mor. sue. dixi
 plenè supra h. b. c. cap. 20. Sed civiliter mortuus, vt Banni-
 tus in terrorem aliorum, et vt cumulata poena castigatio-
 nem afferat, iterum atque iterum civiliter mori potest:
 cuius mortis effectus in absoluteione conspicuus est: nam
 qui in sordibus est, sordescat adhuc, text. in d. c. quantum-
 libet, in fin. dist. 47. & delictum ob aliud delictum, poe-
 nam non minuit, inquit Vlpia. in d. l. 2. ff. de priua. delict.
 multisque sentent. is obnoxius, ab omnibus absolui & re-
 laxari debet, per iura allegata: & Bar. in d. §. si in plurib?
 22 nu. 5. Et licet t semel bannitus desierit esse ciuis Roman.
 nec sit amplius sub fide & clientela Imperij: tamen pro-
 pter prædictum absoluteionis effectum, si iterum delin-
 quat, Bannum repeti potest, vt qui antea declaratus est
 hostis Imperij, magis sacer atq; detestabilis fiat, text. in d.
 c. quantumlibet, & Bal. in d. l. 2. nu. 7. C. vt int. cert. temp.
 appel. dicit, semel bannitù ad mortem posse iteratò ban-
 niri ad mortem eiusdem, vel diuersi generis. Quamuis e-
 tiam semel notatus t infamia iuris, non possit ex legum
 subtilitate vltèrius infamari: tamen ob Bannum repetitù
 grauior efficitur infamia. Maynerius in d. l. si in duab. nu.
 4. cum sequ. nam Bannum reperitum, infamiam iam an-
 tea irrogatam auget: nò tollit famiam, quam antea ex pri-
 mo banno perdiderat, sed infamiam illam, quæ ex illo
 primo banno descendit, atrociorè reddit, atque ipsùm
 bannitum multò magis ignominiosum, facinorosum, &
 scelestum facit. Et Baldus in c. de appellationibus, extr.
 de appellat. tenet, quòd infamis possit effici infamior,
 text. in l. palàm. §. quæ in adulterio. ff. de ritu nupt. & in
 c. felicitis. §. nulli præterea, de poenis in 6. ibi, vt magis
 famosa sit eorum infamia. Cyn. Bald. Alber. & Salicet. in
 d. l. 2. C. vt intra certum temp. quæst. crimin. termi. sicut
 fur simplex, potest effici famosus: cum iteratis delictis,
 iteretur poena, text. notab. in d. l. capitalium. §. solent,
 & §. fa-

& §. famosus. ff. de poenis, text. in d. l. quicumque, & in l. Agraria. ff. de termi. moto. Ialón in d. §. si in pluribus, nu. 3. in fin. & seruus, potest fieri plus seruus, text. in l. aut damnatum. §. seruos. ff. de poenis, gloss. notab. ibid. in verb. dubitatio. Porro pro eodem delicto plures poenæ regulariter imponi non possunt, & semel absolutus, vel condemnatus non debet amplius accusari, vel puniri, text. in l. si cui. §. iisdem. ff. de accusat. text. not. in c. de his, ext. eod. titul. Panorm. Felin. & communiter Canonist. ibid. text. in l. senatus censuit. ff. de accusat. & in l. licet. §. penult. ff. nau. caupo. itab. utrobique dicitur neminem pro eodem delicto bis puniri debere. Ange. in tract. malef. in verb. & ad querelam, vers. subsequenter, nume. 90. Franc. in c. felicis. §. per hoc, nu. 4. Boissus de Banni nullitate, num. 10. cum seq. Iul. Clarus in tract. crimi. §. fin. quæst. 57. per totum, ubi omnino vide. Fallit in delictis communis siue mixti fori, puta, in quibus tam Ecclesiasticus quam Laicus cognoscere potest, ut crimen adulterij, viurarum, & alia crimina, de quibus vide Iul. Clarum, d. §. si. q. 37. per totam. Couar. lib. 3. varia. resolu. cap. 3. Nam in illis punitus à iudice Ecclesiastico, poterit pro eodem delicto à iudice laico etiam grauius puniri, per text. in d. c. felicis. §. fin. Bald. in l. placet, num. 5. in fin. C. de sacrosanct. eccles. & pulchrè in l. cunctos populos, nu. 7. C. de sum. Trin. & fid. Catho. ubi omnino vide. Panor. in d. c. de his, nu. 4. Felin. ibid. nu. 13. Iul. Clar. d. quæst. 57. vers. sed hic, & vers. sed quero. Ratio, quia duplicata poenæ tendunt ad diuersos effectus: spiritualis, ut animæ: secularis, ut Reipublicæ, quam delinquens læsit, cõsulatur: interest enim Reipubli. ut crimina impunita non relinquuntur, text. notab. in l. bona fides. ff. de pos. cum vulgarebus: idèò vnà poena aliam impedire non debet. Panor. in d. c. de his, & pulchrè in c. ruz, nu. 5. de procur. ubi distinguit vt ibi per eum. Angel. loco citato. Hinc est, quod communiter traditur, t absolutum in foro poenæntiali siue conscientie, posse de eodem delicto accusari in foro contentioso: nam per poenitentiam quis non desinit esse nocens, text. notab. in l. quis sit, ff. de edil. edict. & huiusmodi poenæ

24

25

26

- poenæ sunt diuersæ, vt dictum est, altera Deo, altera magistratui debetur propter exemplum, text. in c. admonere, 33. q. 2. gloss. not. ibid. in verbo, poenitentia, glo. in d. c. de his, in verb. replicari. Dd. communiter ibid. Hippol. singu. 639. num. 1. incip. absolutus, quod tamen secundum
 27 magis communem opinionem non procedit, si † poenitentia sacerdotalis sit publica, quia tunc surrogatur loco poenitentia litigiosa, vt tenet Hostien. in d. c. tuç. Hippo. d. sing. 639. nu. 3. additio ad Ang. loco citato, licet Panorm. in d. c. de his, & in d. c. tuç, aliter sentiat, vt ibi per eum.

CAP. XII.

Bannitus an actionem ante Bannum
coeptam prosequi possit.

S V M M A R I A.

- 1 Bannitus agere non potest.
- 2 Actiones sunt de iure civili.
- 3 Bannitus amittit ea qua sunt iuris civilis.
- 4 Contumaci audientia deneganda.
- 5 Banniti ciuitatem Romanam amittunt.
- 6 Stipulatio non potest fieri per eum, qui non est capax obligationis.
- 7 Actus contra prohibitionem legis vel statuti gestus, nullus est.
- 8 Iudicium cum Bannito agitatum nullum, & nu. seq.
- 10 Vniuersitas Bannita pro mortua est, omniaque iura amittit.
- 11 Bannitus an actionem coeptam prosequi possit.
- 12 Quod non.
- 13 Nemo sine actione experiri potest.
- 14 Iustitia in quacunque parte iudicij administrari dicitur.
- 15 Reus excipiendo fit actor.
- 16 Iudicium redditur in inuitum.
- 17 Citatio personam citati legitimam reddit.

- 18 *Bannitus in ius vocatus rectè comparat, & se defendit.*
 19 *Agere prohibitus, si conueniatur, habet personam standi in iudicio.*
 20 *Statutum non potest tollere defensionem Bannito.*
 21 *Statuta tollentia exceptiones, non extenduntur ad exceptiones defensionis.*
 22 *Excommunicatus licet agere non possit, attamen in ius vocatus se defendere potest.*
Periurus se defendere potest. ibid.
 23 *Rem excipiendo quomodo actor dicatur.*
 24 *Bannitus citatus super l. diffamari, an habeat personam standi in iudicio.*
 25 *Rem necessarium vel voluntarium quis dicatur.*
 26 *Citatio ex l. diffamari, est voluntaria.*
 27 *Diffamare est ad iudicium prouocare.*
 28 *Defensio voluntaria statuto tolli potest.*
 29 *Bannitus nouum opus denunciare non potest.*
 30 *Bannitus an actorem reconuenire possit.*
 31 *Pater an pro iniuria filio Bannito facta agere possit.*

INDVBITATI iuris est, † Bannitum Imperij actionem instituire non posse, & iudicio experiri volentem non audiendum, sed à limine iudicij repellendum esse, quia ciuis Romanus amplius non est, adeoque pro hoste Imperij habetur, tex. in l. in amissione. §. qui deficiunt, in fine. ff. de cap. diminut. & idè agendo personam standi in iudicio non habet, per text. in l. is qui Reus. ff. de public. iudic. Ad hæc communiter placuit, actiones † esse iuris ciuilibis, per text. in l. 2. §. deinde ex his. ff. de origin. iur. glo. ordinaria in l. placet. C. de episco. & cler. text. in l. in commodato. §. sicut. ff. commod. ibi, actiones ciuiles, text. in l. 1. §. 1. ff. de superficiebus, ibi, ciuili actione, glo. in l. ex hoc iure, in verbo, obligationes. ff. de iusti. & iur. vbi plenè Dd. Alexand. in l. 1. §. sublata, num. 2. ff. ad S. C. Trebellia. Ial. in §. superest, num. 39. & num. 43. Institut. de action. vbi communem dicit. Bannitus † autem

T amic-

amittit ea quæ sunt iuris civilis, quia communis omnium hostis est, & ex numero civium Romanorum delictus: maxime, quando de eius commodò agitur, vt dixi supra eod. lib. cap. 1. & cap. 6. Bartol. in l. cum mulier, num. 5. ff. solut. matrimon. Bald. in l. 1. num. 4. C. de hæred. insti. text. in d. l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de capit. minut. Authen. item nulla. C. de episcop. & cleric. Iason in d. §. superest, nume. 36. idem in l. de pupillo. §. si in pluribus, num. 9. ff. de nou. oper. nunciat. Bald. ad rubr. nu. 5. C. qui accui. non poss. Zaf. in apolog. contra Eckium, circa principium. Nellus in tract. de bannitis, in prima parte secundi tēporis, in quarta & quinta questione, vbi omnino vide, cum multis questionibus sequen. quid banniti amittant: nam mei instituti non est, singula illa prosequi, sed tantum demonstrare, quid in Camera vsu forensi receptum sit, vide supra libr. 1. cap. 6. Prædicta procedunt in utroque Banno Imperij, tam delicti, quam contumaciæ; quia in Camera, quoad sententiam declaratoriam inter utrunque Bannum, parum, aut nihil est discriminis, vt supra eod. cap. 6. dictum est. Et explorati iuris est, etiam t. contumaci denegandam audientiam, per textum in l. lastimus. C. de iudic. Barto. ibid. nu. 5. Dd. in l. 1. ff. si quis iudic. non obtemp. Bald. in l. vt vim, nu. 3. ff. de iusticia & iure. Dd. in l. contumacia. ff. de re iudic. Marant. par. 6. tit. de contuma. nume. 9. cum sequen. Nellus questione. 2. loco citato. Hæc ex Constitutione pacis publicæ & Ordinatione Camere part. 2. ritu. 9. §. 2. nullam habent dubitationem, quia disertis verbis constitutum est, omnes obligationes, iuramenta, pacta, & actiones ex parte Bannitorum cassa, irrita, & nulla penitus esse. Das alle Verschreibungen / Pffichti / vnd Bündnuß ihne zusehen / vnd darauff sie spruch / vnd forderung haben mochten / gegen die jenen / die ihnen verhafft weren / ab vnd todt sein sollen / quod iuri communi quoque consentaneum est, text. singul. & notab. in c. foelicis, de pœnis, in 6. ibi, nullus ei debita reddere, nullus in iudicio respondere teneatur. Nam t. banniti civitatem Romanam (quæ est

commu-

communis patria totius Orbis, text. in l. Roma. ff. ad municip.) perdendo, ea quæ communis iuris civilis sunt, perdunt. Bart. in d. l. amissione. Bald. in d. l. i. C. de hæredib. instit. Zasius in d. apologia contra Eckium, vbi communem dicit. Itaque obligatio, quæ ad iuris civilis vincula pertinet, in eos non cadit, aded, vt iustitia eis administrari non debeat, & sententia pro ipsis lata, nulla sit, tex. in d. c. foelicis. Bald. in d. l. i. vnde etiã sequitur, neminem astringi seruare pacta ei, in quem iuris civilis obligatio non cadit, cui ius denegatur, nec vlla sententia admittitur. Stipulationem † nullam esse constat, quando is stipulatur, qui non est capax obligationis civilis, tex. in l. multum interest. ff. de verb. oblig. Sed Bannitus non est capax civilis obligationis, ergo stipulatio nulla est. Iason in d. §. superest, num. 36. Instit. de action. Zasius vbi supra. Præterea quoties † lex tollit iurisdictionem, & personam inhabilem reddit, videlicet, quod non audiatur, nec ius ei reddatur, sicut disponit Constitutio Imperij super fracta pace, tunc ipso iure non valet iudicium, etiam si à parte nihil opponatur, quia actus contra prohibitionem legis, vel statuti celebratus, ipso iure nullus est, text. in l. non dubium. C. de legib. Ad hæc † notum est iudicium constare ex tribus personis, iudice, actore, & Reo, text. in c. forus, de verb. signif. quoad Bannitum iudicium ex defectu duarum personarum claudicat, ex parte iudicis, ob defectum iurisdictionis, quia lex Imperij resistit, & iurisdictionem tollit: & ex parte Banniti, qui ex eadem Constitutione ad agendum factus sit inhabilis, & ad hoc facit text. in l. i. §. quod autem. ff. de aleatorib. & in l. scire oportet. §. consequens. ff. de excus. tuto. in l. quos prohibet. ff. de postul. Decius pulchrè consil. 176. nume. 3. incip. in causa quæ Lucæ. Alexand. consil. 37. nu. i. volum. 2. incip. viso, & oportunè discusso, vbi dicit, processum † in fauorem eius cui ex statuto audientia denegatur factum, nullum esse, per multa allegata. Imol. & Alexand. in d. l. i. §. sublata. ff. ad S. C. Trebellia. Ias. præclare ibid. num. 10. cum seq. Prædicta † quoque obtinent in vniuersitate bannita, quia amittit omnia sua iura, & quasi pro

- mortuus habetur, gloss. notab. in c. fina. in verbo, expressi, de procuratoribus. Nullam igitur habet dubitationem neque de iure communi, neque ex Constitutione Imperij, quòd Bannitus iudicium inchoare nequeat. Maior autem dubitatio, & quæ ex facto sæpè proposita est, in eo versatur, utrùm † Bannitus litem ante Bannum coeptam, in Camera prosequi, & continuare possit? Doct. in materia Bannitorum circa hanc quæstionem variè loquuntur. Barto. in l. Vranus, num. 12. ff. de fideiussor. existimat posse, per textum in d. l. is qui Reus, §. final. ubi dicitur, damnatos, ante damnationem inchoatas dilationes, etiam post damnationem implere posse. Nellus in prima parte secundi temporis, quæstion. 59. num. 150. & in tertia parte secundi temporis, quæstion. 1. ubi hanc quæstionem in terminis tractat, & variè distinguit. Breuiter omissis Dd. opinionibus, in Camera Imperiali multis præiudicijs receptum est, Bannitum † institutam, ante sententiam Banni declaratoriam, actionem, ad finem perducere non posse, vt in causa Goslar / contra Brunswich. Ratio, quia lex Imperij expressè resistit, & omnes actiones & obligationes tollit, sicut dictum est, & iudex Camerz, etiam ex suo officio, Bannitum agere volentem à limine iudicij excludere debet, cum nulla ei competat actio, & † nemo sine actione experiri possit, text. in l. si pupilli. §. videamus. ff. de negot. gest. & in l. 2. ff. de dot. præleg. Bartol. ibidem num. 5. gloss. singul. in l. ubi pactum. C. de transact. in verbo, poena. Iason pulchrè ibid. num. 10. cum sequen. & communiter Dd. Alexand. in d. l. 1. §. sublata, num. 2. Idem consi. 136. num. 9. volum. 2. incip. in causa & lite inter. & consi. 166. num. 4. volum. 6. incip. in causa & lite vertente. Felin. in c. ad aures, num. 3. de præscript. Nellus d. quæst. 59. num. 154. facit text. in d. l. 1. §. quod autem. ff. de aleato. Constitutiones Imperij Bannitos à iudicio excludunt, & nolunt eis iustitiam via actionis administrari: iustitia † autem in quacunque parte iudicij administratur, text. in l. 1. §. 1. ff. si quis ius dic. non obtemp. ergò non refert an ante inchoatam actionem, an verò lite pendente actor Bannitus agere,

agere, aut intentatam actionem persequi velit. Nellsus
 d. quæstion. 59. nume. 153. Et hæctenùs de Bannito actore.
 Quid autem si bannitus ab alio in ius vocatus sit, an tan-
 quàm Reus comparere, & se defendere possit? Non vide-
 tur, quia † Reus excipiendo fit actor, tex. in l. in exceptio-
 nibus. ff. de probat. & in l. 1. ff. de except. & in l. si quidem,
 C. eod. titu. Sed iam conclusum est, Bannitum agere non
 posse, ergò nec excipere: ne vna via concedatur, quod alia
 denegatur, contra tex. in c. cum quid vna, de regul. iur. in
 6. & in l. scire oportet. §. 1. ff. de tutorib. & curator. dat. ab
 his. Veritas aliter se habet, nam Bannitus citatus compa-
 rare, & se defendere potest. Ratio, primò quia iudicium
 redditur in inuitum, text. in l. inter stipulantem. §. si Sti-
 chum. ff. de verbor. obligat. gloss. in c. 1. in verbo, interro-
 gatus, de iudicijs. Deinde, quòd defensio sit iuris natura-
 lis, quæ nemini, ne diabolo quidem, deneganda est, text.
 in Clem. pastoralis, de senten. & re iudic. vbi communi-
 ter Canonist. & in l. Diuus. ff. de adopt. cum similib. atqui
 citatus dicitur ad necessariam defensionem venire, vnde
 à limine iudicij excludi non potest, tex. in l. vnus. §. co-
 gniturum. ff. de quæstionib. Et regulariter verum est,
 omnem † citatum, vel vocatum in ius, tam in criminali-
 bus, quàm ciuilibus causis, tanquàm legitimum contra-
 dictorem audiendum esse. Persona enim Rei in ius voca-
 ti, per citationem actoris atquò habilis efficitur, vt nulla
 postea in iudicio contra eius personam exceptio admit-
 tatur, quia non spontè vt actor, sed necessariò, vt defen-
 sor venit. Quapropter in † bannito, in ius ab alio voca-
 to, non banniti fauor, sed æquitas iudicantis attenditur,
 cum non debeat claudicare iudicium, text. in c. cum in-
 ter, de exceptio. & in c. nouit. §. cæterùm, de iudicijs: sa-
 tisque absurdum videatur, actore impugnante, Reo de-
 fensionis facultatem denegare, quia sic condemnaretur
 multoties absoluendus, text. notab. in d. c. cum inter, vbi
 singulariter Innocen. num. 3. Felin. ibidem nume. 11. Bart.
 in l. si fideiussor, la. 2. §. si necessaria. ff. qui satisd. cog. & in
 d. l. cum mulier, num. 5. cum sequen. ff. solut. matrimon.
 vbi omninò vide. Idem in l. de pupillo. §. seruo, nume. 2.

- 194 Iason ibid. num. 4. ff. de nou. oper. nuncia. Nellus in tra-
cta. de Bannitis in 1. part. 2. tempor. quæst. 62. per totam.
- 19 Et ita in Camera obseruatur. Regulariter enim † agere
prohibitus, si conueniatur, defensio ei permittitur, et per
modum defensionis habet legitimam personam stādī in
iudicio, per tex. in l. si seruum. ff. de accusat. & in l. liber-
tus, la. 1. ff. de in ius vocan. vbi libertus à patrono in ius
vocatus, se sine petita venia defendendo, non incidit in
edictum, text. in l. inter omnes. C. de præd. & alijs reb.
minor. sine decret. non alien. Nellus d. quæstion. 62. Dd.
20 vbi supra. Imò non valet † Statutum, quòd Bannitus de-
fendendo audiri non debeat, quia defensio statuto exclu-
di non potest, cùm sit iuris naturalis, d. Clemen. pasto-
ralis, d. l. vt vim. ff. de iusti. & iur. Bald. ibid. pulchre num. 3.
vbi omninò vide, quòd statutum non valet, quo excludi-
tur Bannitus à defensione, & ita quoque Bart. concludit
in d. l. cùm mulier, nume. 6. quia, inquit, leges debent esse
iustæ, text. in l. 2. ff. de legib. esset autem summa iniustitia,
excludere accusatum à legitima defensione, cui renunciar-
e non potest, neque permittere, vt iudex se iniuste con-
demnet. latè Hippol. in l. penult. nume. 4. cum sequ. ff. de
quæstio. & in l. lege Cornelia. §. constitutum, num. 7. ff. ad
l. Cornel. de sicar. cùm non sit dominus membrorum suo-
rum, tex. in l. liber homo, la. 1. ff. ad l. Aquil. adeoque † sta-
21 tuta generaliter omnes exceptiones reiicientia, non ha-
bent locum in exceptionibus innocentiz, quia defensio-
nem expresse tollere nequeunt, ergò multò minùs taci-
tè. Bald. in d. l. vt vim, nume. 3. vbi communiter Doct. Bar-
to. in d. l. cùm mulier. Innocen. in d. c. cùm inter, vide su-
prà lib. 1. cap. 18. & supra eod. cap. 8. Bald. in l. 1. num. 27. C.
de confess. vbi dicit, statutum omnes exceptiones, præter
exceptiones innocentiz tollere posse. Hippol. in practic.
crim. §. postquam, num. 47. & §. ordine, num. 1. cum sequ.
Natta consi. 444. nu. 10. volu. 2. incip. admitti debet. Prædi-
22 cta quoque obtinent in † excommunicato, cui Bannitus
comparari solet. Bald. in d. l. 1. C. de hære. insti. Panor. in c.
2. nu. 1. de purgat. Cano. vbi excommunicationem vocat
Bannum Ecclesiz, vide quæ dixi supra eod. cap. 1. Nam
licet

licet excommunicatus agere nequeat, tamen in ius vocatus rectè se defendit, per text. in c. dilecti, & in c. dilecte, de exceptio. tex. in c. pia, eod. titul. in 6. text. in c. intelleximus, de iudic. vbi communiter Canonist. & in d. c. cum inter. Dd. vbi suprà, idque per rationes paulò antè commemoratas. An autem acta per excommunicatum facta valeant, vidè plenissimè Panor. in c. veritatis, nu. 32. cum sequ. de dol. & contum. Innoc. & gloss. ibid. Idem iudicium agitatum cum excommunicato quantumcunque notorio, valet, antequàm repellatur ab agendo, text. in d. c. pia. Panor. in d. c. veritatis, nu. 36. quem omninò vide, sic periurus licet agere non possit, text. in l. si quis maior. C. de transact. tamen à defensione non repellitur, text. in d. c. dilecti. Alex. d. confi. 37. num. 8. volu. 2. Non obstat ratio dubitandi, quòd † Reus excipiendo fiat actor, d. l. i. ff. de except. quia hoc procedit quòad onus probandi: nam quemadmodum actor propositam actionem: ita Reus oppositam exceptionem probare debet: propriè tamen actor non est, quia nõ petit sibi aliquid adiudicari, sed intendit actorem à petitione sua repellere, text. in l. 2. ff. de excep. Panor. in d. c. cum inter, num. 11. glo. in d. l. in exceptionibus, in verbo, velut intentionem. Mayner. in l. nemo ex his, nu. 2. de reg. iur. Sed quid si † Bannitus citetur super l. diffamari. C. de inge. manu. an comparere, & iura sua in iudicio proponere possit? Resolutio consistit in eo, an tali casu citatus sit necessarius, an verò voluntarius Reus: nam, vt paulò antè dixi, necessaria defensio, quæ iuris naturalis est, nemini debet adimi. Necessarius † Reus dicitur ille, contra quem principaliter actio dirigitur, vel qui nominatim verbis conceptis in iudicium vocatur. Voluntarius verò, qui specialiter non vocatus, sed petitio ad iudicem dirigitur, nullo nominato Reo, veluti si per edicta publica citentur creditores in genere, qui sua interesse putauerint, vt præclare notant Inno. Panorm. & Felin. in d. c. cum inter, de excep. Barto. & Ias. in d. l. de pupillo. §. seruo. Feli. in c. quoniam frequenter, num. 14. vt lit. non contesta. Specul. sicu. de citatione. §. sequitur, num. 19. Roma. consil. 53. nu. 1. incip. visis themate,

- Canonist. in Clemen. 1. de iudicijs. Felin. in c. 2. num. 8. ce
 86 constit. Modò ad propositum: etsi t̄ citatus ex d. l. diffamari, nominatim citetur, tamè cum huiusmodi defensio sit voluntaria, & non necessaria, vt communiter concludunt Dd. existimo Bannitum super diffamatione citatum audiendum non esse, neque etiam propriè Reus est, quinimò per comparitionem actor efficitur, cum t̄ diffimare nihil aliud sit, quàm ad iudicium prouocare, per text. in d. l. diffamari. Bald. ibid. num. 6. & nu. 10. text. in c. l. Titia, & in l. si ea. C. de his qui accus. non poss. & in l. si eo tempore. C. de remiss. pign. Schurff. consil. 15. nu. 9. cent. 3. incip. quòd in præfenti. Dd. in l. vnica. C. vt nemo inuit. age. vel accus. cog. Et Barto. in d. l. cum mulier, nu. 6. ff. solut. matrim. concludit, defensionem t̄ voluntariam statuto tolli posse, sed non necessariam. Quoniam igitur citatus super l. diffamari, actoris vices sustinet, sequitur bannitum non habere personam standi in iudicio diffamatorio, quia omnes obligationes & actiones iure communi, & Constitutionibus Imperij amittit, per ea quæ supra initio dicta sunt. Sed nec t̄ nouum opus nunciare potest Bannitus, cum huiusmodi nunciatio voluntariæ defensionis instar sit, tex. in d. l. de pupillo. §. seruo. Ias. ibidem nu. 5. ff. de nou. oper. nuncia. An autem t̄ Bannitus conuentus actorem reconuenire possit? Minimè: Ratio, ne quòd in defensionis remedium sustinetur, ad impugnationis materiam extendatur, per text. in d. c. cum inter. Nellus d. quæst. 62. Et aliàs in causis fractæ pacis Camera Imperialis reconuentiones non admittit, vt dixi supra, lib. 1. cap. 12. vbi vide. An autem t̄ pater possit agere pro iniuria filio Bannito facta: distingue, aut agit suo nomine, aut filij: primo casu potest, altero agere prohibetur, quòd latius explicat Nellus in tractatu de Bannitis in prima part. 2. temp. quæst. 60. vbi omninò vide.

CAP. XIII.

Bannum agnati vel patris, an noceat alijs agnatis vel filijs in bonis feudilibus.

SVMARIA.

- 1 *Bannum vasalli an noceat agnatis.*
- 2 *Feudum nouum mortuo vasallo, ad dominum reuertitur.*
- 3 *Fallit in simultanea inuestitura.*
- 4 *Inuestitura in decidendis causis principem locum tenet.*
- 5 *Inuestitura tenor derogat iure feudali.*
- 6 *Delictum vasalli, an noceat agnatis in feudo antiquo.*
- 7 *Vasalli persona in successione feudi non consideratur, sed primus acquirens.*
- 8 *Vltimus vasallus primi acquirentis successor dicitur.*
- 9 *Delictum debet suos auctores tenere.*
- 10 *Delictum vasalli erga personam domini, nocet agnatis.*
- 11 *Inuestitura primi acquirentis habet tacitam conditionem.*
- 12 *Opinio quorundam, quod delictum vasalli non noceat agnatis.*
Filij censentur eadem persona cum patre. ibid.
- 13 *Lex quando non distinguit, nec nos distinguere debemus.*
- 14 *Delictum vasalli an noceat agnatis in causa fracta pacis.*
- 15 *Vasallus sumens arma contra dominum, prauidicat in feudo, etiam agnatis.*
- 16 *Crimen lese maiestatis nocet agnatis in confiscatione bonorum feudaliu.*
- 17 *Delictum vasalli an noceat agnatis, quando feudum concessum est generi.*
- 18 *Delictum vasalli non nocet agnatis, si hoc in inuestitura prouisum sit.*

- Dolum nemini debet patrocinari. *ibid.*
- 19 Crimen laesa maiestatis non committit, qui non est subditus.
- 20 Feudum non dat Imperium domino in vasallum.
- 21 Delictum patris an noceat filijs in feudis.
- 22 Filij imitatores parentum esse censentur.
- 23 Principia quaelibet talia censentur principjata.
Natio quandoque infamat. *ibid.*
- 24 Filij patri raro similes. saepe deteriores esse solent.
Filius de iure diuino non portat iniquitatem patris.
ibid.
- 25 Patris delictum nocet filio in feudo acquisito, non acquirendo.
- 26 Filius succedit auctore iure proprio, non representatione.
- 27 Delictum patris an noceat filio nascituro.
- 28 Successor vitiarum tenetur de culpa defuncti.
- 29 Hereditas indigna ablata, an proximioribus debeatur.
- 30 Delictum heredis nocere non potest substituta.
- 31 Alienari prohibita non veniunt in publicationem bonorum.
- 32 Prohibitus alienare quando delinquendo alienet, remissus.
- 33 Filij delictum an noceat patri vasallo.
- 34 Pater an teneatur exhibere filium delinquentem domino feudi, remissus.
- 35 Etiam an legitimam amittat, patre viuente, ob delictum suum, & virum in bonis patris facienda sit executio.
- 36 Legitima filij ob delictum eius, non applicatur fisco.
- 37 Neque peculium profectitium, neque aduentitium, aut Castrensium.

VASALLO t̄ Bannito, feuda indistinctè, vr̄um nõ
 ua, an antiqua sint, se viuo, ad Dominum reuer-
 tuntur, v̄edicam prolixius infr̄a capite proximo.
 Sed quid si vasallus moriatur in Banno, an eius delictum
 nocumento & damno erit alijs agnatis, aut filijs Banniti,
 ita quòd feudo omninò priuari debeant? Quod ad agna-
 tos attinet, ex communi Doct̄orum opinione distinguen-
 dum est, vr̄um t̄ feudum sit nouum, an verò antiquum,
 & gentilitium, ex pacto & prouidentia, *Sin alt̄ v̄atter-
 lich̄ & chen.* Primo casu ad dominum sine dubio reuertit-
 tur, quia etiam extra casum delicti, vel Banni iura feuda-
 lia ita disponunt, per textum in c. 1. §. filia, in fine, de suc-
 cess. feud. text. in c. 1. circa finem, de feud. March. vel Duca.
 gloss. communiter approbata in terminis, in d. c. 1. §. hoc
 quoque, in verbo, partem suam. Iacob. de S. Georg. in ver-
 bo, dictique vasalli, num. 56. cum sequen. & in verbo, cum
 pacto, num. 30. nisi t̄ initio beneficio inuestituræ, specia-
 li conuentione, etiam agnatis ius quæsitum esset, puta,
 quòd pariter & simul in inuestitura nominati atq; com-
 prehensi essent, *Das̄ sie Mitbelehnere wehren / v̄und
 die gesampre handt hetten.* Ideò tali casu inuestituræ
 t̄ tenor diligenter inspiciendus. Et notum est, in omni-
 bus controuersijs feudalibus pactum inuestituræ princi-
 pem locum obtinere, & ad illud, tanquàm ad scopum, in
 decidendis controuersijs feudalibus collimandum esse:
 feuda enim & contractus ex conuentione legem accipi-
 unt, per textum in c. 1. in fine, de duobus fratribus à Capi-
 ta. inuestit. & in c. 1. §. nulla, per quos fiat inuestitu. Za-
 ssius parte 8. nume. 49. & parte 12. numero 41. in tractatu
 feud. & in feudis admittuntur pacta etiam extranea, &
 t̄ tenor inuestituræ derogat naturæ cuiuslibet feudi, vt di-
 cit Curtius Iunior in tracta. feud. parte 1. in 6. principali
 quæstione, num. 8. cum sequen. per textum in d. c. 1. de duo-
 bus fratri. quem Bal. ibid. nu. 3. dicit perpetuò esse notan-
 dum. & text. in c. 1. §. final. de success. feud. text. in c. 1. de
 feud. non habent. propr. feudi natur. Bald. in c. 1. §. deni-
 que, nume. 1. quæ fuit prima causa benefic. amitt. vbi di-
 cit, à

cit à tenore inueſtituræ non eſſe recedendum. Marti. Lau-
den. in c. 1. colum. 1. qui feud. dare poſſ. Roman. conſil. 33.
num. 1. in ſin. incip. viſo inueſtituræ tenore. Narca conſil.
467. num. 6. volum. 1. incip. viſa inueſtitura. Altero caſu,
quando feudum eſt antiquum, ex pacto & prouidentia,
iterum diſtinguendum, vrùm ꝑ delictum vaſalli contra
tertium, an verò in perſonam domini commiſſum ſit: ſi
contra tertium, delictum vaſalli Banniti non nocet agna-
tis, quibus ex pacto & prouidentia primi acquirentis,
non ꝑ ex perſona vaſalli poſſidentis feudum, ius ſucceden-
di quaſitum eſt, qui iure ſanguinis, iure proprio, & ex
perſona propria, ad feudi ſucceſſionem vocantur, text. in
c. 1. de vaſall. decrep. xta. & in d. c. 1. §. hoc quoque, de ſuc-
ceſſ. feudi. & in c. 1. de inueſtitu. de re alien. fact. Afflicti.
præclare in c. 1. §. prætereà ſi vaſallus, in glo. 3. num. 2. cum
ſequen. & in §. ſina. num. 1. quæ fuit prima cauſ. benefic. 2-
mitt. Feudiſtæ communiter ibid. & in c. 1. ſi vaſall. feud.
priuet. cui deſer. Cart. Iunior prolixè in tract. feud. part.
5. num. 2. cum ſequen. Deci. conſil. 78. num. 4. incip. licet in
caſu propoſito. Paris. conſil. 21. nume. 183. volum. 1. incip.
prima in huiſcemodi. Idem eleganter conſil. 65. nume.
26. cum ſequen. volum. 3. incip. paternum feudum. Bald.
conſil. 137. num. 1. volum. 2. incip. Dominus Iordanus, vbi
dicit, in ſucceſſione feudi non attendi proximitatem reſ-
pectu eius perſonæ, à qua vacat feudum, ſed reſpectu pro-
ximitatis, ſeu pacti, vel conuentionis eius, à quo incipit
feudum. Idem in c. 1. nume. 7. de eo qui ſibi & hæredibus
ſuis. Aluarot. in c. 1. nume. 7. de alienat. feud. patern. facit
l. 1. C. de priuileg. eor. qui in ſacro Palat. milit. lib. 12. Hinc
eſt, quòd pro regula traditur, vltimum ꝑ vaſallum ſem-
per eſſe primi acquirentis ſucceſſorem, etiam ſi feudum
in infinitum abierit, aut per mille manus (vt Doct. aiunt)
ambulauerit, text. in c. 1. ad finem, de ſucceſſ. feud. & ibi-
dem Doct. Paris. d. conſil. 23. num. 177. Iſern. in d. c. 1. §. hoc
quoque, num. 6. Zaſ. in tract. feud. part. 8. nu. 5. Quòd per-
tinet, quòd ꝑ delictum debet ſuos auctores tenere, text. in l.
ſancimus. C. de pœnis. & in §. 1. Inſtit. de noxal. actio. tex.
in l. licet. C. an ſeru. ex ſuo fact. poſt manu. teneat. nemoq;

alte

alterius odio prægruari debeat, *tex. in c. non debet, de regul. iur. in 6. & in l. non debet, & in l. factum cuique. ff. eodem tit. tex. in l. i. ff. de alien. iud. mutan. caus. fac. & in l. de pupillo. §. plurium. ff. de noui oper. nunciat. & in l. si quis in suo. §. legis. C. de inoffi. testam.* Item quòd factum cuique suum non alteri nocumento fit. Et iste casus nullam habet dubitationem. Alterum verò distinctionis membrum plus habet scrupuli, videlicet, si t vasallus dominum offendat, *So die mißhandlung wider den Lehenherrn begangen/* quo casu frequentiori Doct. calculo receptum est, delictum vasalli Banniti, alijs quoque agnatis, quòad successionem officere, feudumque, quantumuis paternum, aut antiquum, ex pacto & prouidètia, exclusis omnibus agnatis, ad dominum reuerti: idque ea ratione constitutum est, vt iniuria domino facta hoc pacto vindicetur, per *text. in c. i. tit. an ille qui interfec. fratrem domini sui. & tex. in d. c. i. fin. quz sit prima caus. benefic. amit. vbi dicitur, quòd commissæ scelonia in personam domini, feudum ad eum redire debeat, vt iniuriæ sursultionem habeat.* Neque pactum & prouidentia primi acquirentis hoc casu agnatis commodo & vtilitati esse potest, quia t primæ concessioni, siue inuestituræ tacita quædam conditio inesse videtur, vt eatenus omnes agnati primo acquirenti in feudo succedant, si accepti beneficij memoriam non deponant, seque non ingratos erga primum concedentem, eiusque successores ostendant, hæc tacita conditio pro expressa habetur, & tacitum idem operatur, quod expressum, *tex. in l. cum quid. ff. si certum petat. gloss. notab. ibid. in verbo, pro cauto, Bartol. similiter num. 1. & num. 9. vbi hoc declarat, tex. in l. quòd si nolit. §. qui mancipia. ff. de xdil. edic. tex. not. in l. cum quis. ff. de solut. & in l. stipulationem. ff. de iure dotium, text. in l. triticum. ff. de verbor. obligat. Bald. in d. c. i. §. denique, nume. 1. in fin. quz sit prima caus. benefic. amit. Et iniriò dictum, tenorem inuestituræ derogare naturæ cuiuslibet feudi. Hanc opinionem tenent glo. in d. c. i. §. fin. in verbo, ad proximos, gloss. in c. i. §. si vasallus, in verbo, reuo-*

reuocabuntur, si de feu. defunct. controyer. fuer. gloss. in c. 1. §. fin. de pace iuramen. firman. prout eam allegant Dd. sed reperitur sub tit. de allodijs, in verbo, facultatem. Iacob. de S. Georg. in tracta. feud. in verbo, dictique vassalli. nume. 58. vbi hoc quinque modis limitat. Bal. in c. 1. §. aut si libellario, nume. 2. quibus modis feud. amitt. Idem præclare in c. 1. num. 3. si vassal. feud. priuet. vbi omninò vide. Aluarot. in d. c. §. final. nume. 4. & 8. quæ sit prima causa benefic. amitt. Alexan. consil. 30. num. 4. volum. 6. incip. visis dubitationibus. Paris. consil. 21. nume. 52. volum. 1. incip. disposuere. Curtius Senior consil. 49. nume. 25. incip. memoriz recolendr. Socin. Iunior consil. 48. nume. 126. volum. 3. incip. maximi ponderis. Gozadin. consil. 84. num. 3. incip. prima facie. Zal. in tract. feudor. part. 10. nume. 101. Curt. Iunior d. parte 5. num. 2. cum sequen. vbi sex limitationes adducit, & omnes vbique vno ore communem dicunt. Sunt tamen plurimi t̄ Doct. qui contrarium tenent, nimirum reatum vassalli, etiam eo casu, quo dominus principaliter offenditur, non nocere agnatis, sed tantum filijs & descendens delinquentis: in quo omnes conueniunt, & sic concludunt filiorum conditionem deteriorem esse, quàm sit agnatorum, eò quòd filij censentur eadem persona cum patre, & eo adhuc viuento, pro dominis habeantur, tex. notab. in fin. C. de impube. & alijs substitut. & in §. iur. autem. ff. de h̄red. qualit. & differ. tex. in l. 1. §. item aut. ff. de iniur. l. in suis. ff. de liber. & posthum. & idè viuo patre priuari possunt: secùs quòd ad agnatos, qui viuo delincente nondum erant domini, & propterea iure, quod non habebant, priuari non potuerunt, cum non entis nullæ sint qualitates, facit ad hoc optimè tex. in l. 2. §. si capitis. ff. de bon. liber. tex. in l. communi liberto. & in l. Iulianus ait. ff. eodem tit. l. fina. ff. de oper. liberto. text. singul. in l. 2. ff. si quis aliq. test. prohib. Bal. in d. c. 1. num. 3. si vassal. feud. priuet. Ad tex. in d. §. fin. [quæ sit prima causa benefic. amitt.] Docto. respondent, verba illa, de proximioribus agnatis, referenda esse ad filios & descendens vassalli Banniti: cum illi rectè proximiores agnati dicantur, quibus delictum patris merito no-

nocere debet: ijs verò è medio sublatis, iura successio-
 nis, ipsis agnatis collateralibus, beneficio primi acqui-
 rentis, facta testaque existere. In hanc opinionem incli-
 nat gloss. in d. c. i. §. fin. que sit prima causa benefic. amitt.
 & eam tenet Andre. de Herm. summus Feudista, in d. c. i. §.
 præterea, num. 9. eodem tit. Afflict. similiter in d. §. final.
 num. 2. & alij quos allegant, pro qua opinione videtur esse
 text. in d. c. i. si vassall. feud. priue. & in c. vassallus, si de
 Feud. defunct. fuer. controuers. facit tex. in l. quoties. C. de
 fideicommiss. & alia iura per Afflict. allegata. Et licet ista
 opinio sit benignior, nè ex alterius delicto alij iniquè pu-
 niantur, tex. in d. l. sancimus. & in d. l. non debet, cum con-
 cordantibus, nève in potestate vassalli positum sit, delin-
 quendo priuare agnatos innocentes feudo antiquo, ipsis
 non ex persona delinquentis vassalli, sed ex pacto & pro-
 uidentia primi acquirentis, iure sanguinis, non successio-
 nis debito, per notata Bart. in d. l. si quis in tantam. C. vn-
 de vi, & per iura infra circa finem allegata: tamen pri-
 ma opinio magis communis est, & ab ea iudicando non
 est recedendum, vt inquit Iacob. de S. Georg. & Curt.
 locis citatis, quia tex. in d. c. i. §. fin. quæ sit prima caus. be-
 nefic. amit. indistinctè de proximioribus agnatis dispo-
 nit: & vbi lex non distinguit, nec nos distinguere de-
 bemus, vulgata l. de precio. ff. de publician. text. in l. item
 veniunt. §. petitam. ff. de petit. hered. gloss. ibid. in verbo,
 à quo, text. in l. 3. ff. de offic. præf. & in l. Imperator. §. Di-
 uus. ff. de postul. Curt. d. consil. 49. num. 25. vbi omnia ob-
 iecta ingeniosè diluit. & Doct. vbi sup. & hoc idè reco-
 ptum, quia primæ concessioni tacita conditio inesse cen-
 setur, quatenus videlicet successores feudorū nullam er-
 ga personam domini ingratitude committant, quæ
 tacita conditio pro expressa habetur, tex. in d. l. stipulati-
 onem. & in d. l. cum quis. Et quoniam initio dominus feu-
 di rei suæ conditionem apponere potuit, eaque conditio
 successores obliget, nihil conueni possunt agnati, ad
 quos feudum cum illa conditione & qualitate transit, si
 vnus agnatorum conditioni contraueniat, cum traditio-
 ni rei suæ, vt dictum est, quilibet certam legem apponere
 pos-

- possit, text. in l. duorum. C. communia prædio. tam urb. quam rustic. & in l. si quis duas. ff. eod. tit. text. in l. & qui duas. ff. de seruitut. urban. præd. & in l. legem. C. de pact. & interdum maiorum exempla successoribus præjudicant, per tex. in l. cohortalis. C. de cohortalib. lib. 12. Bald. in d. c. 1. num. 1. si vassall. feud. priue. cui defe. & in c. 1. §. in super. num. 5. de prohib. feud. alien. per Fred. Et hanc partem † Constitutio Imperat. Caroli V. fœlicis. recorda. de pace publica, sub tit. *Die Peen der Landt friedbrecher* / id est, de poena turbatorum pacis publicæ, non obscure comprobare videtur. Verba Constitutionis sic habent, *Wo aber der friedbruch wider den Lehenherrn beschehen wehre / so soll derhalben / was hierin das Lehen recht vermag / vnnd gebräuchlich ist / gehalten werden* / hoc est, si fractus pacis delictum committatur contra personam domini, quod tunc iura feudalia, & consuetudines super eo obseruari debeant. Ego existimo hanc opinionem non de qualibet iniuria domino facta, sed de grauioribus & enormibus delictis accipiendum, vt si † vassallus nefarie & perfide contra dominum arma sumat, eiusque vitæ publicè, coactis hominibus, aut non obscure quadam machinatione insidietur. Et omnium maximè eam opinionem in † crimine rebellionis, & læsæ maiestatis, ex primo capite legis Iulix procedere concludo, veluti si quis aduersus Cæsarem, vel Imperium arma moueat, iuxta tex. in Extrauag. ad reprimendum, tit. quomo. in læsæ maiest. crim. proce. Et ita aliquando obseruatum memini. Tanta enim huius criminis indignitas est, vt nõ solum bona delinquenti auferantur, sed etiam imaginum iura, & nobilitatis insignia amittantur, tex. singul. in l. eorum. ff. de poenis, vide supra eod. cap. 9. & sic toti familie perpetua quædam ignominie nota inuratur: quapropter meritò à successione feudi, ob damnatam, vel damnandam memoriam delinquentis, ipsi agnati excluduntur, per rationes iam adductas, facit text. in l. quisquis. & in l. penult. & in l. fin. C. ad leg. Iul. maiest. Paris. d. consil. 37. nume. 55. volum. 1. vbi pulchrè concludit, feudum etiam ex le-

ex leuiori causa amitti, si inuestitura insertam habeat
 clausulam, saluis semper nostris, & Imperij iuribus, quæ
 communiter feudis Imperij adijci consuevit. Hanc com-
 munem t̄ opinionem limitabat Bald. in d. c. i. §. fin. quæ sit
 prima causa benefic. amit. vt non procedat, si feudum ge-
 neri concessum sit, vt eo casu delictum vnus non noceat
 alteri: maximè si sint regalia in feudū concessa, quia cum
 sint nobilia, & preciosa feuda, non veniunt neque debentur
 iure successionis, sed iure sanguinis, gentilitatis, &
 familiar, quia eò respexisse videtur primus concedens:
 attamen Bald. ibid. hoc non firmat, sed dicit alios contra-
 rium tenere. Secundò limitatur, si ex t̄ inuestitura non
 obscurè constet, feudum ita concessum esse, vt delictum
 vnus non noceat alteri: hoc autem ex eo apparet, si ver-
 ba primæ inuestituræ in personam vniuscuiusque colla-
 ta sint, veluti si dicatur: Concedo feudum de vno in aliū,
 vel, concedo omnibus principaliter, vt latius explicant
 Bald. in d. c. i. nume. 3. in fin. si vasal. feud. priue. cui defe.
 Curt. & Iacob. de S. Georgio in locis allegatis. Tertio li-
 mitatur, si vasallus, domino consentiente, delinquat in
 personam domini: quo casu collusio & dolus vtriusque
 non debet præiudicare ceteris agnatis, vt tenet Bald. in d.
 c. i. §. aut si libellario, num. 2. quib. mod. feud. amit. Curt.
 d. par. 5. num. 6. vbi plures limitationes adducit, similiter
 Iacob. de S. Georg. loco citato. Dolus enim nemini pa-
 trocinari, & lucro esse debet, text. in c. ad nostram. §. 1. de
 empt. & vendit. & in c. sedes. §. fina. de re script. text. in c.
 ex literis. §. fin. de dolo & contuma. text. notab. in l. à sen-
 tentia. ff. de appellat. ibi, si quis in cohæredum præiudi-
 cium se condemnari patitur, text. in l. ita demum. ff. de
 recept. arbitr. & in l. si duo. ff. si quis cautio. text. notab. in
 l. fin. §. 1. ff. de eo per quem factum erit. & in l. transactio-
 ne. C. de transactio. Illud obiter hic t̄ quoque obseruan-
 dum, quòd vasallus non committat crimen læsæ maiesta-
 tis offendendo dominum, si non sit ei ratione originis,
 vel domicilij subiectus. quia ex communi Docto. opinio-
 ne, non subditus non potest committere crimen læsæ ma-
 iestatis, per textum in Clemen. pastoralis. §. rursus, in ver-
 bo, non

- bo, non subfnit, de re iudic. Iul. Clar. libr. 5. sentent. §. 12. l. se
 maieftatis, nu. 6. Sed † vafallus ratione feudi non est pro-
 priè subditus, quia feudum non dat imperium & iurifdi-
 ctionem, licet forum fortiatur ratione feudi, coram do-
 mino, per ea quæ notauit in Tractatu Pignorationis, cap.
 15. & ideò delinquendo non dicitur committere crimen
 l. se maieftatis, Iul. Clar. vbi suprà. Porro, quod ad † de-
 lictum parentis attinet, etfi Dyn. in d. c. non debet, de reg.
 iur. in 6. & Salic. in l. 2. C. de libert. & eo. liber. nu. me. 5. va-
 riè diftinguant, tamen in effectu fupradicta diftinctio hic
 quoque feruanda est, videlicet, vtrum tertius fit à patre
 offensus, an verò ipfa persona domini. Primo cafu, ob
 delictum patris filij feudum non amittunt: altero verò
 amittunt, in quo omnes Doct. conueniunt, ita vt filiorum
 conditio multò fit grauior, quàm agnatorum, per text. in
 d. c. 1. §. fin. quæ fuit prima caufa benef. amit. Afflic. ibid.
 num. 3. Aluarot. num. 8. in fin. Afflic. in eod. c. §. præterea,
 gloss. 3. num. 2. & num. 5. & num. 11. vbi omninò videas, gl.
 notab. in d. c. 1. §. si vafallus, in verbo, reuocabuntur, tit. si
 de feud. defunct. conten. fit inter domin. & agnat. vafall.
 Iaco. de S. Georg. in verbo, dictique vafalli promiferunt,
 num. 6. Zaf. part. 10. num. 96. cum fequen. Bartol. in l. cum
 qui, num. 2. ff. de interd. & releg. Bald. in l. fin. nume. 1.
 C. de liber. cauf. gloss. fingul. in c. ex parte, in verbo, feu-
 dum, de feudo. Panorm. & alij ibid. pulchrè Salicet. in d.
 l. 2. nume. 5. C. de libert. & eo. liber. & Dyn. plenè in d. c.
 non debet. Ratio, quia † filij censentur esse pars corporis
 patris, & eadem persona cum eo, vt paulò antè dixi, per
 tex. in d. l. fin. C. de impub. & alijs fubstitut. adeoque præ-
 fumptio est contra eos, quòd futuri fint fimiles patri, tex.
 in d. l. quisquis. §. filij. & in l. cum vnus. ff. de alimen. & ci-
 bar. lega. Castr. confil. 311. nume. 3. volum. 1. incip. circa id,
 quod primo. Vnde in prouerbium abiit, Nunquam ex ma-
 lo patre, bonus filius: item, Mali corui, malum ouum: &
 qualia funt † principia, talia præfumuntur principiata, fa-
 cit tex. notab. in d. l. quòd si nolit. §. qui mancipia. ff. de æ-
 dilic. edict. vbi dicit text. quosdam malos videri, quia eà
 natione funt, quæ magis infamis est, gloss. ibidem in ver-
 bo,

Do, non infamat. quò pertinet etiã vulgaris versiculus:
Sapè solet similis filius esse patri.

Imò pauci † filij patre meliores, plures peiores sunt, de qua revide Aelium Spartianum in vita Seueri Imperatoris: Brasium in Chyliadib. Heroum filij noxz. & Valerium Maximum lib.3.cap.5.tit.de ijs, qui à parentibus claris degenerauerunt. Et Horat. lib.4. Carminum, Oda 4. eleganter scribit :

*Fortes creantur fortibus, & bonis
 Est in iuuentu, est in equis patrum
 Virtus nec imbellem feroces
 Progenerant aquila columbam.
 Doctrina sed vim promouet insitam,
 Rectiq; cultus pectora roborant:
 Vt canque defecere mores
 Dedecorant bene nata culpa.*

Idem lib.3. Carminum, Oda 6.

*Aetas parentum peior avis, tulit
 Nos nequiores, mox daturus
 Progeniem vitiosorem.*

Idque ita se habere testantur omnes omnium temporum Historiz, tam sacraz, quam prophanz. Sed de iure diuino filius non portat iniquitatem patris, neque pater iniquitatem filij, sed vnusquisque pro suo peccato poenam luet, vt habetur Deuteronom. cap. 18. Regum 4. cap. 14. Ezech. cap. 18. Anima enim quz peccauit, ipsa morietur, vt dicitur in locis citatis, sed hoc iure Ciuili, maximè in crimine læsæ maiestatis, non obtinet, propter exemplum, per rex. in d. l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiest. & in l. capitaliũ. §. famosi. ff. de poenis. & in l. i. C. ad leg. Iul. repetun. Prædicta tamen non obtinent, si feudum † patre delinquente adhuc apud auum superstitem erat, quo casu ex cõmuni Dd. opiniõne, patre ante auũ mortuo, filius, idemq; nepos auo in feudo succedit, delicto patris nõ obstante, qz non † succedit auo ex persona patris iure quodam repræsen-

V 2 ratio-

tationis, sed ex propria persona, tanquam hæres aui sui, per tex. in l. si auus. C. de liber. præter. Bartol. ibid. nume. 2. Idem in d. l. eum qui, num. 2. Alex. consil. 20. nume. 3. volum. 1. incip. viso processu causæ. & consil. 4. nume. 13. volum. 4. incip. ponderatis verbis testamenti. Et sic ista opinio accipienda est de feudo patri acquisito, in quo delictum patris erga dominum nocet filio: secus si sit acquirendum, ut in casu iam commemorato. Ita tenent Bartol. in d. l. eum qui, num. 2. Afflic. d. c. 1. §. prætereà, gloss. 3. nume. 8. cum sequen. Curt. d. part. 5. nume. 13. Zal. & alij vbi sup. Dd. in l. Gallus. §. & quid si tatum. ff. de liber. & posthum. Bald. in d. c. 1. num. 3. si vasal. feud. priue. cui defer. vbi omninò vide, quia plenè hanc materiam tractat. Et vtrum t delictum patris ante natiuitatem filij commissum noceat filio postea nato, vide [Salice. in d. l. 2. num. 5. C. de libert. & eor. liber.] Afflic. d. gloss. 3. num. 8. cum sequen. Couarru. variar. resolut. lib. 2. cap. 8. num. 5. vbi in vtramque partem disputat. & Bald. loco iam citato. Idem in c. 1. §. hoc quoque, num. 5. de success. feudi, vbi regulam tradit, quòd quoties quis est t successor vitiorum, tunc illius culpa ei nocet, quòd ibidem plenius explicat. Et pro confirmatione prædictorum, quòd culpa vasalli, vel patris noceat agnatis, vel filijs, facit simile, quòd Bartol. in d. l. eum qui, num. 2. ff. de interd. & releg. adducit, videlicet, si alicui ob delictum auferatur t hæreditas tanquam ab indigno, quòd tale delictum noceat sequentibus in gradu, per allegata ibidem. An autem t delictum hæredis nocebit substitutis? Communis conclusio est, quòd non, quia res subiectæ fideicommissò, non possunt delinquendo alienari: alias esset in potestate grauati, delicto suo euertere voluntatem testatoris in fraudem substitutorum, quibus ius suum sine eorum facto auferri non debet, vulgata l. id quod nostrum. ff. de regul. iur. Et ita tenet Bartol. in d. l. si quis in tantam. C. vnde vi. Alexand. consil. 23. nume. 3. volum. 1. incip. oportunè consideratis, per tex. in l. Imperator. ff. de fideicommiss. libert. vbi Bartol. num. 1. text. in l. cum verò. ff. eodem tit. & l. iura libertorum. ff. de iure patron. & alia iura infra cap. sequen. in fin.

fine allegata. Natta consil. 558. nume. 19. cum sequen. vo-
 lum. 3. incip. vltimo suo, vbique dicunt, prohibita t̄ alie-
 nari non venire in publicationem bonorum, & ideò bo-
 na subiecta restitutioni, non ad fiscum, excepta legitima
 (in qua filius grauari non potuit) vel Trebellianica (quæ
 vt æs alienum debetur) sed ad substitutos deuoluuntur,
 Natta d. consil. 558. num. 26. & nume. 34. Aretin. consil. 19.
 incip. ex factò proponitur, vide Bartol. in t̄ d. l. si quis in
 tantam, quando prohibitus alienare, delinquendo alie-
 naret, & Nattam vbi suprâ. Postremò, vtrum t̄ delictum
 filij noceat patri in feudo, putà, si filius ob rebellionem,
 vel prodicionem aduersus dominum in Bannum declara-
 tus, & supplicio affectus sit? Minimè, quia in delictis fa-
 ctum filij non dicitur factum patris, nam delicta suos au-
 thores tenent, text. in l. sancimus. C. de pœnis, cum simi-
 libus suprâ allegatis. Afflicti, in dicto c. 1. §. insuper, de
 prohib. feud. alien. per Frederic. vbi etiam vide, an t̄ pa-
 ter obligetur sub pœna amissionis feudi, ad requisitio-
 nem domini filium delinquentem exhibere, & vide om-
 niò Speculat. titul. de execut. sentent. §. sequitur, nume.
 11. vbi in vtramque partem disputat, an condemnato t̄ fi-
 lio, executio fieri debeat in bonis paternis, saltem quòad
 legitimam & alimenta iure naturæ filio debita, & Nel-
 lum in tractatu de Bannitis, in prima parte secundi tem-
 por. quæstio. 25. & quæst. 33. per totam, cum sequen. Hieron.
 Gigantem in tractatu de crimine læsæ maiesta. libr.
 2. Rubri. de pœnis committentium crimen læsæ maiesta-
 tis, quæstio. 9. cum multis sequentibus, vbi de varijs quæ-
 sitionibus, an filio bannito, pater teneatur fisco dare legi-
 timam, aut peculium profectitium, aduentitium, vel Ca-
 strensè: vbique tenent, legitimam fisco non deberi: nam
 siue t̄ filius ex contractu, siue delicto condemnatur, non
 tenetur pater, nisi quatenus locupletior factus est, text.
 in l. tam ex contractibus. ff. de iudic. & in l. etsi condem-
 natus. ff. de noxal. actio. neque filius patre viuente vllam
 actionem habet petendi legitimam, quia non debetur, ni-
 si patre mortuo, text. in c. Raynutius, extr. de testam. & in
 Authen. si quæ mulier. C. de sacros. eccle. text. in l. 1. §. si im-
 pub.

puberi. ff. de collat. bonor. vbi dicitur, pzmaturam esse speciem collationis, cum adhuc viuat is, cuius de bonis quarta debetur, Barto. ibid. nume. 1. & in l. fin. num. 2. ff. de agnosc. liber. Idem in l. 1. §. si impuberi, num. 1. ff. de collat. bono. Ias. in l. is potest, num. 17. cum seq. ff. de acqu. hered. Idem in l. in suis, num. 18. ff. de lib. & posthu. Bald. Ang. Imo. & Doct. in l. lex Cornel. ff. de vulg. & pupill. Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. quest. 86. nu. 3. Imò posset pater omnia sua bona in mare projicere, & sic filium sua legitima priuare. Specul. d. §. sequitur, argumen. l. vnicz. C. de inofficio. dotib. Sed materia ista late patet, ideo vide Bart. Alex. & communiter Doct. in d. l. si finita. §. si de vestigialib. ff. de damn. infect. Et conclusiuè per communes opinioniones obseruandum, neque peculium t̄ profectitiu, neque aduentitiu, neq; Castrense ob delictum filij transferre in fiscum, Alexan. post Bart. omnium plenissimè in d. l. si finita. §. si de vestigialibus, nume. 44. Ang. in §. actiões, num. 11. Instit. de actio. Ias. ibid. num. 62. Boss. tit. de bono. publicat. num. 71. Couar. variar. resol. lib. 2. cap. 8. nume. 7. Paris. consil. 157. per totum, volum. 4. incip. nobilis, quem omninò vide. De peculio profectio nulla est dubitatio, quia illud filius habet ex substantia patris, vel eius contemplatione, non mirum igitur, si non veniat in publicationem bonorum, cum filius illud sine patris consensu alienare nequeat, at delinquendo videtur alienare, & hoc in preiudicium patris fieri non potest, Doct. vbi sup. gloss. communiter approbata. in l. 3. §. si filius, in verbo, intendo. ff. quod quisque iur. De aduentitio peculio maior est difficultas, cum illud sit proprium filij: sed etiam in illo communiter contra fiscum concluditur, patremque fisco p̄ferri debere, in casibus, quibus patri vsusfructus peculij aduentitij, & per consequens legitima administratio debetur, tex. in l. penult. & in l. fina. C. de bonis matern. aliàs secùs, putà in casibus, in quibus patri in aduentitijs bonis vsusfructus non queritur, qui casus enumerantur in Authent. excipitur, cum duabus sequentibus. C. de bon. quę liber. gloss. in Authent. vt lice. matr. & quæ, in verbo, parentibus. quia talibus casibus non pater,

pater, sed filius habet liberam administrationem bonorum, & illa sine consensu patris per actum inter vivos alienare potest, text. in Authent. vt lice. matri & auia. §. 1. & in l. fin. §. filijs autem, de bon. quæ liber. & gloss. vnica, in d. Authen. excipitur, proinde delinquendo confiscari possunt, eò quòd pater in illis bonis nihil iuris, nullamque administrationem habeat, vt plenè declarat Parif. d. consil. 157. & Doct. vbi supra. Castrense quoque, filio delinquente non transit in fiscum, sed iure speciali in solatium patris potestatis ad patrem deuoluitur, text. in l. si filius. C. de bon. damna. gloss. 1. in l. 1. ff. eod. tit. licet multi contrarium teneant, præsertim in grauioribus delictis, quos refert & sequitur Gigas loco citato, quæst. 12. nume. 7. & Nellus d. quæst. 25. per rationem, quòd filius in tali peculio plenum ius habeat, & sic loco patrisfamilias, text. in l. 2. ff. ad S. C. Macedon.

CAP. XIII.

**Bannito vasallo, an feudum veniat
in publicationem bonorum.**

SUMMARI.

- 1 Feudum non venit in confiscationem bonorum.
- 2 Delictum vasalli domino nocere non debet.
- 3 Quæ in heredem extraneum non transeunt, bonis publicatis fisco non addicuntur.
- 4 Fiscus loco extranei heredi & successoris est.
- 5 Feudum antiquum ab hereditate separatum est, nec venit in fideicommissum.
Neque prelegari potest. ibid.
- 6 Bannitus Imperij an amittat feuda.
- 7 Delictum patris non nocet filijs.
- 8 Vasallo Bannito mortuo, agnati feudum à domino repetere possunt.

- 9 Vasalli ius morte extinguitur.
- 10 Feudum est instar vsusfructus.
- 11 Refusatio vasalli valet quoadiu vivit refusans.
- 12 Soluto iure datoris solvitur ius accipientis.
- 13 Dominus vasallum mutare non potest, nec subditus dominum.
- 14 Agnatus proximus est coniunctus coniunctione legali.
- 15 Ius accrescendi an habeat locum in feudis.
- 16 Emphyteusis an veniat in publicationem bonorum.
- 17 Emphyteusis fructus an ad fiscum pertineant.
- 18 Res prohibita alienari, an veniat in publicationem bonorum.

EX declaratoria sententia Banni, supra eodem Libr. cap. 6. constat, Bannitum ob violatam pacem publicam, amittere omnia sua bona: Modò quæritur, an in tali publicatione bonorum veniant etiam bona feudalia? De iure communi hæc quæstio variè tractatur per Doct. de qua copiosè scripserunt Specul. titu. de feudo. §. quoniam. Bartol. in l. si finita. §. si de vestigalibus, nume. 3. ff. de dam. infect. Alexand. amplissimè ibidem. & communiter Docto. Nellus in tractatu de Bannitis, in prima parte secundi tempor. quæst. 23. per totam. Curt. in tracta. feud. par. 5. num. 14. Gigas in tract. crim. l. ex maiest. lib. 1. Rub. de poen. commit. crimen l. ex maiest. quæst. 6. per totam. Alexan. consil. 89. num. 3. volum. 4. incip. vtrum emphyteusis. Bossius tit. de bonor. publicat. num. 53. Communis opinio est, † feudum [antiquum ex pacto & providentia,] in confiscationem, siue publicationem bonorum nõ venire, non applicari fisco, sed ad dominum, vel agnatos pro natura feudi reuerti, per text. in c. 1. si vasall. feud. priue. cui defe. tex. in c. Imperialem. §. illud quoque, de prohib. feud. alien. per Freder. Afflict. ibid. num. 4. vbi dicit per illum tex. si vasallus alicuius Baronis contra Regem delinquat, ex quo delicto eius bona fisco addicta sint, quòd tali casu feudum non applicabitur fisco Regis, sed ad Baronem dominum directum reuertatur. Idem te-

net

net Afflict. in c. 1. §. si quis hominem, in 10. notabili, num. 4. de pace tenen. pulchrè Oldra. consil. 17. per totum, incip. Thema est tale. Idque obtinet, siue dominus feudi sit Ecclesiasticus siue secularis, vtroque casu ex delicto vasallo condemnato, bonisque publicatis, feudum, exclusio fisco, ad dominum reuertitur. Ratio, quia si delictum vasalli domino directo nocere non debet, text. in c. in quibusdam. §. sacris, de poenis, text. notab. in c. foelicis, in princip. eod. titu. in 6. Præterea ea quæ non transcunt in hæredem extraneum, nunquam veniunt in publicationem bonorum, [& per consequens ad fiscum non transcunt, quia fiscus loco extranei hæredis habetur.] glo. communiter approbata, in l. 1. C. de bonis libert. in verbo, hostis. Barto. ibid. nume. 1. vbi dicit perpetuò illud menti tenendum, Idem in l. iura libertorum, nu. 1. ff. de iur. patron. & in d. l. si finita. §. si de vectigalibus. Alexand. d. consil. 89. num. 1. & consil. 23. nume. 3. volum. 1. incip. Oportunè consideratis. [Socin. senior consil. 121. num. 17. vol. 4. incip. præmittenda est.] Nellus loco citato, sed feuda antiqua familiaris, siue ex pacto & prouidentia non transcunt ad extraneos, sed deficientibus descendentes, vel agnatis ad dominum reuertuntur, ergò in publicationem non veniunt: quia, vt dixi, fiscus si loco extranei successoris & hæredis habetur, per text. in d. l. iura libertorum, text. in l. Imperator. ff. de fideicom. libertatibus, text. in l. eorum. ff. ad l. Iul. maiest. Natta consil. 558. nume. 23. volum. 3. incip. vltimo suo, text. in l. Staius. §. Cornelio. ff. de iur. fisci. Francif. Turza. commu. opinion. conclus. 147. num. 2. adde Socin. in c. veritatis, nume. 2. de hæretic. Bald. consil. 284. num. 1. vol. 1. incip. præmissis verbis. Præterea feuda si antiqua ex pacto & prouidentia omninò ab ipsa hæreditate separata sunt: nam hæreditas non tribuit successionem feudi, sed separatam, & diuersam naturam habet ab ipso feudo, ideò non transit ad hæredes extraneos, nec venit in fideicommissum vniuersale, text. in c. 1. de success. feudi. Dec. consil. 395. nu. 5. incip. in causa magnifici, & consil. 78. nu. 5. incip. licet in casu. Alex. consil. 29. num. 18. cum sequ. volum. 5. incip. in causa & lite. Docto. in l. si patroni. ff.

ad S. C. Trebell. neque prælegari potest, aded vt ne æstimationo feudi antiqui legatario debeat, cum non sit res, quæ deduci possit in legatum propter expressam prohibitionem legis, per text. in c. 1. §. donare, quali. olim feud. poter. aliena. Bald. ibid. num. 3. tex. in c. 1. de prohib. feud. alien. per Freder. & in l. idem Iulianus. §. constat. ff. de lega. 1. Alex. ibid. num. 12. & ita se habet communis opinio, quia testator non potest testari de feudo etiam per viam legati, text. in c. 1. de success. feud. & in d. c. 1. §. donare. Paris. consil. 7. nume. 16. tum sequ. volum. 1. incip. et si in præfenti, vbi communem dicit, & hoc latè prosequitur, quæ omnino vide. Rolan. consil. 41. nu. 31. cum seq. volum. 2. Dd. communiter in d. l. idem Iulianus. §. constat, & in §. non solum. Instit. de legat. Sed vt ad propositam quæstionem redeam, illa ex Constitutione pacis publicæ Diui I Imperatoris Caroli V. sub rubrica, *Die peen der fridbrecher* / §. 2. & Ordinari. Cameræ titu. 9. §. 2. part. 2. nuncupatim decisa est, nimirum, condemnato Bannito bona feudalia filio non addici, sed recto tramite ad dominum directum, siue noua, aut antiqua sint, reuerti: fructibus tamen feudalibus actori damnum passo, iudicis moderatione saluo concessis. Quæ quidem priuatio feudi non est perpetua, sed tantisper durat, donec Bannitus, aut eo in Banno mortuo, filij successores feudi cum offenso transegerint, *Als leibs lebens/ vebige erben* / vt habet Constitutio, Carolina loco citato: quo factò, dominus directus officiosè requisitus, possessionem feudi reo reconciliato, & à Banno legitime absoluto, restituere, aut filijs, mortuo patre Bannito, post factam transactionem nouam inuestituram non grauatè concedere debet: quia t delictum patris non debet regulariter nocere filijs, tex. singu. in l. final. C. de bon. damnat. nisi delictum sit commissum in personam domini, per ea quæ suprà, capite proximo dixi, vel feudum ad filios deuoluatur ex successione paterna, vtputà si pater stipulatus sit pro se, & hæredibus, quo casu filij tenebuntur, quia succedunt ex persona patris: secus si pater stipulatus sit sibi, & suis filijs,

filijs, nam tunc filijs ius quæsitum est vt filijs, & iure proprio succedunt, proinde delictum patris meritò ipsis nõ nocet. Bartol. in l. cum qui, nume. 2. ff. de interd. & relega. Cynus in l. 2. num. 4. C. de libert. & eor. libe. Salicet. pulchrè ibid. num. 5. Zasius in tractatu feud. part. 10. num. 96. cum sequen. Curt. part. 5. nume. 13. Iacob. de S. Georg. in verbo, dictique vasalli promiserunt, num. 60. Dyn. in c. non debet, de regul. iur. in 6. Panormit. in c. ex parte, de feudis, post glo. ibid. Bald. in c. 1. §. insuper, num. 5. de prohi. feud. alien. per Frede. vbi dicit feudum esse munus generis, non donum patris, facit text. elegans in l. 3. ff. de interd. & releg. vbi dicitur, quæ à genere, à ciuitate, à rerum natura tribuuntur, ea filijs manere incolumia, non enim hæc patrem, sed maiores eorum eis dedisse. Quod ad agnatos † successores feudales attinet, illi statim post mortem vasalli Banniti, feudum antiquum familiz, siue ex pacto & prouidentia, à domino repetere, nouamque inuestituram postulare possunt: quia delictum vasalli ipsis incommodo & damno esse non debet, cum proprio & sanguinis iure, ex pacto & prouidentia primi acquirentis, & sic iure contractus succedant, per ea quæ suprà capite proximo dicta sunt: idque vsque ad eò verum est, vt etiam non opus sit hoc casu aliqua transactione cum offenso. Ratio, quia non sunt hæredes vasalli banniti, sed primi acquirentis, iure sanguinis, non iure successionis, text. in c. 1. an agnat. vel fil. defunct. poss. retine. feud. repud. hæred. Doct. ibid. Paris. consil. 65. num. 3. volum. 3. incip. paternum feudum. Deci. consil. 78. num. 4. incip. licet in casu proposito, & consil. 108. nume. 9. Ita expresse quoque disponit Constitutio Carolina loco allegato. Ex quo perspicuum est, filios deteriore loco positos esse, quàm agnatos, cuius rationem cap. præceden. dixi. Prouidè autem & iustè constitutum est, vt feudum Banniti maneat penes dominum tantisper, donec viuat ipse Bannitus: quia norum est † vasallum habere tantum dominium utile quòad vixerit, das nusslich aigenshamb. eo verò mortuo, ius omne quod viuens habuit in re feudali, extinguatur, & acquiri proximioribus agnatis à primo acquirente

- 20 rente descendentes. Est enim \dagger feudum instar vsusfructus, qui morte vsufructuarij perit. Ier. in c. 1. §. hoc quoque, nume. 6. Afflict. ibid. num. 37. & num. 101. de success. feud. Iacob. de S. Georg. in verbo, & cum pacto, nume. 37. Bald. consi. 250. num. 1. volum. 2. incip. ad euidenciam, & consi. 38. num. 2. cum sequen. volu. i. incip. Dominus Thomas, vbi dicit, feudum esse quendam vsusfructum, qui personæ cohæret, & non trāsmitti, nisi quatenus consuetudo feudi disponit, facit tex. in l. si vsusfructus. ff. de donatio.
- 11 Hinc est, quod valeat \dagger refutatio feudi etiam agnatis non consentientibus, quamdiu viuit ipse refutans: at eo mortuo, agnatis ius successionis saluum existit, per rationem prædictam, text. in c. 1. in fin. de vasall. qui contra constit. Lothar. & in c. 1. de alien. feud. pater. Bald. ibid. num. 7. Afflict. in d. c. 1. §. hoc quoque, num. 37. cum seq. Similiter Iern. nu. 5. per illum text. Iacob. de S. Georg. in d. verbo, & cum pacto, Zasius de feudis part. 9. nu. 14. Alexan. consi. 26. num. 2. volum. 5. incip. ponderatis his. facit l. filius. §. Diui. ff. de leg. 1. Ratio, quia pro regula traditur, soluto \dagger iure datoris, solui quoque ius accipientis, text. in l. ex vectigali fundo. ff. de pigno. & hypoth. & in c. 1. §. fin. si de inueiti. contro. fuer. glo. fin. ibid. text. in c. nuper, de donat. inter vir. & vxor. & in l. peto. §. prædiū, ff. de leg. 2. Dd. vbi supra, & sic non potuit fieri præiudicium proximiori agnato, nec in re, nec in spe, cum spes sit debita iure contractus, l. 1. ff. si quid in fraud. patron. item
- 12 \dagger dominus non debet alium habere vasallum, quam eum cui ex natura feudi successio debetur, nec subditi alium dominum acceptare tenentur, text. in l. inuitus. ff. de fideicommiss. lib. glo. ibid. in verbo, non est. Dec. consi. 445.
- 14 num. 22. incip. in casu ad me transmissio. Item \dagger proximus agnatus est coniunctus coniunctione legali, ex qua sola, & non ex verbali ius accrescendi in feudis procedit, text. in c. cum verò Coradus, de his qui feudum dar. poss. quia coniunctio legalis in feudis appellatur natura feudi: ergo non potest aliquis feudatarius præiudicare alteri in hoc iure accrescendi, ita Bald. d. consi. 38. nume. 3. vbi hoc
- 15 prolixius explicat. Et in materia \dagger iuris accrescendi, an habeat

habeat locum in feudis, vide Dd. in c.1. de duobus fratribus de nouo beneficio inuestitis, & in d.c.1.§. & quia vidimus, de his qui feud. dar. poss. Regulariter ius accrescendi, *dasrecht der anmayung*/secundum communem opinionem non habet locum in feudis [nouis, sed portio deficiens ad dominum reuertitur, *text.* in c.1. de beneficio fratris.] Fallit in antiquis feudis, ex pacto & prouidentia, alijsque casibus, quos enumerat Curtius in tractatu feud. in 2. parte, in 3. princip. dubitatione, nume. 70. cum sequen. titu. de feud. laicorum. Doct. in d.c.1.§. & quia vidimus, & in d.c.1. de benefic. frat. & in c.1. de duobus fratribus à Capita. inuestit. [Castren. consil. 262. nume. 1. volum. 2. incip. dico quòd Episcopus.] Quid de t̄ emphyteusi Ecclesiæ, an confiscatis bonis veniat in publicationem? Communis est quòd non. Alexan. d. consil. 89. nume. 1. communem dicit, & d. consil. 23. nume. 3. Idem consil. 91. nume. 10. & 12. volum. 1. incip. ponderatis his, & pulchrè consil. 9. nume. 8. volum. 2. incip. visis dicto themate, vbi communem dicit. Felin. in c. in præsentia, nu. 27. de probat. & ibid. communiter Canonistæ. Ratio, quia huiusmodi bona non transeunt ad hæredem extraneum: ergò in publicationem non veniunt, *text.* in §. alienationis. Authen. de non alien. aut permut. reb. eccles. gloss. in d. l. 1. C. de bon. libert. in verbo, hostis. Barto. in d. l. si finita. §. si de vectigalibus, & in d. l. iura libertorum, nu. 1. & in l. etiam, num. 2. ff. solut. matrimo. & latè ibid. Alexan. nu. 3. cum sequen. Gigas vbi suprà, quæst. 6. vbi omninò vide, & Nellum loco citato, quæst. 24. per totam, qui putat t̄ utilitatem, & fructus emphyteusis pertinere ad fiscum, viuentem bannito emphyteuta, et soluente Canonem, per allegata ibid. sequitur Gigas loco allegato, vbi tripliciter hanc opinionem limitat: mortuo verò emphyteuta condemnato, rem emphyteuticam redire ad dominum directum, vel ad legitimos successores, *text.* in d. l. lex vectigalis. ff. de pignoribus & hypoth. Et idem in feudis obseruari quòad fructus, vide infra, eod. libr. cap. 17. Prædicta obtinent, non solum in emphyteusi ecclesiastica, sed etiam in emphyteusi concessa à priuato, dummodo ea condi-

16

17

conditione & lege cōcessio facta sit, ne ad extraneos perueniret, aliás secùs. Bartol. in d. l. si finita. §. si de vectigalibus. Alexand. d. consil. 23. num. 5. & d. consil. 89. num. 2. vtròbique communem dicit. Gigas vbi suprà. Quid t̄ de bonis per testatorem alienari prohibitis, aut fideicōmissio subiectis, an in confiscationem venient? Minimè, idq̄ue ex communi Dd. opinione, tex. in Auth. bona damnatorum. C. de bon. proscip. Bar. in d. l. Imperator, nume. 1. ff. de fideicommiss. libertat. & in d. l. iura libertorum, nume. 1. per illum text. Alexan. d. consil. 23. num. 3. volum. 1. cuius distinctionem vide, & suprà cap. proximo, circa finem. Deci. consil. 442. num. 27. incip. In causa in qua molestatur. Gigas d. titu. de pœnis committen. crimen læsæ maiest. vbi multa allegat. Ratio, quia cùm bona in extraneū hæredē non transeant, nec etiam in fiscū transire possunt, qui loco extranei hæredis habetur, vt suprà dixi. per iura ibidem allegata. Deci. d. consil. 442. Barto. in d. l. Imperator, gloss. in d. l. i. C. de bon. liber. Breuiter in vniuersum quid non veniat in publicationem bonorum Banniti, vide per Barto. Alexan. Roman. & alios in d. l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de damn. infect. Boss. d. titu. de bonor. publicat. Nellum & Gigantem vbi suprà, quia longum esset ista omnia commemorare.

CAP. XV.

Bannito domino, an vasalli à seruitijs
liberentur, feudumq̄ue alienare
possint.

S V M M A R I A.

- 1 Delictum domini non nocet vasallo.
- 2 Vasallus domino Bannito, an à seruitijs liberetur.
- 3 Quid sic, ad tempus, sed non perpetuo.
- 4 Restitutio tantum reddit, quantum abstulit læsio.
- 5 Differentia inter rem extinctam vel suspensam.
- 6 Captus ab hostibus rectè hæres instituitur.

Excom-

Excommunicatio non servatur fidelitatis iuramentum.
ibid.

- 7 *Bannito domino an vasallus feudum alienare possit.*
- 8 *Bannitus non habet velle neque nolle.*
- 9 *Patre deportato filius sui iurus efficitur, & alienare potest.*
- 10 *Vasallus à domino hostiliter offensus, ad priuationem dominiy agere potest.*
- 11 *Dominus ex ijsdem causis dominium amittit, ex quibus vasallus feudum.*
- 12 *Vasallus non tenetur servare iuramentum fidelitatis domino, si ab eo iniqùè laturus.*
- 13 *Dominus non potest alienare vasallor ipsi inuito, aut fœdera inire.*
- 14 *Quadam per se non transeunt, quæ cum vniuersitate transeunt.*
- 15 *Dominus si committat crimen læsæ maiestatis, an vasallus perpetuè à seruitijs liberatus sit.*

QUEM AD MODVM delictum vasalli non nocet domino, vt supra capite proximi dictum est, ita quoque delictum domini ipsi vasallo fraudi esse nõ debet, text. in l. non debet. ff. de reg. iur. & in c. non debet, eo. tit. lib. 6. & noxa caput sequitur, tex. in l. licet. C. an seruus ex suo facto, & in §. omnis. Inst. de nox. act. & factum cuique suum non alteri nocumẽto esse solet, tex. in l. sancimus. C. de pœnis, & in l. filiusfamil. §. Diuis. ff. de lega. 1. tex. in l. factum cuique. ff. de reg. iur. & in l. ff. de alienat. iud. mut. cau. fac. tex. in l. de pupillo, §. plurium. ff. de noui oper. nunciã. Quapropter Bannito domino, vasallus feudum probè retinet, quia feuda non veniunt in publicationem bonorum, vt dixi supra, capite proximo. Modò queritur, an vasallus domino in Bannum Imperij declarato, à seruitijs, & fidelitatis vinculo liberetur. Ex Constitutione pacis publicæ, queritio illa nullam habet dubitationem, quia vetat Constitutio sub pœna Banni

- Banni cum Bannitis conuersari, tantum abest vt permittat seruitio, auxilio, et subsidio ipsis esse. Vnde luculenter apparet & peripicuum est vassallum non posse, etiam si velit domino bannito seruitium exhibere, alias pœna receptatorum, quæ banni est, tenebitur, idque iuri communi quoque consentaneum est, per text. in c. 1. hic finit. lex, deinde consuetudi. regn. incip. gloss. notab. ibid. in verbo, domino. Similiter Bald. nume. 6. & 7. Afflict. in 5. notab. num. 1. & communiter Feudista. Nellus in tracta. de bannitis, in prima parte secundi tempor. quæstio. 11. num. 69. [latè Lucas de Penna cum allegatis, versic. prætereà infidelis. C. de re milita. libr. 12.] An autem huiusmodi relaxatio iuramenti & seruitiorum propter bannum domini sit perpetua, an verò temporaria, similiter dubitari posset. Breuiter quod ad bannitos Imperij attinet, dicendum, obligationem seruitiorum non extinctam perpetuò, sed solummodò ad tempus suspensam esse, idque in vtroque Banno, tam contumaciæ quàm delicti obtinet: nam supra eod. lib. cap. 5. dictum est, sententiam Banni ob contumaciam interlocutoriam esse. Bald. in l. 1. num. 5. & num. 12. C. de hæred. instit. Alexan. confi. 90. num. 6. volum. 1. incip. ferè omnis, ideoque contrario imperio reuocari, & purgata contumacia solutione expensarum & damnorum, etiam inuito aduersario, Bannitum absolui posse. Et licèt sententia Banni ob delictum diffinitiuà sit, tamen absolutio à Banno obtineri potest, vt dixi dicto capite quinto, quæ absolutio restituit Bannitum in pristinum statum. Tantum enim ad restitutionem indulgentia Principis valet, quantum ad correctionem sententia valet: vrque deportationis ipsum per se nomen rerum omnium spoliatio est, ita indulgentiæ restitutio, bonorum ac dignitatis vno nomine amissorum omnium est recuperatio, ita text. in l. fin. §. fin. C. de senten. pass. & in l. quòd si minor. §. restitutio, ff. de minorib. text. in l. cura. §. deficientium. ff. de mune. & honorib. l. si defunctus. C. arbitr. rure. Et ita tenet Baldus in d. c. 1. hic fin. lex. Nellus hoc loco allegato, vtrobiq; dicunt, fidelitatem Bannito domino non extinctam,

Etiam, sed suspensam esse. Multum aut̄ interest, an̄ aliquid
 penitus abrumpatur, an verò in suspenso retineatur, per
 tex. not. in l. illa institutio. §. 1. ff. de h̄redib. institu. vbi
 dicitur quòd † captus ab hostibus rectè h̄res instituatur,
 quia iure postliminij omnia iura ciuitatis in personam
 eius in suspenso retinentur, non abrumpuntur: itaque si
 reuersus fuerit ab hostibus, h̄reditatè adire poterit. Sed
 si res penitus extincta est, non potest redire ad pristinum
 statum, veluti res sacra, vel religiosa semel facta, non de-
 finit sacra vel religiosa esse, etiam si postea ad prophanos
 vsus conuertatur, tex. in l. inter stipulantem. §. sacram. ff.
 de verb. obl. & in l. continuus. §. cum quis. ff. eo. tit. Bal. in
 d. c. 1. hic fini. lex &c. Huc pertinent quæ sup. eo. lib. cap. 4.
 de sententia Banni suspensua dicta sunt. Quapropter,
 firmiter concludendum, vasallum bannito domino, tan-
 tisper liberari à seruitijs, & debita obedientia, donec do-
 minus in Banno manet: eo verò legitime, Cæsaris & par-
 tis consensu, à Banno absoluto, iure quodam postliminij,
 omnia iura amissa recuperare: tantum enim reddit resti-
 tutio, quantū abstulit condemnatio, text. in l. 1. C. de sent.
 pass. & in d. l. si. §. si. C. eod. tit. [quemadmodum etiam in
 excommunicatis receptum est, quibus nec seruatur iura-
 mentum fidelitatis, durante excommunicatione, text. in
 c. nos sanctorum cum c. seq. 15. q. 6. Lucas de Penna in l. si
 coloni, in 14. quæst. C. de agric. & censit. lib. 11.] Si verò in
 Banno dominus moriatur, vasallus filijs Domini, vel ip-
 sius agnatis seruitia & obsequia necessaria præstare de-
 bet, quia crimina morte extinguuntur, tex. in l. crimen. ff.
 de pœnis, cum similib. vide sup. lib. 1. cap. 20. & delictum
 patris vel agnati non debet filijs vel alijs agnatis præiu-
 dicare, vt dixi supra eo. cap. 13. Sed quid si † vasallus du-
 rante Banno domini feudum sine eius consensu aliena-
 uerit, an valebit alienatio? Quid obstat? Bannicus † enim
 non habet velle neque nolle, cum sit denunciatus hostis
 Imperij: adeoque pro mortuo reputetur, text. in l. actio-
 ne. §. publicatione. ff. pro socio, & in l. 1. §. quidam. ff. de
 bon. poss. contr. tab. Constitutio fractæ pacis tollit & ex-
 tinguit omnes obligationes, conuentiones, pacta, iura-
 menta,

mentia, beneficia, & priuilegia ipsis Bannitis competenda, nec non personam Banniti, eiusq; bona omnium offensionis & direptioni exponit, sicut supra eo. libr. cap. 12. ex sententia declaratoria Banni videre est. Quid vetat igitur quo minus vasallus vtile dominium feudi, sine consensu Banniti domini, in alium transferre possit: non enim dicitur hoc casu dominum contemnere, cum non habeat dominum, cuius caput ex Banno Imperij, sacrum & detestabile factum est, ut dixi supra eod. cap. 1. Quod pertinet, quod si pater deportato, filius sui iuris efficiatur, habeatque plenam potestatem alienandi, & quod huiusmodi alienationes valeant iure perpetuo, text. in d. l. fina. C. de sent. pass. Bald. in d. c. 1. nume. 8. hic fini. lex, glo. ibid. in verbo domino. Sed verius est, alienationem durante Banno domini, fieri legitimè non posse, quia Bannum est personale, & cum persona extinguitur, text. in d. l. crimen. ff. de poenis, & in l. defuncto. ff. de public. iudi. text. in l. 1. & in l. fin. C. si reus vel accus. mort. fuerit. Et licet Bannitus non habeat velle, neque nolle, omniaque iuris civilis beneficia amittat: tamen hoc non est perpetuum, sed temporaneum, quia tantisper volentis & nolentis arbitrium suspensum est, donec à Banno relaxetur, vel morte Banniti crimen extingatur, cum sententia Banni ob contumaciam interlocutoria sit, & reuocari possit, per allegata supra, eod. cap. 5. sententia verò Banni ob delictum, licet definitiua sit, tamen permittente Constitutione Imperij, absolutio postea facta transactione cõcedi potest, quæ omnia iura amissa absoluto restituit, text. in d. l. fina. §. fin. C. de senten. pass. & in d. l. cura. §. deficientium. Nellus vbi supra. Et prædicta intelligo procedere, quando dominus ob violatam pacem publicam contra tertium bannitus est, quod tunc videlicet perpetuò à seruitijs non liberetur, sed tantum ad tempus, ut iam dictum est. Si verò ipsum si vasallum contra Imperij de pace publica Constitutionem, vi armata, & hostiliter offendat: hoc casu existimo vasallum non solum ad poenam Banni, sed etiam ad priuationem directi domini in Camera immediatè agere, & procedere posse.

Nam

Nam Constitutio cumulationem poenarum iuris com-
 munitis cum poenis Constitutionis pacis publicæ admit-
 tit, Rubrica, Das am Cammergericht nicht allein auff
 die peen/ &c. Et Ordin. part. 1. tit. 9. §. Wir wollen auch/
 facit text. in l. nunquam plura. ff. de priua. delict. Bart. &
 alij ibid. vide supr. lib. 1. cap. 6. At noti iuris est, ex quibus
 causis † vasallus feudum amittit, ex iisdem ferè dominum
 proprietatem siue dominationem feudi amittere, eam-
 que vasallo accedere: vnde dicitur inter dominum et va-
 fallum fidem esse reciprocam, & pari iure censeri verum-
 que, text. expressus in c. 1. qual. dom. proprie. feu. pri. tex.
 in c. 1. §. domino committente, si de feud. defunct. contem-
 sit. Bald. ibid. nu. 1. tex. in c. 1. de form. fidel. gloss. singul. in
 d. c. 1. §. si. in verbo, fratrem, hic fini. lex. Zal. in tract. feud.
 part. 7. nume. 56. vbique traditur dominum priuari pro-
 prietate ex omni culpa, siue scelonia, ex qua vasallus feu-
 do priuatur: vide tamen exceptiones, quas annotauit Af-
 flict. decis. 265. nume. 2. cum seq. vbi 15. limitationes addu-
 cit. Et † si dominus non seruat fidem vasallo, vasallus si-
 militer non tenetur ei seruare iuramentum fidelitatis,
 text. in d. c. 1. §. fin. de form. fidel. Bal. post gloss. ibid. num.
 4. Ias. in l. cum proponas, la. 2. num. 6. C. de pact. per illum
 tex. quòd non seruanti fidem non sit seruanda fides. Hinc
 quoque est quòd Princeps siue † dominus in prætudici-
 um vasallorum, foedera & pacta cum alijs inire nequeat,
 aut eos alienare sine eorum consensu, per text. in c. 1. §.
 præterea Ducatus, de proh. feud. alie. per Fred. Bald. ibid.
 num. 9. Ias. in l. debitum, num. 6. C. de pact. gloss. commu-
 niter approbata, in l. inuitus, in verbo, non est, ff. de fidei-
 commiss. liberta. Barto. & Dd. in l. 2. ff. solu. matr. Vasqui.
 controuer. illustr. lib. 1. cap. 5. num. 5. cum sequ. vbi multa
 allegat: nisi totam curiam vendat, ita tamè vt vasalli gra-
 uiolem seruitutem non patiantur, text. in c. 1. de Cap. qui
 cur. vend. gloss. in d. §. præterea Ducatus, in verb. ad ali-
 um. Bald. ibid. num. 9. Idem in c. 1. §. si quis, nu. 5. quo tem-
 por. mil. quia quædam † per se non transeunt, quæ cum v-
 niuersitate transeunt, tex. in l. quædam. ff. de acqui. rerum

- dom.glo.in d. §. præterea. Et notat Bald.in c.1. §. in generali, nu. 1. si de feud. content. sit inter dom. & agnat. quòd Rex Francix non possit alienare vnam de ciuitatibus regni sui, inuitis ciuibus, allegat Hosti. in c. dilecti filij, de maio. & obed. refert Iason in d. l. debitum, num. 7. Bal. in d. §. si quis, vbi dicit, interesse subditorum, ne plures dominos habeant. Vasqui. d. cap. 5. vbi omninò vide. Prædicta quoque non obtinent in crimine læsæ maiestatis, ex primo capite legis Iulix: quia tunc domino ob tale delictum bannito, omnia ipsius bona, etiam feudalìa fisco addicuntur, exclusis in perpetuum filijs & agnatis, per eam quæ suprà eod. lib. cap. 13. dicta sunt: vasallique hoc casu à seruitijs banniti domini, & successorum suorum liberantur: sed tamen neque hoc casu feuda alienari possunt à vasallis, sed à Cæsare & Imperio, quibus illa applicantur, recognoscere, & inuestituram petere, atque ex integro suæ Maiestati, & sacro Imperio fidem iuratò dare, & debita seruitia præstare debent: atque ita in Imperio rectè obseruatur, & Cuiacius de feudis libr. 2. cap. 7. attestatur, moribus Gallicis & Còstitutionibus Neapolitanis amissam proprietatem Imperatori aut Regi addici.

CAP. XVI.

Bannito marito, an vxor dotem repetere, eamque saluam habere possit.

S V M M A R I A.

- 1 *Dos constante matrimonio repeti non potest.*
- 2 *Bannito marito, vxor dotem repetit.*
- 3 *Viro Bannito vel ad triremes condemnato, vxor vidua reputatur.*
- 4 *Vxor à fisco marito Bannito dotem occupatam recuperat.*
- 5 *Bona damnati mariti ad fiscum cum onere transeunt.*
- 6 *Fiscus & vxor quoad tacitam hypothecam paribus passibus ambulant.*

- 7 Creditores in bonis Banniti fisco preferuntur.
- 8 Damnatus cum publicatione bonorum fiscum heredem habet.
- 9 Excussio fit contra fiscum in bonis debitoris antequam sudesussor conveniatur.
- 10 Fiscus in parnis habet causam lucrativam.
- 11 Fiscus dotem restituere, debitum exolvere, sine ordinario processu debet.
- 12 Vxor marito Bannito non solum dotem, sed etiam donationem propter nuptias, & paraphernalia repetit. Idq; procedit etiam in crimine lesa Maiestatis. *ibid.*
- 13 Et semissem bonorum acquisite constanti matrimonio, si ita convenit fit.
- 14 Donationes reciproca inter coniuges valide. Consuetudo valet, quod constante matrimonio acquisita sint inter coniuges communia. *ibid.*
- 15 Marito Bannito, vxor separationem bonorum petere potest.
- 16 Vxor ex bonis mariti Banniti, si dotem non habeat, alimentari debet.
- 17 Quadrans vxori indotata ex bonis mariti confiscatis ex legu provisione necessariè debetur, qui isdem, quibus dos gaudet privilegij.
- Ratio. *ibid.*
- 18 Fiscus succedit marito Bannito cum onere.
- 19 Mariti bona an tacitè sint obligata pro alimentis vxoris.
- 20 Fiscus ex bonis patris condemnati filiam dotare debet.
- 21 Mulier scienter nubens Bannito, an dotem amittat.
- 22 Hæretico si nubat mulier dotem perdit.
- 23 Mulier nubens inopi, eius mores approbat.
- 24 Finis magis quam principium considerandum.
- 25 Delictum vxoris non nocet viro, nec contra.
- 26 Vxore damnata non perditur dos, nisi quinque casib.

- E**TSI regulariter constante ꝑ matrimonio dos ab vxore repeti non possit, text. in l. cum notissimi. §. illud. C. de præscript. 30. vel. 40. anno. & in l. in rebus, §. omnis. C. de iur. dot. text. in l. 2. & in l. si constante. ff. solut. matr. text. in l. vbi adhuc. C. de iur. dot. vtrobiq; communiter Dd. text. in l. vnica. C. si dos const. matr. red. fuer. Ratio, quia dos onerib⁹ matrimonij deseruire debet, text. in l. si pater, in fi. ff. de iur. dot. ac illa sustinet potissimum maritus, text. in l. si cum dotem. §. si autem in sc̄uissimo. ff. solut. matrimon. ergò cessat repetitio. Docto. in d. l. si constante: hoc tamen nõ procedit, si ꝑ maritus constante matrimonio ad inopiã vergat, quo casu vxor dotẽ re-
 4 Etẽ repetere potest: non vt eam alienet, sed vt ex ea se, maritum, & liberos alat, text. in d. l. si constante, vbi amplissimẽ Ias. & cõmuniter Dd. & in d. l. vbi adhuc, vide in Obser. lib. 2. Obser. 83. cum seq. Quid ergò si maritus constante matrimonio ob delictum in Bannum Imperij declaratus sit, an repetitioni dotis locus erit? Maximẽ, quia per sententiam declaratoriam Banni maritus censetur ad inopiam vergere, labiq; facultatibus: quia bona eius omnium direptioni exponuntur, adeoq; pro ciuilitè mortuo habetur, text. in l. 1. §. si. ff. de bon. poss. contra tab. & in l. actione. §. publicatione. ff. pro socio, & in l. sed si alia. ff. de bon. damnato. glo. in l. in insulam, in verb. pertinet. ff. sol. matr. Affli. in c. 1. §. si quis hominem, in vndecimo notab. nu. 8. de pace tenen. Bal. in Auth. habita, nu. 7. C. ne fil. pro pat. Fel. in c. significantibus, nu. 8. de offi. iud. dele. vbi dicit, marito bannito ꝑ vxorem viduam reputari. Idem si sit ad trirèmes condemnatus, quia pro mortuo habetur, per tex. in c. 2. §. sed neque istud, de translat. episco. gl. ibi. in verbo, inutilem. Et idẽ dispositio d. l. si constante, & d. l. vbi adhuc, meritò locum habet, vt tenet Bart. in d. l. si constante, nu. 28. Ias. ibid. nu. 166. per tex. in d. l. in insulã, text. in l. 1. C. de repud. Bald. ibid. nu. 1. Castr. in l. si marito, nu. 5. ff. solut. matr. vbi dicit, quòd statim cum bona confiscantur, actio de dote nascatur, quasi tunc incipiat maritus ad paupertatem redigi. Nellus de bannitis in r. par.
 4 secundi temp. q. 43. per totam. Et si quidem ꝑ fiscus omnia mariti

mariti bona prapropere occupauit, vxor ab eo dotē iuste
 repetit, quam fiscus omnino restituere tenetur, quia ex
 communi Docto. opinione, confiscatis ex delicto etiam
 crimine læsæ maiestatis bonis mariti, vxor suam dotem
 saluam præcipuamque habere debet, text. not. in l. si quis
 posthac. C. de bon. proscip. [& in Authen. bona damna-
 torum. C. eod. titul.] text. in l. res vxoris. C. de donat. in
 vir. & vxor. & in l. ob maritorum. C. ne vxor pro marit.
 text. in l. sancimus. C. de pœnis, & in l. i. C. ad l. Iul. de vi
 public. text. in l. ex literis, extr. de pignorib. gloss. ibid. in
 verbo, maleficium, rex. in l. quisquis. §. vxores. C. ad l. Iul.
 maiest. Paris de Puteo in tracta. de syndic. in verb. publi-
 catio bonorum Afflict. in constitu. regni Neapol. titu. de
 vxorib. fori iudicatis, lib. 2. rub. 8. num. 1. & 3. Barto. in d. l.
 si constante, nume. 18. Foller. in pract. crimin. in verbo,
 annotentur, num. 13. nemo enim ex delicto alterius plecti
 debet, tex. in c. 1. de iniurijs lib. 6. & in d. l. res vxoris, & in
 d. l. ob maritorum, & in d. l. sancimus. Præterea notum est
 vxorem ratione dotis suæ ius tacitæ hypothecæ in bonis
 mariti habere, text. in l. assiduis. C. qui pot. in pig. habeat.
 vbi communiter Dd. proindè occupatis t̄ bonis mariti,
 transeunt illa bona ad fiscum cum onere tacitæ hypothe-
 cæ, text. in l. si debitori. ff. de fideiuss. tex. in d. c. ex literis.
 Bart. in l. post contractum, nu. 17. ff. de donat. & sic meri-
 to ad restitutionem dotis tenetur. Quibus non aduersa-
 tur, t̄ fiscum & vxorem quoad ius tacitæ, vel expressæ hy-
 pothecæ, paribus ambulare passibus, ita vt prior tempore
 potior sit iure, text. in l. 2. C. de priuileg. fisci, & in d. l. assi-
 duis. Dd. in d. l. vbi adhuc, gloss. nota. in l. dotis. C. de iur.
 dot. in verb. magis esse, tex. in l. i. C. de iure fisc. lib. 11. & in
 l. si is qui. ff. eod. tit. Dd. in l. i. ff. solut. matrim. l. 1. lib. 1. nu-
 3. Neguzant. in tractat. de pignorib. in quarto membro
 secundæ partis, num. 108. cum sequ. quia hic constat, vxor-
 em priorem esse tempore, & sic merito fiscum excludi,
 per iura allegata: nam agitur de repetitione dotis, quæ
 fit ob delictum mariti constante matrimonio commis-
 sum. Et alias ex communi Dd. opinione, vxor in dubio,
 quando scilicet non constat ex instrumentis de præroga-

tiua, vel temporis prioritate, fisco præfertur, tâquàm ma-
 gis priuilegiata, vt tenent Dd. in d. l. 1. ff. solu. matrim. Iaf.
 ibid. nu. 3. Neguzan. loco citato. Ad confirmationem præ-
 dictorum facit, quòd non solum vxor, sed etiam t̄ credi-
 tores banniti fisco præferendi sint, text. in l. si marito. ff.
 solu. matr. fiscus enim in bonis damnati loco hæredis ha-
 betur, damnatus t̄cum publicatione bonorum non habet
 alium hæredem, quàm fiscum, text. in l. deportari. C. de
 bonis proscripto. tex. in l. 2. C. ad l. Iul. de vi publ. & in d.
 l. si marito. Natta confi. 528. nu. 9. volu. 3. incip. vltimo suo
 testamento, proindè meritò creditoribus ex bonis publi-
 catis satisfacere debet. Non enim possunt vlla bona ad fi-
 scum pertinere, nisi quæ creditoribus superfutura sunt:
 id enim bonorum cuiusque esse intelligitur, quòd æri a-
 lieno superest, ita tex. in l. non possunt. ff. de iur. fil. & tex.
 not. in l. inter eos. §. si. ff. de fideiuss. text. not. in l. 2. C. ad l.
 Iul. de vi public. & in l. 2. C. de vsur. fiscalib. libr. 10. Plat.
 ibid. num. 1. tex. in l. vnic. C. pœnis fiscalib. credito. præ-
 ferri, eod. lib. Plat. ibid. nu. 2. gloss. in l. non intelligitur. §.
 cum ex causa, in verb. pertinent. ff. de iur. fil. Bar. in l. quo-
 ties, nu. 2. ff. de nouatio. Iul. Clar. in pract. crimi. §. si. q. 78.
 vers. sed an tenetur, vbi communem dicit, & distinguit
 inter bona publicata, & bona vacantia, vt ibi per eum, &
 idè etiam secundum magis veram et comunè opinio-
 nem, contra t̄ fiscum excussio facienda in bonis debitoris
 delinquentis, & condemnati antequàm fideiussores eius
 conueniri possint, per gloss. singularem in l. sententia, in
 verbo, intercessores. C. de fideiusso. Alexan. in l. si. num. 8.
 ff. si cert. petat. Castr. ibid. nume. 6. Iaf. num. 11. vbi dicit, ita
 omnes Modernos tenere contra Barto. Rom. singu. 641. in-
 cip. scis quod hodie. Francisc. Crem. singul. 44. incip. an fi-
 deiussor. Philipp. Port. libr. 1. commun. opinio. conclus.
 41. in prima & secunda ampliacione. Hinc quoque est,
 quòd bona fideicommissò subiecta fisco substitutis dare
 teneatur, per notata supra, cap. 13. circa finem. Quomo-
 do verò, & quandò fiscus loco hæredis habeatur, vide
 gloss. in d. l. inter eos. §. bonis damnati, in verbo, ita fi-
 sci. Barto. ibid. num. 2. Idem Barto. in d. l. quoties, nume. 2.

cum

cum longa Apostil. ibid. Castren. in d. l. si marito, num. 1.
 Nec potest contra creditores fiscus aliquo priuilegio uti,
 quoniam ipse de lucro captando, illi verò de damno vi-
 tando certant: ideoque meritò fisco præferendi sunt, tex.
 in l. fin. §. licentia. C. de iur. delib. & in l. fin. §. si quis verò,
 ibi, non enim par. C. de Codicil. habet enim f. filius in pœ-
 nis causam lucratiuam, Plat. in d. l. vnica, num. 3. Et debet
 ista restitutio dotis, & solutio debitorum fieri absque or-
 dinario processu, summarie, de plano, sine libello, & tela
 iudiciaria, iuxta Clemen. sæpè, de verbor. significat. Nam
 Executor summarie, visis instrumentis dotalibus, & de-
 bitorum, de debito, & dote data cognoscere, atq; sine lon-
 go sufflamine liris solutionem fisco iniungere debet, per
 tex. in d. l. si quis posthac. C. de bon. proscript. ibi, statim.
 quod verbum summariam cognitionem denotat, tex. in
 l. momentaneæ. C. vnde vi. ita singulariter docent. Barto.
 in l. res quæ. §. res autem, nume. 10. ff. de iure fisc. Castren. in
 d. l. si marito, num. 2. ff. solu. matrimon. dicentes, hoc per-
 petuò menti tenendum, sequitur Salic. in d. l. si quis post-
 hac, nume. 1. in fine, vbi reprehendit modernos iudices,
 quòd studio auaritiæ potius, quàm rationis & æquitatis
 norma, contrarium seruent, magno animarum iuarum
 detrimento. Non creditur ergò mulieri asserenti dotem
 numeratam, nisi fisco negante, realem numerationem
 probet: quæ quidem asseritio mulieris, ne quidem ex con-
 fessione mariti roboris aliquid accipit, quia confessio ma-
 riti non probat numerationem in præiudicium tertij, si-
 bi quidem præiudicat, sed non alijs, per tex. in l. 2. & in l.
 in contractibus. §. sed quænam. C. de non numer. pecun.
 gloss. ibid. in verbo, penitus, tex. in d. l. si quis posthac. C.
 de bon. proscript. gloss. ibid. in verbo, dotalium, & Salice.
 ibid. num. 2. quem omninò ad hoc vide. Doct. in l. 1. ff. so-
 lut. matrimon. vbi amplissimè Socin. num. 69. cum sequ.
 an dos confessata habeat priuilegia dotis, & Doct. in l. 1.
 C. de dot. caut. non numer. Bartol. in l. 1. §. fin. num. 6. ff. si
 cert. petat. Et hoc est speciale in dote confessata, & mutuo,
 vt confessio non probet numerationem, si opponatur
 exceptio non numeratæ dotis, vel pecuniæ: secus est, si nò

fit opposita exceptio, quo casu creditur numerata, & sententia condemnatoria proferri potest, tex. in l. si ex cautione, ibi, exceptione opposita. C. de non numer. pecun. & in l. aduersus. C. eod. tit. Salic. in d. l. si quis posthac, num. 1. Et hæc omnium maximè procedunt, si constante matrimonio maritus fateatur sibi dotem datam: quo casu præsumitur mera donatio, quæ inter coniuges constante matrimonio prohibita est, tex. in l. cum duab. sequ. ff. de dona. inter vir. & vxor. & sic confessio simulata, & in fraudem creditorum facta, esse censetur, per text. in Auth. sed iam necesse. C. de don. ante nup. Bart. ibid. num. 1. & communiter Doct. Bellonus conf. 47. num. 4. incip. in causa eorum. sed materia illa ampla & latè patens est, idèò videntur Doct. in locis allegatis, & Obseruat. lib. 2. Obseruat. 81. Præterea supradicta extendenda sunt, vt non t̄ solum habeant locum in dote, sed etiam paraphernalibus, alijsque bonis vxoris, quæ testamento, vel ab intestato, aut alio quolibet iusto titulo ad eam peruenerunt, vel à marito vxori donata sunt, per text. in d. l. si quis posthac, text. in d. l. res vxoris, gloss. ibid. in verbo, dissoluitur. C. de donat. inter virum & vxor. tex. singul. in d. l. vbi adhuc. C. de iure dot. [Socin. Senior consil. 221. num. 6. volum. 4. incip. præmittenda est.] Bart. Castr. & alij in d. l. si constante, vbi Ias. num. 7. dicit, vxorem constante matrimonio, ob viri inopiam, non solum ad dotem, sed etiam ad donationem propter nuptias agere posse, quæ ex pacto, vel statuto sperabat lucrari, necnon ad alia bona, quæ præter dotem, puta paraphernalia, ab vxore marito dantur, iuribus iam allegatis. Panorm. in c. per vestras, num. 12. de donat. inter virum & vxor. Doct. in §. fuerat. Instit. de actio. & in d. l. l. ff. solu. matrim. Bellon. d. conf. 47. nu. 1. [Idque procedit etiam in crimine læsæ maiestatis, tex. in l. quisquis. §. vxores. C. ad leg. Iul. maiest. gloss. ibid. in verbo, titulo donationis. Socin. Senior d. consil. 221. num. 6. text. in d. l. res vxoris.] Quid ergò, si statuto cautum, vel consuetudine receptum, aut pactis dotalibus ita conuentum sit, vt t̄ bona constante matrimonio vndecunque acquisita, sint inter coniuges communia, an generaliter omnibus mariti bonis

bonis publicatis, vxor vigore statuti, consuetudinis, vel pacti, possit præter dotem, donationem propter nuptias, & paraphernalia, etiam semissem bonorum constante matrimonio acquisite vendicare? Non video, cur hoc fieri non debeat, cum huiusmodi statuta, & pacta inter coniuges valeant, text. in l. 1. C. de pact. conuen. & tot. tit. ff. de pact. dotalib. tex. in d. l. res vxoris. facit l. 1. ff. rer. amot. l. aduersus. C. de crimin. expil. hæred. Et innotum sit, 14
 reciprocas donationes incontinenti inter coniuges constante matrimonio factas, subsistere, vt notat Bald. in l. si pater puellæ, num. 2. C. de inoffic. testamen. Salicet. ibid. num. 1. Iaf. num. 2. per illum tex. & text. in l. quod autem. §. si vir & vxor. ff. de donat. inter virum & vxor. & in l. 1. quæ iam nuptæ. ff. eodem tit. Ceph. consil. 61. num. 12. volum. 1. incip. nobilis. Soci. in regula, donatio inter virum & vxorem, in prima fallentia, vbique hoc declarant. Hippol. singul. 333. num. 2. incip. pactum de futura. Roma. singul. 820. incip. prohibiti. Et in Camera in ardua quadam causa, Anno 68. iudicatum fuit, nimirum, quod vxor, marito condemnato, habere debeat semissem bonorum ex pactis dotalibus, constante matrimonio acquisite, facit ad hoc text. notab. in c. significauit, de donat. inter virum & vxor. gloss. ibid. in verb. diuisionem. [Panormita. ibid. num. 3. vbi dicit, valere consuetudinem, quod constante matrimonio acquisite, sint inter coniuges communia, per illum tex. Anton. de Butr. ibid. num. 6. Anchara. consil. 102. num. 3. & 4. incip. contra dictam donationem, vbi dicit, d. c. significauit, intelligendum de acquisitis industria, & opera vtriusque. Potest etiam vxor, ma- 15
 rito Bannito ob delictum, separationem bonorum in Camera petere, per implorationem officij nobilis Iudicis: idque in grauioribus delictis, vbi vix vlla futuræ abolitionis, & absolutionis spes superest, non est inconsultum, ne bona vxoris cum bonis mariti pariter periculo & direptioni exponantur: quæ separatio denegari non debet, propter ius tacite hypothecæ, & priuilegium dotis, per iura supra allegata, & tot. titu. ff. de separatio. bonorum. Nam hoc in creditoribus
 rece-

- receptum est, qui officio iudicis possunt petere separationem bonorum debitoris defuncti, à bonis hęredis instituti, si metuant hęredem non esse soluendo, ad eum effectum, vt facta separatione bonorum, pŕferantur in bonis defuncti creditoribus hęredis instituti, per text. notab. in l. 2. C. de bon. author. iudic. possid. gloss. ibid. in verbo, hęreditarijs. & in verbo, cognita, quę necessaria ad faciendam separationem bonorum requisita docet. & Specul. tit. de eo qui mitt. in possess. §. 1. num. 14. formam libelli pōnit, quomodo creditor officio iudicis hanc separationem petere debeat. ad idem est text. singularis in l. 3. §. sed vtrũ, versic. magis enim. ff. de minorib. 25. annis. vbi peculium filij separatur, quando patris bona à fisco propter debita occupata sunt, Bald. in l. penult. nume. 4. in fin. C. qui bon. ced. poss. vbi dicit illud esse mirabile.
- 16 Quid si ƒ vxor sine dote marito nupserit locupletari, an Bānito marito, vel bonjs eius ex delicto fisco addictis, possit vxor paupercula ex bonis mariti alimenta petere. Equidem hoc iuri, æquitati, & rationi consentaneum esse arbitror, propter seruitia & obsequia, quę constante matrimonio, vel ante delictum marito pŕstitit, & honorẽ matrimonij, idque beneficio Authent. pŕterea. C. vnde vir & vxor. vbi communiter Doct. text. in §. quia verò legem, el. 2. Authen. vt lice. matr. & auiz. [Nam ex communi Doct. opinione, ƒ vxori indotatz ex bonis mariti confiscatis, quadrans debetur, qui deficiente dote, loco dotis succedit, & isdẽ gaudet priuilegijs, quibus dos, cùm surrogatum sapiat naturam sui surrogati, tex. in l. si eum qui iniuriarum. ff. si quis cautio. & est debitum necessarium, quod vxori legis prouisione debetur, & idẽ contraria voluntate mariti testamento, vel alia dispositione inter viuos, vxori adimi nequeat, vt pulchrẽ & latẽ deducit Socin. Senior d. consil. 221. nume. 7. cum sequen. volum. 4. & consil. 108. nume. 1. volum. 1. incip. in hac consultatione. Doct. in d. Authent. pŕterea. & est ratio, ne vxor inops mortuo marito, turpiter mendicare cogatur, Doct. vbi supra.] Adhęc maritus vxorem indotatam alere tenetur, maximẽ si pŕsciuerit illam inopem, eamque destinata volun-

voluntate sine dote duxerit, text. in l. quod si nulla. ff. de relig. & sumpt. funer. Bartol. ibid. in princip. Docto. in l. quod in vxorem. C. de negoc. gest. Bartol. ibid. nume. 1. Alexan. in l. diuortio, nume. 15. ff. solut. matrimon. Ias. ibid. num. 26. l. fina. C. de diuort. Innoc. in c. per vestras, de donat. inter virum & vxor. num. 3. vbi rationem tradit, cur maritus vxorem indotatam alere teneatur: quia, inquit, tali casu personam suam pro dote dat mulier, per text. in Authen. quib. modis natur. efficitur. legitimi. §. quoniam autem interpellationibus, gloss. ibid. in verbo, quartam, & in §. penult. Authen. de exhib. & introd. reis. Panorm. in c. accedens, num. 6. in fin. de procur. & in c. cum causa, nume. 5. de raptori. & in c. 1. num. 6. de adulter. Alexan. consil. 7. nu. 1. cum sequen. volum. 2. incip. visis & diligenter. Cùm igitur † fiscus succedat in locum mariti Banniti vel proscripti, occupatis omnibus ipsius bonis, merito vxori necessaria alimèta præstare debet, cui delictum mariti, quoad alimenta & alia iuris beneficia nocere non potest, iuribus supra allegatis, quia non debet melioris conditionis esse fiscus, quàm maritus, auctor ipsius, à quo ius in eum transijt, text. in l. in omnibus. §. non debeo. ff. de regul. iur. & in l. cum quidam. §. fiscus. ff. de vsur. gloss. ibid. in verbo, dare: & hæres debet vti iure defuncti, licet ipse per se sit priuilegiatus, text. not. in l. in facto. §. fiscus. ff. de condi. & demonstra. vbi dicitur, quod in fiscum transit legatum cum onere fideicommissi, & obligationis conditio non mutatur ex persona hæredis, text. in l. 2. §. ex his igitur. ff. de verbor. obligat. & in l. prætoriz. §. incertum. ff. de prætor. stipul. text. in l. cui fundus. ff. de condit. & demonstra. gloss. ibid. in verbo, ex accidenti, gloss. in l. Polla, in verbo, illi. C. de his quib. vt indign. idque omnium maximè procedit, si mariti bona pro alimentis tacite quoque vxori affecta sint, quod voluit Bartol. in l. si cum. dotem. §. sin autem, num. 7. ff. solu. matrimon. Alexand. ibid. nume. 11. Afflicti. expresse decil. 10. per totam, vbi hoc extendit, vt procedat etiam eo casu, quo mulier aliunde habet, vnde se sustentare queat. Idem tenet Guido consil. 127. Bald. in l. vnica. §. & vt plenius, nu. 1. C. de rei vxor. act. Socin. Senior

nior consil. 41. num. 13. volum. 4. incip. in presenti consulatione. Angel. in §. fuerat, num. 12. Instit. de actio. Rapha. Cuman. in d. l. si cum dotem. §. si autem, argumento l. Lucius. ff. qui pot. in pign. habe. [& l. Lucius. ff. de alimen. & ciba. lega.] Sed communior opinio est in contrariis: quia bona non obligantur tacite, nisi in casibus à iure expressis, tot. tit. ff. & C. in quib. caul. pign. vel hyp. tac. contrah. sed hic casus alimentorum non est expressus, ergò dispositioni iuris communis relinquitur, tex. in l. commodissimè. ff. de liber. & posthum. & in l. quicquid astringendæ. ff. de verb. oblig. d. l. si cum dotem, in princip. ita tenet Spec. tit. de dote post diuor. resti. §. formatis, vers. sed nunc quid, num. 15. Bart. sibi contrarius in d. l. Lucius, num. 4. ff. de alimen. & ciba. leg. Imol. in d. l. si cum dotem. §. item pater. Panorm. consil. 43. nume. 3. in fin. part. 2. incip. ex omnibus per partem. Roman. consil. 454. nume. 28. incip. in re presenti, vbi communem dicit, licet Camera quandoque Bart. & aliorum opinionem tanquam quietiorem, & fauorabiliorem secuta sit. Postremò pro confirmatione prædictorum facit, quod scribit Bald. in l. si pater dotem, nume. 9. C. de dot. promiss. vbi dicit, quòd bonis & patris confiscatis, fiscus filiam ex bonis publicatis dotare teneatur, idem notat Afflict. in c. 1. in gloss. 3. num. 80. quæ sit prima causa benefic. amitt. quia dos succedit loco legitima, & alimentorum, quæ liberis ex delicto patris auferri nõ debent, Alexand. d. consil. 7. num. 5. text. in l. quisquis. §. ad filias. C. ad leg. Iul. maiest. Ferrar. in forma inquisitionis, in verb. transeat, num. 1. vide Zabarel. in Clemen. pastoralis, num. 15. de sent. & re iudic. Specul. tit. de execut. sen. §. sequitur videre, num. 11. vbi omninò vide, an filio damnato, patre viuente, executio fieri possit in legitima. & Bartol. in l. si finita. §. si de vectigalibus, num. 13. ff. de dam. infect. Sed quid, si & mulier sciens prudensque contrahat matrimonium cum viro Bannito, dotemque ei adferat qualemcunque, an postea constante matrimonio, penitentia ducta, dotem ab eo, tanquam proscripto, & sic ad paupertatem vergente, adeoque ciuilitè mortuo, repetere possit? Non puto: imò potius dotem amittere, caque

que fisco addici deberet, quod de industria communem
 Imperij & omnium hostem, atque proinde iam antea fa-
 cultatibus lapsum maritum indignè & temerariè elegerit,
 Constitutionesque Imperij sciens prudensque contem-
 ptui habuerit: infirmitati enim foeminarum, nõ cal-
 liditati & malitiæ iura subueniunt, tex. in l. 2. in fin. ff. ad
 S. C. Velleia. tex. not. in l. in eo quod plus. §. fin. ff. de regu.
 iur. facit tex. in l. 2. & in l. 3. C. si min. se maiõ. dixit. l. si de-
 cipiendi ff. ad S. C. Velleia. tex. in l. si sine, in fin. C. eod. tit.
 Certum est, Bannum, siue aquæ ignisque interdictionem
 matrimonium ritè contractum, nõ dissoluere, text. in d.
 l. res vxoris. §. fin. autem. C. de donat. inter virum & vxor.
 & in l. 1. C. de repud. imò sceleratè & improbè faceret vxor,
 si ob calamitatem mariti, diuerneret à marito, vt dixi
 supra eod. cap. 10. Sed neque impedit Bannum matrimo-
 nium contrahi, cum sit iuris diuini, & solo cõsensu con-
 trahentium perficiatur, tex. in c. sufficiat. 27. quest. 2. c. 1. de
 sponsal. & in l. nuptias. ff. de reg. iur. cum similib. attamen
 contra honestatem publicam, & Constitutiones Imperij
 contractum, legitimis poenis ciuilibus meritò subijcitur,
 hoc est, vt repetitionem dotis amittat, eodemq; loco, quo
 maritus Bannitus, habeatur, idq; propter scientiam Ban-
 ni, quæ legis contemptum arguit. Ad quod facit, quod iu-
 re Canonico † mulier scienter heretico nubens, dotem a-
 mittat, eaque fisco applicetur; per text. in c. decreuit, de
 heret. lib. 6. Alex. in d. l. si constante. Ias. ibid. nu. 187. Præ-
 terea, magis communis opinio est, mulierem ex propo-
 sito cum inope marito matrimonium contrahentem, non
 posse repetere dotem: quia nemo videtur fraudare eos,
 qui sciunt & consentiunt, tex. in l. nemo videtur. ff. de re-
 gul. iur. & in c. scienti, eod. tit. libr. 6. & † mulier de indu-
 stria inopi marito nubens, eius mores approbare censetur:
 vnde si læditur, non ab alio, sed à seipsa læsa intelligi-
 tur, tex. in l. inter causas. §. abesse. ff. mand. text. in l. si legi-
 bus. C. de episc. audi. & in l. promittendõ. §. si à debitore.
 ff. de iure dot. Bald. in Auth. quod locum, nu. 10. C. de col.
 Ias. in d. l. si constante, nume. 171. cum seq. ff. solut. matri-
 mon. vbi magis communem dicit, & pluribus rationibus
 hoc

hoc confirmat. Ioan. Andre. ad Specul. tit. de donat. inter virum & vxor. alias titu. de dot. post diuort. restit. §. final. nume. 18. in verbo, vergente. Docto. communiter in dicta l. si constante. Prædicta omnia de dote, alijsque bonis, ob Bannum mariti repetendis, intelligenda sunt de Banno delicti, quâdo maritus ob violatam pacem publicam in Bannum declaratus est: secus si ob solam contumaciam bannitus sit, quia talis sententia Banni est interlocutoria, & purgata contumacia statim absolutio sequi potest, vt dixi supra eod. cap. 6. nisi tam obstinata sit contumacia Banniti, vt etiam post factam immissionem ex primo decreto, secundum decretum patiat, *Den einfaß auß zweiter erfendnuß/* dominiumq; suarum rerum amittat, vt notant plenè Docto. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infect. vbi latè Bartol. Spec. d. tit. de primo & secundo decreto. & tit. de execut. sentent. gloss. & Docto. in c. prout, de dolo & contumac. & in Authen. qui semel. C. quomo. & quand. iud. tot. tit. ff. & C. de bon. auth. iud. possi. Ordin. Came. par. 3. tit. 43. §. 3. & tit. 48. §. Vnd so also. Maran. par. 6. num. 12. cum sequen. titu. de contumac. Nam finis spectandus est, vtrum ex tali Banno, vel eius executione maritus ad paupertatem vergat, nam quomodocunque hoc fiat, & ex quacunq; causa, repetitioni dotis constante matrimonio locus erit, d. l. si constante. & d. l. vbi adhuc. C. de iure dotium. & d. c. per vestras, extr. de donat. inter virum & vxor. vbiq; Doct. finis t̄ enim designat, qualis res censenda sit, magisque considerandus finis, quàm principium, tex. in Authen. de nupt. §. quia verò hactenùs, gloss. ibid. in verbo, euentus, text. in c. fraternitatis. §. fina. in fin. de frigid. & malefic. text. in l. sed & si quis. §. fin. ff. de vsufruct. & in l. 1. §. fina. §. de dot. przleg. Afflict. in c. 1. §. si quis hominem, nume. 15. de pace tenen. Paris. consil. 78. num. 13. volum. 1. incip. magnificus Dominus. Porro, quemadmodum t̄ delictum mariti non nocet vxori, tex. in d. l. ob maritorum. C. ne vxor pro marit. ita econtra delictum vxoris marito, quòad lucrum dotis, fraudi & nocumento esse non debet, quia peccata suos tenent authores, text. in d. l. sancimus. C. de pœnis. & per iura

iura suprà initiò allegata, & idèd † vxore damnata, non publicatur dos, Bartol. in d. l. si finita. §. si de vectigalibus, num. 12. Alexan. & alij ibid. & in l. si maritus. ff. solut. matrimon. Fallit in quinque casibus, veputà, crimine læsæ maiest. vi publica, parricidio, veneficio, & de sicarijs, per tex. in l. quinque legibus. ff. de bon. damnat. & ibid. Bart. qui hoc declarat, quomodo illud accipiendum sit. Nell. in tract. de Bannitis, in prima parte secundi tempor. quæstio. 28. per totam. Bossi. tit. de bonor. public. num. 37. vbi dicit, ita communiter obseruari, facta condemnatione constante matrimonio.

CAP. XVII.

De executione Banni.

S V M M A R I A.

- 1 Sententia debet habere executionem paratam.
- 2 Bannum contumacia differt à Banno delicti in modo exequendi.
- 3 Immisio in bona Banniti quomodo facienda.
- 4 Executores Banni Imperialis sunt illi, sub quibus bona Banniti sita sunt.
- 5 Iurisdictiones confundi non debent.
- 6 Bona Banniti, in quibus facienda executio, specificè denominari debent.
- 7 Libellus generalis, & sententia generalis valent in actionibus vniuersalibus & generalibus.
- 8 Forma sententia pro immisione facienda in bona Banniti.
- 9 Fructus dicuntur deducta impense.
- 10 Executio non potest fieri in bona Banniti à tertio possessa.
- 11 Executio non potest fieri contra non citatum.
- 12 Sententia est stricti iuris, & non extenditur ad tertium.

- 13 Mandata cum clausula in Camera contra tertium possessorem bonorum Banniti decerni possit.
- 14 Rescriptum Principis contra tertium possessorem non valet.
- 15 Rescripta Principis ita intelligenda, ut nemini iniuriam faciant.
- 16 Feudum in causam iudicati capi potest.
- 17 Fructus feudi alienari & obligari possunt.
- 18 Feudi commoditas in dotem dari potest.
- 19 Fructus feudi à solo separati non sunt feudales.
- 20 Ususfructuarius sui ususfructus dominus est.
- 21 Executio rerum feudalium quomodo fiat ex Constitutione fracta pacis.
- 22 Forma sententia immisionis in bona allodialia Banniti.
- 23 Necessarii processus qui dicantur in Camera.
- 24 Mandata executorialia sub pena Banni, quando contra deputatos executores decerni queant, & de forma pronuntiandi.
- 25 Executores penalibus mandatis compelli posse.
- 26 Executores Banni se excusare possunt à necessitate exequendi.
- 27 Executor ob quatuor causas se excusare potest.
Difficultas excusat à pena & mora. *ibid.*
Impossibile preceptum iudicis nullum est momenti. *ibidem.*
Facto in obligationem deducto, difficultas moram impedit. *ibid.*
- 28 Circulorum prefecti quando ad executionem Banni vocandi sint.
- 29 Bellum licite mouetur pro executione sententia, & iniustitia.
- 30 Constitutiones Imperij executionem paratam habere debent.

- 31 Executio in bonis Banniti extra Imperium fiti, quomodo
facienda.
- 32 Iurisdictio vna per aliam adiuvati debet.
- 33 Brachium seculare quomodo inuocandum.
- 34 Brachium Casaru quomodo in Camera imploretur.
- 35 Litera mutui compassus quando necessaria.
- 36 In executione Banni non obseruatur ordo iurii commu-
ni.

SENTENTIA, † quæ in rem iudicatam transiit, re-
quirit executionem, aliàs elusoria redditur. Vnde
Rubrica inscribitur, extrà, de sententia, & re iudica-
ta, item ff. de re iudi. & effectu sententiarum, & C. eo. tit.
nam res iudicata non debet carere suo effectu, & legis at-
que Constitutionis virtus & finis in executione consistit,
tex. in c. cum aliquibus, de sent. & re iud. & in l. 2. C. de ex-
ecut. rei iud. tex. in l. 4. §. si ex conuentione. ff. de re iudi. &
in l. si causa cognita. C. de transac. text. in l. episcopale. C.
de episco. audi. vbique dicitur, rem iudicatam habere ex-
ecutionem paratam. Spec. ad Rub. de execut. sent. num. 7.
Ordin. par. 3. tit. 48. §. 1. & parum est iura condere, nisi fit,
qui eadem tueatur, & executioni demandet, text. in c. vbi
periculū. §. præterea, de elect. in 6. & in c. vnico. §. & quo-
niam de statu regularium, eod. lib. tex. in l. 2. §. post origi-
nem. ff. de orig. iur. Videndum igitur de executione sen-
tentia Banni. Et in primis meminisse oportet, inter Ban-
num † contumaciae, & bannum delicti, quoad executio-
nem, hoc discriminis esse, quod primo casu necessaria sit
immissio in bona banniti: altero casu non requiratur im-
missio, sed regia via per executores fit executio sententia
in bona banniti, quæ offenso traduntur, vel ab executori-
bus deputatis occupantur, vt ex ijs satisfiat offenso. Hæc
differentia notatur in Ordinatione Cameræ, par. 3. tit. 43.
§. 3. & tit. 48. §. Vnde so also vtrobique de executione ban-
ni ob contumaciã, item tit. 49. §. 1. vbi de executione banni
ob delictū disponitur. Sed tamen in modo petendi execu-
tores, nihil inter vtrunq; bannū discriminis est. Ad pro-
cessum

- 3 cessum verò † inmissionis & executionis Banni spectat, ut Actor iudicialiter scripto, bona Banniti in specie designet, in quibus hanc inmissionem, & executionem fieri velit, & sub cuius iurisdictione bona sita sint, an sint allodialia vel feudalia, immobilia, vt mobilia, vt ordo executionis obseruetur, iuxta notata in l. à Diuo Pio. §. in venditione. & in §. si super rebus. ff. de re iudic. & ibid. communiter Doct. & in l. debitoribus. ff. eod. tit. vbi pulchrè Ias. per totam. etsi ordo iuris communis in Bannitis Imperij non obseruetur, cum omnia eorum bona periculo, & paratæ executioni exponantur, sicut ex formula denunciationis constat supr. eodem lib. cap. 6. facit tex. in c. fœlicis, de pœnis, in 6. & in d. c. vbi periculum. §. ipsos insuper. Ad hæc ideò specialis designatio bonorum requiritur, vt certi executores dari queant: nam in Imperio † huiusmodi causis fractæ pacis, non dantur alij executores, quàm illi magistratus, sub quorum iurisdictione bona sita sunt, ne iurisdictiones † confundantur, quod fieri non debet, per tex. in c. peruenit. ii. q. i. & in l. nemo. C. de iurisdic. om. iudic. gloss. ibid. in verbo, auxilium, tex. in §. nulla. Authen. de defensorib. ciuita. Guid. decis. 436. nume. 3. & ne ex litibus lites exoriantur, contra text. in l. terminato. C. de fruct. & lit. expens. Itaque si † specialis designatio exhibita non sit, sed tantùm generalis pronunciarī solet hoc modo:

In der Execution sachen A. Klägers / wider B. verklärten Echters / ist erkende / so fern bemelter Kläger gedachtes Echters Güter formlich / vnd vnderschiedlich benennen würde / daß alsdann auff sein fernert anrufen / begerter einsakung / vnd Execution halben / ergehn soll was recht ist.

Latine :

In causa executionis A. Actoris, contra B. Bannitum, decernimus, quatenus dictus Actor Banniti bona ritè, & sigillatim nominauerit, quòd tunc ad vltiorem suam instantiam, ratione petitiæ inmissionis fieri debeat, quod iuris est. Executio enim debet esse certa, & ideò certarum rerum

rerum designatio requiritur, iuxta notata Barto. in l. 4. §. si ex conuentione, num. 1. ff. de re iudic. & in l. 2. num. 3. C. de senten. quz sine certa quantita. proferun. Afflic. decis. 35. num. 4. Bald. in l. 1. num. 7. ff. de eden. vbi omninò vide. Et licèt in actionibus vniuersalibus & generalibus † libellus generalis valeat, & sententia generalis proferri possit, tex. in l. non possumus. ff. si pars hæred. per. glo. notab. ibid. in verbo, pro, & diuiso: tamen in executione res specificari debent, aliàs non potest fieri executio, tex. in l. licèt. C. de iudic. glo. singul. in l. 1. in verbo, vt perinde. ff. de edend. Alexan. ibid. nume. 10. cum sequen. & communiter Doct. gloss. in d. l. 2. in verbo, iussit, gloss. notab. in c. penult. in verbo. significantibus, de libell. oblat. vbi plenissimè Socin. num. 16. cum sequen. gloss. in c. conquerente, in verbo, specificatas, de offic. iudic. ordin. tex. in l. 4. & in l. si quo tempore. ff. de petit. hæred. Afflic. d. decis. 35. Petr. Iacob. in sua pract. sub tit. de petitio. hæred. nume. 6. Datur igitur supplicatio pro mandato immissorio, vnà cum designatione bonorum Banniti, vt antea dictum est. Facta autem specifica bonorum designatione, executores per sententiam deputantur, & immissio atque executio in hac † forma decernitur:

In der Execution sachen E. vñnd seiner Nichteßs-
verwandten / auch des Kayserlichen Fiscals für sein
Interesse Klägern eins / wider D. erklärten Echter / an-
ders theils / seynd gedachte Kläger in ermeltts Echters
Haab vñnd Güter / in der specificationschrift N. tag
einkommen / benende / souiel derselben Güter des erklär-
ten Echters aigen / souiel aber Lehengüter seyen / in die
abnußung derselben / des Echters lebenslang / souiel de-
ren vber nottürfßige verschung / vñnd bestellung vbrig
seyn mögen / mit Verichelichem Decree vñnd Vertheil
hiemit immittiert / vñnd eingesezt / vñnd syhen darauff
zu Executorn Herrn E. Bischouen zu F. Herrn Marg-
grauen zu H. vñnd Herrn J. Landtgrauen zu R. doch
zu ihr jeder / auff die angezogene Güter / souiel deren

V 3 vnder

vnder ihe jedes Obrigkeit gelegen / gegeben vmb ver-
ordner.

Latinè :

In causa Executionis C. & consortum, necnon procuratoris fisci, pro suo interesse, Actorum ex vna, contra D. declaratum Bannitum, ex altera partibus, dictos Actores in præfati Banniti bona propria iuxta designationis schedulam, N. die exhibitam, quo verò ad feudalia in perceptionem fructuum eorundem, deductis tamen necessarijs impensis, quoad vixerit Bannitus, hac nostra sententia immittimus, & pro Executoribus Dominum E. Episcopum, Dominum H. Marchionem, & Dominum I. Landgrauium, singulos quoad bona sub qualibet eorum iurisdictione sita, damus, & ordinamus. Impensarum, quoad bona feudalia, idè deductio fit, quia fructus propriè t non dicuntur, nisi illi, qui deducta impensa supersunt, tex. in l. fructus. ff. solut. matrimon. intellige de impensis, quæ fiunt fructuum gratia, tex. in l. diuortio. §. impendia. ff. solut. matrimon. & in l. si à patre. §. penult. ff. de petit. hzred. glo. in d. l. fructus, in verbo, impensa, glof. in c. grauis, in verbo, fructus, de restit. spoli. nullus enim casus interuenire potest, qui hoc genus deductionis impediat, text. notab. in l. fundus qui. ff. famil. ercisc. vide Obseru. lib. 2. Obserua. 121. in fine, de impensis vtilibus & necessarijs. Sed quid si t tertius tempore executionis possideat bona Banni iure obligationis, vel quolibet titulo iusto, vel iniusto, an hoc casu immiſſioni & executioni in istis bonis locus erit? Minimè gentium, quia tertius pro suo interesse potest impedire rei iudicatæ executionem ratione tuz hypothecæ, si de ea legitimè doceat, text. in l. à Diuo Pio. §. si super rebus, vers. quòd si res fuerit pignorata. l. si. ibid. num. 1. & num. 7. Præterea t executio contra tertium non citatum, neque in iudicio nominatum, fieri non potest, tex. in l. cum queritur, cum l. seq. ff. de excep. rei iudic. quia res inter alios acta, tertio præiudicare nõ debet, tex. in d. l. i. ff. d. tit. & tot. tit. C. res inter alios acta, & ceter. tex. in l. sæpè. ff. de re iud. cuius regulæ ratio est,

tum

tum quia non debet alteri per alterum iniqua conditio
 adferri, *tex. in l. non debet. ff. de reg. iur. cum similib. tum*
 etiam, quia † sententia est stricti iuris, & non potest exten-
 di ad alios, qui non fuerunt in iudicium vocati, neque in
 eo vnquam nominati, *tex. in l. rei iudicatz. ff. de excep. rei*
jud. & in d. l. à Diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iud. Zas.
in d. l. xpe, num. 11. vbi communiter Doct. Marant. par. 6.
tit. de execut. senten. num. 32. Castr. consil. 87. num. 3. par. 1.
incip. in causa quæ vertitur, Bald. consil. 149. par. 3. per tot.
incip. proponitur quòd quedam, vbi decidit, missionem
in possessionem feudi à tertio possessi, non valere, per tex.
in l. 2. C. si propr. publi. pensitatio. gloss. ibid. in verb. prz-
sente. Bald. similiter, nume. 1. text. in c. licet episcopus, de
præbend. in 6. gloss. ibid. in verbo, te non vocato. Innoc.
in c. inter quatuor, num. 1. de maior. & obed. Et ideò in †
 Camera tali casu contra tertium possessorem mandata
 de restituenda re possessa, cum clausula tamen iustifica-
 toria decernuntur; idque etiam eo casu, quo possessor Ca-
 meræ iurisdictioni immediatè subiectus non esset, quod
 admittitur propter còtinentiam causæ, ne illa diuidatur,
 & Actor alibi nouum processum instituere cogatur, *tex.*
in l. nulli. C. de iudic. Doct. ibid. & in l. 1. ff. de quib. reb.
ad eund. iudic. eatur. Clausula ideò mandato adijcitur :
quia sine causæ cognitione sua possessione tertius priua-
ri non debet, & si fiat, tanquam spoliatus ante omnia re-
stituendus est, tex. in c. volumus. 16. q. 4. glo. ibid. in verbo,
possessum, tex. in c. placuit. 16. gloss. in d. l. 2. C. si prop. pu-
blic. pensit. Rora decis. 25. de sent. & re iud. in nouis. Imò †
 rescriptum vel mandatum Principis contra tertium pos-
 sessorem, ipso iure nullum esset, per *tex. in l. finz. C. si per*
vim vel alio mod. & in l. meminérint. C. vnde vi, tex. in l.
si quis in tantam. C. eod. tit. Alex. conf. 5. num. 1. volum. 2.
incip. in causa & lite. & conf. 108. num. 5. vol. 6. incip. viso
processu, tex. in d. c. licet episcopus. Sunt enim † rescripta
 Principis cum iustitia, & ita intelligenda, vt nemini in-
 iuriam faciant, *tex. in l. ex facto. ff. de vulg. & pupil. & in*
l. nec auua. C. de emancip. liber. & tex. in c. super eo, de of-
fic. deleg. Panor. ibid. num. 2. Intentio enim Principis ta-

lis esse præsumitur, qualis est legis scriptæ, & rationis naturalis, vt dicit Deci. consil. ii. nume. 3. cum sequen. incip. quoniam iudicantium, & consil. 109. nume. 5. incip. in casu proposito, vbi multa allegat. Ergò audiri debet possessor, antequàm sua possessione priuetur, quo iure possideat, an suo, vel Banniti nomine, an in fraudem legis & Constitutionis alienatio facta, vel possessio in aliũ translata sit, iuribus suprà allega. & de modo procedendi contra tertium, vide omninò Bartol. in d. l. a Dino Pio. §. si super rebus, num. 7. & in l. creditores, [nu. 21. cum sequen.] C. de pignorib. Angel. & Docto. in §. item si quis in fraudem, [num. 8. cum sequen.] Instit. de actio. [Angel. ibid. num. 66. cum sequen.] vbi dicitur, quòd prius debeat agi actione in factum reuocatoria, antequàm fiat executio contra possessorem. Bart. in d. §. si super rebus. quod verũ est secundum Ias. & Zal. ibid. nume. 7. si alienatio facta sit ante litem motam : secus si post litem institutam, quo casu recta via executio contra tertium fieri posset, absque vlla actione reuocatoria contractus, Ias. in d. §. si super rebus, num. 10. vbi communem dicit. Hinc est, quòd in sententia executionis Banni, tertio ius suum expresse reseruetur, vt infrà in formula sententiæ videre est. Ex recitata quoque sententia executionis Banni, perspicuum est, in feudo pignus iudiciale contrahi posse, & ita se habet communis opinio, etiam sine consensu domini, putà, in defectum aliorum bonorum propriorum. Nam victor t

16 in possessionem bonorum feudalium ex causa iudicati mitti potest, quæ quidem immissio non transfert ius feudi, neque vtile dominium in creditorem, sed tantum commoditatem rei feudalis, quia percipiet reditus & fructus ex re feudali, quæ utilitas & commoditas morte vassalli debitoris expirat, & feudum ad dominum, vel agnatos, pro qualitate feudi, redit, soluto enim iure datoris, soluitur ius acceptatoris, tex. in l. lex vectigali fundo. ff. de pignor. & hypoth. & in c. 1. §. rursus, de controuers. inuestit. Ita tenent Ifern. in c. 1. §. quid ergò, de inuest. de re alien. fac. num. 4. cum sequen. Aluar. ibid. num. 3. Præpos. nu. 2. Iacob. de S. Georg. in verb. & dicti vassalli, nu. 39.

Bart.

Bart. in l. si finita. §. si de vectigalibus, nu. 5. ff. de damn. infect. Alexand. ibid. num. 18. Alvaro. in c. 1. nu. 16. de prohi. feud. alien. per Fred. Curt. in tract. feud. part. 4. nu. 102. Et aliàs licet feudum alienari, vel pignori obligari nequeat, tex. in c. Imperialem. de prohib. feudi alie. per Fred. cum similibus, tamen † fructus feudi, accessiones, & emolumenta rectè alienari & obligari possunt. Bart. in l. si is qui. nu. 2. ff. de pignor. Ias. in §. item Seruiana, num. 104. In tit. de act. cum allegatis ibid. quia nullum fit præiudicium agnatis: nam morte concedentis omnia extinguuntur, text. in d. l. lex vectigali, & feudum ad agnatos recto tramite transit. Hinc quoque est, quòd ex communi Dd. opinione † commoditas rei feudalis sine consensu domini in dotem dari possit, hoc est, vt maritus fructus ex re feudali tantisper recipiat, donec & quousque vixerit socer, cuius morte ius percipiendi fructus expirat: quia nemo plus iuris in alium transferre potest, quàm ipse habet, tex. in l. nemo plus iuris, ff. de reg. iu. & in c. nemo potest plus, eo. titu. in 6. Ita tenent Præposit. in c. 1. §. donare, nu. 1. qualit. olim feud. alien. pote. Ias. in tracta. feud. part. 9. nu. 7. Curt. loco citato, nu. 39. vbi opiniones refert. Alex. præclare, confi. 18. per totum, vol. 5. incip. Attentis narratis. Schurff. pulchrè confi. 13. num. 5. centur. 1. incip. Quòd illustres. Quòd pertinet, quòd † fructus feudi, postquam à solo separati sunt, non dicantur feudales, sed proprii patrimonij & allodiales, text. in c. 1. an agn. vel fil. Curt. in 2. parte tertiz par. principa. nu. 47. Præterea vasallus instar vsufructuarij est, text. in c. 1. §. in primis, in quib. caus. feu. amitta. Ias. in procemio feudo. nu. 18. Bald. in l. cum oportet, nu. 18. C. de bo. quæ liber. at † vsufructuarius sui vsufructus dominus habetur, proindè commoditatem, omnemque vsufructus vtilitatem vendere, vel pro suo arbitratu locare potest, text. in l. qui vsufructum. ff. si vsufructus per Bart. ad rub. C. de vsuf. nu. 2. & in l. interest, nu. 2. C. eo. tit. & appellatione domini, fructuarius quoque continetur, text. in l. in venditione. ff. de bon. auth. iudic. possid. Obseruanda tamen differentia inter ius commune & Constitutionem Imperij pacis publicæ, quoad

† executionem rerum feudalium, quòd possessio rei feu-
 dalis iure Constitutionis in offensum non transferatur,
 sed domino tradatur, vti ex recitata formula sententiæ
 immissionis, & executionis videre est: sed iure com-
 muni victor feudi possessionem adipiscitur, fructusque
 ipse percipit, sicut antea dictum est. Quòd si victor vel
 actor in designationis schedula nulla bona feudalia ex-
 presserit, quia † Bannitus nulla habet, tunc hoc modo
 pronunciat: *In der Acht vnd Execution sachen/ D.
 Eieger wider D. erkleren Echter/ ist erkhendt/ das ge-
 dachter Eieger in die güter/ in der Specification D.
 tagh ein kommen beuent/ zu immittieren/ vnd einzuse-
 hen sey/ Als wir ihnen auch hiemit immittieren/ einse-
 hen/ vnd darauff herrn D. Mararaffen vnd D. Graf-
 fen/ zu Executorn/ wie gepetten/ verordnen / vnd der-
 halben noturfftige process erkennen.*

Latine.

In causa Executionis Banni N. Actoris, contra P. declara-
 tum Bannitum, decernimus, dictum Actorem in bona,
 in designationis schedula O. die producta, nominata im-
 mittendū esse, prout eū hac nostra sententia immittimus.
 Et N. Marchionem, & M. Comitem pro Executoribus
 deputamus, desuper necessarios processus decernendo.
 † Necessary † processus intellige mandata poenalia, ex-
 curatoria, quibus deputatis Executoribus sub poena pe-
 cuniaria, cum clausula tamen iustificatoria, mandatur,
 vt immissionem & executionem demandatam in bona
 Banniti faciant: idque intra tempus iudicati, quod in Ca-
 mera conuenit esse sex septimanarum, & trium die-
 rum, licet de iure communi sit quadrimestre, text. in l. 1.
 & in l. 3. C. de vsur. rei iudic. gloss. & Doct. ibid. l. 1. in d. l.
 debitoribus, num. 3. ff. de re iudic. vbi omnino vide pra-
 cticam faciendi executionem, & de temporibus execu-
 tionum, quam immissionem, & † demandatam execu-
 tionem, si facere obstinate recusent, aut in mora sint, nul-
 la; legitimi impedimenti causas, quod facere possunt,
 vt infra dicetur, statuto & prefixo termino allegent, pos-
 sunt.

sunt etiam, petente actore, arctiora mandata sub pœna Banni contra ipsos decerni, sub euentuali comminatione, vt vocant, hoc pacto:

In der Execution sachen N. Cleger wider C. erkleren Echter/auch N. vnd M. herzoggen als Executoren beclage/ist der beschaidt / das gedachte Herzoggen in die peen der aufgangenen/ verfhundten / vnd widderumb gerichtlich einthommen Kaiserlichen Executorialn einuerleibt/noch zur zeit nicht zu erkleren/sonder derselbigen bey darin bestimpter peen/vnd in zeit zweier Monaten den negsten / so ihnen darzu von Ampten wegen angelegt/mit wircklicher immiffion/vnd ein antwortung deren darin benannten guttern/ (doch menniglich sein recht/vnd gerechtigkeit an demselbigen hiemit auftrucklich vorbehalten) alles ihres inhalts nochmalts zu gehorsamen vnd zugeleben schuldig seyen / mit dem anhang/wo sey dem also nit nachthommen wurden / das sey ja als dann/ vnd dann als jetz/ in bemelten Executorialen einuerleibte peen / declariert / ferner proceß / auch erthendt / das sie gedachtem Cleger die kosten derhalben auffgelauffen/nach rechtlicher messigung zu errichten vnd zu bezahlen schuldig sein sollen.

Latinè.

In causa Executionis N. actoris cōtra C. declaratum Bannitum, nec non N. & M. duces Executores reos, pronunciamus, dictos duces in pœnas emanatarum, executarum, & reproductarum Imperialium Executorialium nondum declarandos esse, sed quod ipsdem adhuc sub comminata pœna, intra duos menses proximos, quos ipsis ex officio præfigimus, reali immiffione & traditione bonorum nominatarum (saluo tamen cuiuslibet iure) parere debeant, ea comminatione, nisi ita egerint, quod nunc, prout ex tunc, & tunc prout ex nunc, in dictas pœnas Executorialium declarati, & vteriores processus decreti esse: præterea expensas desuper factas

grat.

- præfato aſtori, ſaluo noſtro iudiciali moderamine, reſpondere debeant. Vtteriores proceſſus, intellige de pœna Banni, putà de mandato arctiore ſub pœna Banni. Et ſic
- 35 obſerua, Executores ſmandatis pœnalibus ad faciendam executionem demandatam compelli poſſe, eò quòd munus executionis publicum & neceſſarium ſit, ad quod quis compelli poſteſt, tot. titu. ff. de munerib. & honorib. tex. in l. munerum. §. iudicandi. ff. eo. tit. & in l. pen. §. qui aut. ff. de vacat. & excuſat. mun. Fel. in c. ſi pro debilitate, n. 9. de off. deleg. Et ita lege Imperij expreſſe prouiſum, &
- 36 ſancitum eſt in locis infra citatis. Sed nunquid ¶ Executores iuſtis ex cauſis ſe ab hoc munere, & onere executionis excuſare poſſunt? Vtique poſſunt, per text. notab. in l. ſi longius. ff. de re iudic. text. in l. iudex. ff. eod. tit. text. in l. penultim. ff. de vacat. & excuſat. mune. text. in d. c. ſi pro debilitate. Felin. ibid. num. 4. in fine, & in l. ſancimus, la. 1. C. de aduocat. diuerſo. iudicio. gloſſ. ibid. in verbo, arbitrium, text. in l. non ſolùm. §. final. ff. de excuſat. ruto. & ideò huiuſmodi mandatis executorialibus inferi ſolet citatio ad docendum intra certum terminum de partitione, vel allegandum cauſas quare parere non teneantur, text. in c. veniens, §. fin. de accuſat. ibi, citationem & purgationem, gloſſ. ſingu. in c. vnico, de ſagittarijs, in verbo, ſub anathemate. Barto. in l. vnica, num. 13. ff. ſi quis ius dicen. non obtempera. In Ordinatione ¶ Camera part. 3. tit. 19. §. Ferner/ & §. Nemlich/ quatuor potiſſimum cauſæ executionum proponuntur, quarum prima, ſi executione faciendae ſit contra inſignem, & potentem aliquam Rempublicam, Imperio mediata, vel immediata ſubiectant. Altera, ſi Bannitus caſtrum munitiſſimum poſſideat, vnde facile expugnari nequeat. Tertia, ſi contra Principem Electorem, aut alium Principem, vel Starum Imperij eccleſiaſticum, vel ſecularem, executione demandata ſit. Vltimo, ſi Bannitus Imperio quidem ſubiectus ſit, ſed extra Imperium domicilium ſuum habeat. Nam iſtis quatuor caſibus dati Executores, ob potentiam bannitorum, ſumptuum, & expenſarum militarium magnitudinem,

dinem, atque executionis difficultatem, non immeritò excusantur, ne plus æquo sumptibus & oneribus militaribus grauentur, & ad impossibilia adstringantur, quorum nulla est obligatio, text. in c. impossibilium, de reg. iur. in 6. & in §. si impossibilis. Instit. de inutilib. stipul. [text. in l. fin. ff. quæ senten. sine appellat. rescind. vbi dicitur, impossibile præceptum iudicis, nullius esse momenti, text. in c. fina. de pact. & in l. si quis graui. ff. de S. C. Syl-lania.] præterea rei difficultatem à pœna legali exculare certum est, text. in c. breui, de iure iur. gloss. ibid. in verbo, difficultas, text. in l. 2. §. 1. & 2. ff. si quis cautio. text. in l. si vehenda. §. penulti. ff. ad l. Rhod. de iactu. Bartol. ibid. in princip. Deci. confi. 314. nu. 2. cum seq. incip. promisit. [Et regulariter quoties factum est in obligatione, tunc difficultas moram impedit, text. in d. l. si vehenda. §. penul. & in l. quod te. ff. si cert. pœta. vbi Bart. num. 34. & in l. continuus. §. illud, num. 5. circa finem. ff. de verb. obliga. Paris. confi. l. 110. num. 26. volum. 1. incip. promissio.] Et idè in huiusmodi grauioribus & casibus, ne delicta impunita, malo exemplo maneant, text. in l. bona fides. ff. de pos. & in l. si operis. C. de pœnis, cum similibus, ad vicinos prouinciarum, siue circularum, vt vocant, præfectos, siue præsides, *in den nechsten gefessenen Kretsch Obristen/* pro executione Banni confugiendum est, vt ipsi publico Imperij sumptu, coniunctis viribus & copijs, communicatoque consilio, bannitos pro merito ederceant, text. in l. præses prouinciar. ff. de offi. præsid. Bellum tamen licitè mouetur pro executione sententiæ, & non est propriè bellum, sed potiùs executio iurisdictionis, vel iustitiæ, text. in l. qui restituere. ff. de rei vendic. & ibid. Dd. Inno. pulchrè in c. olim causam, num. 8. in fin. de restitu. spolia. Zas. in l. miles. §. qui iudicati, num. 9. ff. de re iudic. prout latius videre est in Ordinat. Camerz, d. titul. 48. cum seq. & exactissimè in Constitutione executionis pacis publicæ, in Comitijs Augustanis anno 55. promulgata, vbi de reperendis sumptibus, alijsque iuris communis remedijs amplissimè disponitur, quæ omnia longum foret commemorare, & ego ista paulò altius prosecutus sum, vt publicè

licè constare possit, quanta solitudine, & paterna affectione Diui Imperatores angustissimæ, & foelicissimæ recordationis, pacem publicam in Imperio conseruare, quantaq; seueritate turbatores punire, & irrogatas pœnas Banni Imperialis exequi voluerint. † Constitutiones enim Imperij executionem paratam habere debent, sicut quælibet cuiuscunque iudicis legitima prolata sententia, text. in d. l. 4. §. si ex conuentione. ff. de re iudic. & per ea iura initio allegata. Quid si † Bannitus non habeat bona in Imperio, saltem ad executionem faciendam sufficientia, sed præcipua sua bona sita sint extra Imperium, sub iurisdictione externi principis, Imperium non recognoscens, quomodo fiet executio Banni ratione istorum bonorum? Ego puto hoc casu ius commune seruandum, vt scilicet scribat Imperator, vel Camera domino eius prouincie, sub quo talia bona sita sunt, vt executionem in illis faciat, quia † vna iurisdictione per aliam adiuuari debet, text. in l. à Diuo Pio. §. sententiam Romæ. ff. de re iudic. Bart. Zas. & alij ibid. text. pulcherrimus qui omnium maximè ad ordinationem executionis pacis publicæ pertinet, in l. 2. C. de his qui latron. vel alijs criminib. Reos occultaue. & in l. episcopale. C. de episcop. audien. text. in c. Romana. §. contrahentes, de foro competen. libr. 6. vbi communiter Canonist. & in c. quoniam, de offic. iudic. ordin. text. in c. cum ad verum, 96. dist. & in c. principes, 23. q. 5. gloss. in c. statuimus, in verbo, potestatem, de maledicis. Hinc est, quòd iudex † Ecclesiasticus, in iuris subsidium, pro executione sententiæ suæ, Brachium seculare inuocare possit, text. in c. 1. de offic. iudi. ordin. gloss. ibid. in verbo, publicam. Panorm. similiter, nume. 5. & 11. & communiter Canonist. text. in d. c. quoniã, & in c. cum non ab homine, de iudi. pulchrè Oldra. conf. 89. per totum, incip. Episcopus inuocat. Affli. in Constit. Regni Siciliae, in præmio, nu. 54. cum seq. Marant. disput. 1. nu. 26. Et in † Camera iudice Ecclesiastico imploràte Brachium Cæsaris, madata executoria contra partem victam & contumacem, sub pecuniaria, rarò Banni pœna, utroquetamen casu cum clausula iustificatoria decernuntur, proinde

inde legitimæ exceptiones contra inuocationem brachij secularis, & obrenta mandata Executorialia in termino reproductionis admittuntur, puta exceptiones nullitatis, vt prolixius notant Oldrad. Panor. Afflict. & Marant. Joci citat. vbiq; vide, quid requiratur antequam ad inuocationem Bracchij secularis perueniri queat: nam debet fieri post fulminatam, vt vocant, processum, quando nullum aliud remedium ecclesiasticum superest, hoc enim omnium vltimum esse debet, text. in d. c. cum non ab homine, & in d. c. quoniam. Dd. vbi sup. Fit ergo executio in bona Banniti extra Imperium sita, ad requisitionem Cæsaris, vel Camere Imperialis † per literas, quas mutui compassus siue subsidiales vocant, sine quibus executio fieri nequit, tex. in l. properandum. §. si autem Reus. C. de iud. & in l. i. ff. de offic. consul. text. in d. c. Romana. §. contrahentes, & ibid. Dd. & in c. fin. de for. comper. Bart. in d. l. à Diuo Pio. §. sententiam, nu. 1. in fin. Zas. ibid. num. 4. Et hoc verum, quando petitur executio per implorationem officij iudicis: secus si per actionem iudicati, quia tunc sine literis remissorijs, vel mutui compassus, actio iudicati coram quocunque iudice intentari potest, tex. not. in l. fin. C. de præscript. long. temp. Ferrar. in forma execution. sententiz definitiuz. §. 1. nu. 13. Bartol. in d. l. à Diuo Pio. §. sententiam, nume. 2. Zas. ibid. num. 8. vbi omninò vide, idem in l. intra, nu. 6. ff. de re iudi. vtròque hoc dilucidè declarat. Postremò, vt compendio dicam, executio † contra Bannitum fieri potest in omnibus ipsius bonis, tam immobilibus quam mobilibus, in pecunia numerata, deposita, item in nominibus, dummodò debitor Banniti fateatur coram Executore se debitorem esse: secus si negauerit, etiam malitiosè, tex. in d. l. à Diuo Pio. §. sic quoque, gloss. ibid. in verbo, capi, similiter Bart. nume. 3. text. in l. 3. C. quando sic. vel priuat. gloss. notab. ibid. in verb. conuenti, quam omninò vide: Sed ordo executionis, qui in d. l. à Diuo Pio præscribitur, in executione contra Bannitum non obseruatur, sed iuxta designationis schedulam, tam in allodialibus, quam feudalijs, & in vniuersum in omnibus bonis fit executio,

quid

quia omnia bona per sententiam declaratoriam Banni, victori, & cuiuslibet direptioni exponuntur, qui autem omne dicit, nihil excludit, tex. in l. a procuratore. C. manda. & in l. Iulianus. ff. de lega. 3. gloss. in Clem. 1. in verbo, omnimodam, de foro comper. & vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, vulg. l. de precio. ff. de Publicia. in rem act. vti ex ipsa declaratoria sententia sup. eo. cap. 6. videre est. Et hzc potissimum obtinere puto in Bannito ob delictum: nam tali casu sententia declaratoria est definitiua, & nascitur ex ea actio in factum, vt dixi prædicto cap. 6. & initio notavi, inter vtrumque Bannum in modo exequendi discrimen esse. Itaque prouidus Executor curare debet, ne modus executionis excedatur, tex. in c. quoad consultationem, in fin. de sent. & re iudic. & in l. ab executione. C. quor. appel. non recip. gloss. notab. ibid. in verb. excedat: néue grauior sit immissio, quam victoris petitio, damnum, aut interesse eius, iuribus allegatis.

CAP. XVIII.

De absolute Banni, & sententia absolutoria.

S V M M A R I A.

- 1 *Transactio super fracta pace valet.*
- 2 *Bannitus cum parte offensa transigere potest.*
- 3 *Articulos damnorum & expensarum in causa absolutionis Banni, offensus dare debet.*
- 4 *Iuratoriã cautionem de soluendis damnis & expensis, an Bannitus offerre possit.*
- 5 *Offensus an ad concordiam cum Bannito inuendam compelli possit.*
- 6 *Casus delegat causas ad concordiam & iustitiam.*
- 7 *Concordia dicitur cordis coniunctio, & quid à pace differat.*
- 8 *Iudex in criminalibus, an partes ad concordiam compellere possit.*

- 9 In civilibus partes ad concordiam hortandi, non compellendi sunt. Fallit in longa lite.
- 10 Partes compelli possunt ad concordiam, si res spectat ad arma, & turbationem Reipublica.
- 11 Administratio iurisdictionis alternis vicibus quando concedenda.
- 12 Pluribus ad praiudicium tertij dissentientibus, partes ad concordiam compelli possunt.
- 13 Bannitus ob contumaciam, soluto damno & expensis, à Banno inuita altera parte absolui potest.
- 14 Ad absolutionem magis promptus, quam cōdemnationem iudex esse debet.
- 15 Offensus si damna & expensas liquidare nolit, an Bannitus ob contumaciam absolui possit.
Contumacia pœna restringitur ad limites contumacia.
ibid.
Dispositio pœnalis indefinita, an perpetua censetur.
ibid.
- 16 Bannitus ob delictum, an parte offensa inuita à Banno absolui possit.
- 17 Bannitus in grauioribus delictis sine consensu Cesaris à Banno absolui nequit.
- 18 Rebellem Imperij, & in Banno Imperij esse differunt.
- 19 Differentia est quoad absolutionem inter Bannum contumaciae, & Bannum delicti.
- 20 Delictum in committendo maius est, quam omittendo, & pœna delicto commensuranda.
- 21 Absolutio Banni non corrigit sententiam Banni.
- 22 Restitutionem petens, sententiam approbare dicitur.
- 23 Forma sententia absolutoria Banni ob contumaciam.
- 24 Absolutionis Banni forma.
- 25 Bannitus ob petendam absolutionem Banni personaliter comparere debet.
- 26 Fallit si senio confectus, aut valetudinarius fit, quo casu

admittitur procurator.

27 *Impedimentum comparitionis personalis probandum, & quomodo.*

28 *Absolutoria sententia Banni ex delicto qualis fit.*

- 1 **S**UPER crimine † fractæ pacis, ante, & post susceptum iudicium trāsigi posse, dixi suprà lib. 1. cap. 11. quia vnicuique licitum est sanguinem suum quomodocunque redimere, text. in l. 1. ff. de bon. cor. qui ante sen. sibi mor. consciue. et in l. transigere. C. de transact. vbi cōmuniter Dd. sed & postquam quis per sententiam declaratoriam † Bannitus est ob contumaciam, vel delictū, locus erit transactioni, si Bannitus offenso damna illata & expensas refundat, nec non cum procuratore fisci, ob publicam vindictam in gratiam redeat: Nemo enim à Banno absolui debet, nisi prius offenso damna & interesse refarciat, ac Cæsari; vel suæ Maiestatis procuratori fisci satisfaciat, idque non solum Ordinationi Cameræ, par. 2. titu. 18. §. 1. & par. 3. tit. 46. sed etiam iuri communi consentaneū est, per tex. in c. ex parte in Christo, de verb. sign. gloss. not. ibid. in verb. pro contumacia, text. in c. ex literis, de offic. iudic. deleg. gloss. ibid. in verbo, fuerit, text. in c. pessimam, de iure patron. & in c. excellentissimus, in fin. 11. q. 3. text. in c. de presbyterorum, 17. q. 4. glo. ibid. in verb. præmissa, & in c. si quis membrorum, 23. q. 8. facit tex. in l. inrisgentium. §. si paciscar. ff. de pact. Vnde
- 2 in Camera offensus, petente † Bannito abolutionem, dat articulos liquidatiōis, in quibus damna, interesse, & expensas deducit, ad quos articulos Bannitus respondet, & facta vtrunque conclusione, iudex pro qualitate personarum, & delicti magnitudine, pronunciat, quantum offenso refundendum sit. Quid si Bannitus ob paupertatem soluendo non sit, an hoc † casu admitti possit iuratoria cautio de soluendo, quatenus ad pinguiorem fortunā peruenerit, vide gloss. sing. in d. c. ex parte. Quid autem si
- 3 petente † Bannito concordiam, pars offensa trāsigere nolit, an iudicis officio ad transigendum compelli possit? Videtur hoc fieri posse, quia paci & cōcordiæ iudex opor-
- rat

ram dare, & inter partes lites componere debet, *tex. in c. fin. de transac. vbi gl. in verb. ad componendum, tex. in c. pen. de mutu. petit. text. not. in c. placuit, 90. dist. tex. in c. fi. 5. q. 3. glo. ibid. in verbo, pacificare, & in l. æquissimum, ff. de vlsu. vbi glo. in verb. iurisdictione. Ial. in l. si quis maior, nu. 15. C. de transact. latè Felin. ad rub. de treuga & pace, per totum. Dd. in l. quidam existimauerunt, ff. si cer. peta. Hinc est, quòd t̄ delegationes Principum fiant ad concordiam & iustitiam, vt priùs iudices delegati concordiam tentent, qua soluta, demùm via iuris procedât, *tex. in c. i. in fin. de mutu. petit. ibi, concordia vel iudicio, & in c. causam quæ, 2. de testib. ibi, concordia, vel iustitia mediante, tex. in c. fi. de transact. & in c. fina. de probat. & in c. querelam, de simo. text. notab. in Auth. si verò, C. de iud. Et sub hac forma concordiz & iustitiz, delegationes Cæsareæ plerunque expediuntur. Pro resolutione prædictæ quæstionis quædam in iure vtiliter præmittam.**

Primò, quòd t̄ concordia dicatur quasi coniunctio cordis, differt quæ a pace, quia concordia dicitur quædam remissio, pax verò est plena sedatio discordiarum: item concordia est terminus vltionis, sed pax est amicitia: itè concordia est de lite, sed pax est de inimicitia, ita Bald. ad d. c. 1. de treuga & pace, nume. 2. & ad titul. si quis aliqu. testa. prohib. nume. 26. Ial. in l. de fideicommissio, num. 3. C. de pactis, vbi ex hoc infert, quòd is qui pacem habeat, concordiam quoque habeat: sed non è diuerso, quia pax est perpetua, concordia temporalis, per gloss. in l. conuentionum, in verb. paciscuntur. ff. de pact. facit *tex. in l. reprehendèda. C. de inst. & substi. Bal. in l. i. nu. 3. ff. de pact.*

Secundò præmitto, quòd partes per t̄ iudicem in causa criminali ad concordiam compelli possint, vt notat Bar. in l. congruit, nu. 4. ff. de offi. præsid. per *tex. in d. l. æquissimum. Bald. ibid. nume. 1. quòd est intelligendum antequàm committatur delictum, tex. in l. denúciamus. C. de his qui ad eccles. confug. & in l. illicitas. §. ne potèiores, ff. de off. præsid. Bald. ad d. rub. de treuga & pace, num. 4. Feli. præclare ibid. nu. 3. vbi que dicunt, quòd ante factum iudex debet partes ad concordiam reducere, sed post delictum*

lictum commissum debet ad vindictam iudicare, & delictum punire: quia interest Reip. ne delicta impunita maneat, vulg. l. ita vulneratus. §. quod si quis. ff. ad l. Aquil. & in l. bona fides. ff. de pos. & in l. si operis. C. de poenis, cum similibus, postquam verò puniuit, potest studere concordie. Salic. in d. l. transigere, nu. 11. vbi dicit, quòd iudex non debet dare operam concordie ante condemnationem, secus post condemnationem. Tertio, præmitto quòd in t. ciuilibus regulariter litigatores ad concordiam, vel ad compromittendum compelli nequeat, [tex. in §. quia verò, Auth. vt litig. iurent in exordio litis. Ange. ibid. per totum, text. in c. fina. de rescript. Bal. ibid. num. 5.] gloss. in l. furti. §. qui iussu, in verbo, qui iussu. ff. de ijs qui not. inf. Bart. ibid. nu. 2. idem Bart. in d. l. congruit. Felin. vbi sup. num. 1. & præclare in c. super questionum, num. 11. de offic. & potesta. iudic. delega. potest quidem iudex partes ad concordiam hortari, sed non compellere. Bald. & Ange. in d. l. æquissimum. [Ias. in d. l. quidam existimauerunt, nu. 4. ff. si cert. peta.] Bald. in l. 1. §. quies, nume. 2. ff. de offic. præfec. vrb. dicens, offensum hortandum, non cogendum, vt remittat injuriam, quia æquitatis rationem non pati, vt quis cogatur inuitus remittere iniuriam, nisi in foro pœnitentiæ, idem in l. ex stipulatione, num. 1. C. de senten. & interloc. omn. iudi. & in c. 1. §. fina. num. 2. de pac. tenen. Alex. consi. 144. nu. 1. volum. 7. incip. viso statuto. Felin. loco citato, nu. 2. glo. in d. §. qui iussu. Fallit si lis magno tempore durasset, & adedò intricata esset, quòd de facili expediri nequeat, per text. in d. c. placuit, 90. distinct. Antho. de Butr. & Imol. in d. c. 1. de mut. petit. Panorm. ad d. rub. de treuga & pace. Felin. ibid. nu. 5. Dec. cõf. 445. nu. 1. incip. in caluad me transmissio. Ias. in d. l. quidam existimauerunt, nu. 4. vel si t. dissensio sit inter personas insignes, ex qua Respublica turbari & scandalum publicum oriri possit, per text. in l. si quis ingenuam. §. in ciuilibus. ff. de capti. & postlim. reuer. Bald. in d. l. 2. §. quies, num. 1. ff. de offic. præfec. vrb. vbi dicit, quòd plerumque status publicus ex priuato turbetur. Bartol. pulchrè in l. ambiciosa, nu. 18. C. de decret. ab ordi. facien.

& in

& in d. l. furti. qui iussu. Panorm. ad rub. de treuga. Felin.
 similiter, num. 6. vbi plures allegat, & num. 8. singulariter
 refert Panor. in c. fin. de re iudic. quòd vbi duo t̄ domini
 non possunt conuenire in regimine terrarum suarum
 communium, & non diuisarum, superior inducit eos ad
 concordiam, vt regant alternis vicibus, vide ad hoc Feli.
 vbi supra, per plura exempla. Deci. consi. 249. nu. 3. incip.
 in casu de quo quaeritur. Fallit tertio si subsit timor ar-
 morum, text. in d. l. æquissimum, nam licet partes non co-
 gantur ad concordiam, quãdò discordia solùm tendit ad
 eorum incommodum, tamè si ex ea ad arma veniri pos-
 set, superior poterit partes ad concordiam compellere,
 ne status Reipub. turbetur & ex priuata rixa multorum
 strages sequatur, text. in c. fi. de transactio. & in d. l. æqui-
 simum. Castr. Alex. Ias. & alij in d. l. quidam existimaue-
 runt. ff. si cer. pet. Fel. ad d. rubr. de treuga & pace, num. 5.
 Bar. in l. 2. §. ex his, num. 5. ff. de verb. obligat. vbi dicit, si t̄
 plures dissentiant ad præiudicium tertij, possunt cogi ad
 concordiam, per text. in l. huiusmodi. §. fina. ff. de legat. 1.
 Bar. & Dd. ibid. Ias. in l. 2. §. ex his, nu. 10. de verb. obl. vbi
 de intellectu d. l. huiusmodi. §. fina. vide. Istis præmissis,
 quæ in foro magnam habent vtilitatem, videndum de
 proposita quaestione, vrùm offensus, ad preces Banniti,
 ad concordiam compelli possit. Quod ad Bannum con-
 tumaciae attinet, res caret omni scrupulo, nam Iudex Ca-
 meræ Imperialis t̄ bannitum ob contumaciam non com-
 parentis, vel iudicatum facientis refusus damnis & ex-
 pensis, altera etiam parte inuita absolueret, & à Banno re-
 laxare potest: quia solutione damnorum & expensarum
 contumacia purgatur, text. singul. in c. ex literis, de con-
 stitutio. & in c. ex parte, el. 1. de verbor. signific. gloss. nor.
 ibid. in verb. pro contumacia, text. in l. sancimus. C. de iu-
 dic. Authen. qui semel. §. fina. C. quomod. & quand. iudi.
 Bart. ibid. num. 3. Dd. in l. contumacia. ff. de re iudic. Pur-
 gata verò contumacia, partis aduersæ vltèrius non inter-
 est, & sic cessante causa efficiente, hoc est, contumacia,
 meritò cessabit causa finalis, scilicet Bannum, text. in c.
 cum cessante, de appel. & in l. generaliter. C. de sacrosan.

- eccles. text. in l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patro. Bald. præclare in l. 1. nu. 3. C. de postulan. Præterea, cum sententia Banni ob contumaciam sit interlocutoria, ut dixi supra eod. lib. cap. 6. potest ex legitima causa, contrario imperio reuocari, text. in l. quod iussit. ff. de re iud. vbi Bart.
- 44 & communiter Doct. adeoque ꝑ iudicis officium magis in absoluendo, quam condemnando exuberare debet, text. in l. fauorabiliores. ff. de regu. iur. Et de ista absolutectione Banni ob contumaciam disponit Ordinatio. Camera, part. 3. titu. 46. §. *Uo auch*. Sed quid si ꝑ actor nolite dare designationem damnorum, & expensarum contumaciae, an mora actoris impedieta absolutectionem? Minimè: sed illo casu Iudex Camere Bannito per sententiam, vel decretum iniungere potest, quatenus cum procuratore fisci (intellige eo casu, quo illi in poenam aliquam condemnatus sit) transigat, & offenso super damnis & expensis idonee cauere velit, quod tunc petita absolutectione ei impartiri debeat, text. in l. 1. §. si frater, vers. sed &, ff. de collat. bono. & iura supra allegata, neque enim malitiae actoris est indulgendum, text. in l. in fundo. §. constitutum. ff. de rei vendicat. cum ipsius amplius non interest, nam purgata contumacia, cessat delictum: delicto cessante, debet quoque cessare poena: quia poena contumaciae restringitur ad limites contumaciae, quos excedere non debet, per text. in d. c. ex literis. Felin. ibid. num. 16. vbi dicit communem illam conclusionem, videlicet dispositionem poenalem indefinitam, perpetuam censerit, text. in l. seruus. C. de poenis. Bal. ibid. nu. 1. gloss. in d. c. ex literis, in verb. in perpetuum, non habere locum in condemnatione ob contumaciam, sed tunc poenam ad limites contumaciae restringi, vti per plura exempla pulchre ostendit, & per consequens, sublata contumacia, poenam euacuari & remoueri, per iura allegata, & text. optimum in d. l. 1. §. si frater, vers. sed &, & in d. c. ex literis. Bar. in l. si quis adulterium. §. 1. ff. ad l. Iul. de adulte. nu. 1. in fin. Bald. in d. l. 1. nu. 3. C. de postul. vbi omnino vide. Bar. in l. 1. §. si. nu. 1. ff. de requi. reis. Quod autem ad ꝑ Bannum delicti attinet, an possit fieri absolutectione parte offensa inuita? Dicendum quod

quod hoc casu Iudex Cameræ aditus cognoscet summarie, vtrum, et quomodo Bannitus absolui debeat: nã hanc cognitionem Ordina. par. 2. titu. 18. §. **So auch**. Iudici & Assessoribus Cameræ permittit. Et siquidem sit delictum atrocissimum, & Reipub. vel Imperio perniciosum, aut scandali plenum, ita vt exemplo opus sit, tunc absolutio parte offensa nolente & inuita, imò etiam ea consentiente concedi non debet, quia cum talis sententia sit definitiua, d. cap. 6. & parti ius ex ea quaesitum, text. in l. 1. & in l. iudex. ff. de re iudi. tex. in l. et si post tres. ff. si quis cautio, & perpetuum ius inter partes faciat, tex. in d. l. 1. C. de postulan. Bal. ibid. nu. 1. non tam facile t absolutio indulgentia est: maxime cum inter sit Imperij talia delicta puniri, & exemplum statui, ne ad similia maleficia temere quisquam proflitiat, text. in d. l. si operis. C. de pœnis, & in d. l. si ita vulneratus. ff. ad leg. Aqu. tex. in l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de publica. & vectig. Et in Ordinat. Cameræ, d. titu. 18. §. **So auch**. in si. expressè habetur, quod Iudex & Assessores Cameræ in huiusmodi grauioribus delictis, Bannitos sine consensu Cæsareæ, vel Regiæ Maiestatis, absolueri non debeant. Faciunt ad hoc iura supra in secundo præmissis allegata. Hanc differentiam inter vtrumque Bannum, delicti & cõtumaciæ, colligo ex d. tit. 16. §. **Wo auch** vbi de Banno cõtumaciæ, & d. titu. 18. §. **So auch**. vbi de Banno delicti agitur, ponderãdo verba illa, **Ob vñ wie der selbig der Achte zu erledigen**/ hoc est, vtrũ, & quomodo Bannitus absolui debeat. Huc pertinent quæ singulariter not. gl. in §. 1. in verb. rebellis, tit. qui sint rebelles, in extrauag. quod t aliud sit esse rebellè Imperij, & aliud esse in Banno Imperij: illud esse capitale, neque remitti, nisi ex mera gratia, hoc verò reparabile, siue, vt vocant, medicinale, & idèd purgata cõtumacia remitti, per tex. in Authen. item nulla. C. de epis. & cleri. text. in Authen. item quæcunque. C. eod. titu. ad idem est gloss. in l. 1. ff. de requir. Reis, in verbo, requirendus, quæ annotationem bonorum ob cõtumaciam, Bannum appellat, quod tollitur purgata cõtumacia intra annum, text.

- not. in l. si. ff. de requir. reis, nec absentib. damnan. & in d. 19
 Auth. item quæcûq; Et sic obseruandû, quòd † licet quò-
 ad declarationem poenæ inter vtrunq; Bannum nulla sit
 differentia, d. cap. 6. tamen quòad absolutionem multû
 est discriminis, vt ex prædictis, & d. cap. 6. patet, vbi plu-
 res differentias notauî, nam bannitus ob contumaciã fa-
 ciliùs absoluitur, quàm bannitus ob delictum, tex. in d. c.
 20 ex parte, el. 1. de verb. signifi. idq; meritò, quia † maius est
 delictum in cõmittendo, quàm omittendo, glo. commu-
 niter approbata in l. si mora, in verb. ne factò. ff. solut. ma-
 trim. & poena commensuranda est delicto, text. in Auth.
 omnes peregrini. C. communia de success. & in l. 1. §. sed
 & qui. ff. de abige. Hippo. ad l. si. nu. 48. ff. ad l. Corne. de si-
 car. item maior culpa maiorem requirit poenam, tex. no-
 tab. in c. foelicis. §. ceterùm, de poenis, in 6. & in c. 2. de re-
 stitib. cog. Hippol. in l. is qui cum telo, nu. 2. C. d. tit. per al-
 legata ibid. Sed cùm † sententiã banni ob delictum sit dif-
 finitiua, vt sæpè dixi, quomodò iudex absolutionem postea
 à banno cõcedere potest, nūquid per hoc retractatur sen-
 tentia difinitiuã? Nullo pacto, nam ista absolutio fit lege
 Imperij permittente, & fit per modum gratiæ, & non re-
 uocationis, facit optimè text. in l. Diui fratres. ff. de poen.
 & in l. relegati, in si. ff. eo. tit. Panor. in c. de his, num. 2. de
 accusat. Imò absolutio, tanquàm priuatio, præsupponit
 habitum, hoc est, sententiæ validitatem, quemadmodum
 † restitutio in integrum, non iniquitatis sententiæ quere-
 lam, sed erroris proprij veniæ petitionem continet: qua-
 propter petens restitutionem dicitur sententiam ratam
 22 habere, & quod valeat præsupponere, quia si nulla esset,
 restitutio necessaria non foret, tex. in l. præfecti. ff. de mi-
 nor. tex. in l. cùm minor. ff. rem rat. hab. glo. ibid. in verb.
 neq; stipulationem, & tot. tit. C. in quib. caus. in integ. re-
 stit. necess. nõ est. Eodem modo absolutionem à banno pe-
 tens, dicitur sententiam latam ratam habere, per iam al-
 legata. De forma sententiarum vtriusq; banni dixi sup. d.
 23 cap. 6. Hic subiiciam † formulas sententiarum banni ab-
 solutorias, & primò de absolutione à banno cõtumaciæ,
 cuius formula talis est:

Vlachy

Nachdem N. verruckter zeit / bey diesem Kayserlichen Kammergerichte / auff anrufen vnd Rechtlich erfolgen Q. auch des Kayserlichen Fiscals / vmb seiner begangē vngheorsam willen / auß denen versachen / (quæ nominatim sententiæ inferuntur) in Röm. Kayf. Maieest. vnd des H. Reichs Acht / mit Dreheil vnd Rechte erkendt / erkläret / vnd öffentlich denunciert worden / auch bis anhero darinn verharret / vnd aber nunmehr mit gemeltem Fiscal / vñ Q. vertragē / sich auch widerumb zu Kay. May vnd des Reichs gehorsam erbotten / So ist demnach auff solchen vertrag / erbietē / vñ der Parthenē allenthalben beschehen bewilligen zu Rechte erkendt / daß gedachter N. von berürter Acht widerumb absolutert / vnd erledigt werden soll / als wir ihnen hiemit auch absolvieren / erledigen / auß dem vnfrieden wider in Frieden / zu Kayf. Maieest. vnd des H. Reichs gnad / schutz vnd schirm / vñnd in den stand / darinn er vor berürter Acht gewesen ist / restituern / vñnd nottürlich Proceß darüber erkennen.

Latinè:

Postquam N. iam antea in Camera Imperiali, ad instantiam & accusationem Q. nec non Procuratoris fisci, ob suam contumaciam ex talibus causis (quæ nominatim sententiæ inferuntur) in Cæsareæ Maiest. & Sacri Imperij Bannum declaratus, & denunciatus sit, & in eo hucusque permanserit: nunc verò cum dicto procuratore fisci, & Q. transegerit, sequè iterum ad suæ Maiestatis, & Imperij obedientiam obtulerit, idèo hac concordia, oblatione, & partium consensu attentis, pronunciamus, & decernimus, dictum Q. à Banno iterum absolui, & relaxari debere, prout eum hac nostra sententiâ absoluimus, relaxamus, & ex inimicitia paci, in Cæsareæ Maiestatis, & Sacri Imperij gratiam, protectionem, clientelam, & in eum statum, in quo ante Bannum erat, restituimus, necessarios processus desuper decernentes. Hac t̄ sententiâ publica,

hlicata, Bannitus, in publico Consistorio Camerae adgona ante pedes Iudicis pro tribunali procumbit, quo sic procumbente, Iudex recitat absolutionem Banni, hoc pacto:

Abolutio Banni :

Demnach an statt vnd im namen der Röm. Kay. May. vnfers Allerhöchdigsten Herrn/ absoluierten vnd erledigen wir dich D. von berürter Acht/vnd seggen dich widerumb auß dem vnfrieden in frieden/in Kay. Ma. test. vnd des H. Reichs gnad/schutz vnd schirm/ vnd in den standt/darinn du vor solcher Acht gewesen.

Latine :

Vice ac nomine Cæsareæ Maiestatis, Domini nostri clementissimi, absoluiimus & relaxamus te Q. à Banno, teq; ex inimicitia iterum paci, & Cæs. Maiest. Sacrique Imperij gratiam, protectionem & defensionem, & in eum statum, in quo ante Bannum eras, restituimus. Debet t autem Bannitus personaliter comparere, & absolutionem Banni publicè accipere, vt qui publicè pacem publicam violauit, publicè absolutionem consequatur: nam manifesta peccata non sunt occulta correctione purganda, tex. in c. de poenit. & remiss. facit text. in c. quod de his. & in c. de cetero. & in c. ea nōscitur. & in c. tua nos, de sent. ex. comun. Fallit, t si ob aduersam valetudinem, vel ingrauescentem senectam, quæ per se morbus est, vel ob aliud legitimum impedimentum venire nequeat, per text. sing. in l. si longius. ff. de iudic. & in l. 2. §. si quis in iudicio, ff. si quis cautio. [Alex. ibid. num. 2.] tex. in l. pen. ff. de vacat. & excus. muner. text. in l. non solum. §. fin. ff. de excus. tut. tex. in c. si pro debilitate, de offic. iud. deleg. Feli. ibid. nume. 4. in fin. & de huiusmodi t impedimento iudici fidem faciat instrumento publico, vel attestacione Magistratus loci, vbi impedimentum accidit, & manifestū est, nam simplici adsercionis allegantis impedimentum, non creditur, per tex. notab. in l. qui comearus. ff. de re milita. tex. in d. l. 1. §. quod diximus. Felin. in d. c. si pro debilitate, num. 7. & in c. ex transmissa, num. 1. & 2. de prescrip. vide

vide Obser.lib.1. Obser.143. Probato verò impedimento, admittitur procurator cum mandato speciali, ad petendam absolutionem, & fit absolutio procuratore ante pedes iudicis publicè, modo prædicto, procumbente, mutatis mutandis. Quòd autem absolutio à Banno, humiliter flexis genibus sit petenda, tradit Bald. in d. c. i. de treuga & pace, nume. 4. Eodem modo concipitur, & publicatur forma sententiæ absolutoriæ à Banno delicti, mutatis in partibus mutandis, quia pro causa Banni delictum, ob quod Bannitus est, exprimitur, postea subiicitur partis offensionis & procuratoris fisci cum Bannito facta concordia, & reconciliatio: deindè ipsius Banniti oblata fides & obedientia: quo facto, absolutio per omnia sequitur, vt in superiori absolutione habetur.

CAP. XIX.

De absolutionis Banni effectu.

S V M M A R I A.

- 1 Absolutus à Banno recuperat honores & bona.
- 2 Restitutio in integrum reponit omnia in pristinum statum.
- 3 Restitutum honoribus non restituitur ad honores alijs collatos, sed tantum vacantes.
- 4 Restitutio non trahitur ad ius alteri acquisitum.
- 5 Doctor restitutus, an pristinum locum in Collegio recuperet.
- 6 Clericum restitutus non recuperat beneficium alteri collatum.
- 7 Minor restitutus non censetur restitutus ad beneficium alteri concessum.
- 8 Princeps si penam tantum remittat, non fit extensio ad bona.
- 9 Restitutio non extenditur ad bona per fiscum alienata.
- 10 Contrahentes cum fisco debent esse securi.
- 11 Vasallum restitutum, an Castellum à Rege alteri concessum,

TEN.

vindicare possit.

- 12 *Legitimatío filij naturalis post mortem patris facta, non valet.*
- 13 *Possibilitium non tollit ius alteri acquisitum,*
- 14 *Adeundi ius non est in bonis nostris.*
- 15 *Hereditas non adita non transmittitur, & quare.*
- 16 *Adita hereditate, definit esse patrimonium defuncti.*
- 17 *Restitutio extenditur ad bona, qua ex condemnatione ad tertium perveniunt.*
- 18 *Deportatus pro mortuo habetur.*
- 19 *Patria potestas, & ius patronatus per restitutionem reintegratur.*
- 20 *Restitutio rescindit alienationem ex sententia descendentem.*
- 21 *Fiscus an teneatur refundere precium bonorum alienatorum.*
- 22 *Restitutus recuperat omnia bona apud Principem, vel fiscum existentia.*
- 23 *Restitutus per modum iustitiae recuperat etiam bona alienata.*
- 24 *Restitutio facta per Principem expresse ad bona alienata valet.*
- 25 *Pacis gratia damna subditis illata remitti possunt. Respubl. favore à regulis iuris receditur. ibid. Prælatus solus feloniam vasallo Ecclesia, & iniuriam remittere potest, si Ecclesia expedit, cum ipso vasallo pacem habere. ibid.*
- 26 *Absolutus à Banno contumacia recuperat omnia sua bona.*
- 27 *Item munera vacantia, sed non alijs collata.*
- 28 *Fructus perceptos an restitutus & absolutus à Banno recuperet.*
- 29 *Restitutionis verbum plenissimum est.*

- 30 Bannitus restitutus an recuperet fructus extantes.
- 31 Bannitus ob delictum restitutus, an bona alienata recuperet.
- 32 Executionis sumptus, bannito mortuo, an heredes praestare teneantur.
- 33 Bona allodialia pro sumptibus executionis retineri possunt, sed non feudalia.
- 34 Bannito mortuo, feudum ab executoribus repeti potest.
- 35 Feudum antiquum est munus generis, non donum patris, vel agnati.

REGVLARITER † absolutus à Banno, non solum bonis, verum etiam famæ, & honoribus restituitur: tantum enim ad restitutionem indulgentia valet, quantum ad correctionem sententia valuit: vique deportationis ipsum per se nomen rerum omnium spoliatio est, ita indulgentiæ restitutio, bonorum, ac dignitatis vno nomine amissorum omnium sic recuperatio, ita tex. in l. fin. §. fina. C. de senten. pass. & restit. text. in l. 1. C. eod. tit. vtroque communiter Doct. tex. notab. in l. 2. C. de bon. vacatib. lib. 10. & in l. quod si minor. §. restitutio. ff. de minorib. text. in l. videamus. 2. §. in Fauiana. C. de v. sur. vbique dicitur, † restitutionem rem in pristinum statum reponere. Barto. in l. & qui. §. si in metallum, num. 1. ff. de muner. & honorib. Bald. in l. sed si hac. §. sed si per poenam, num. 1. ff. de in ius vocan. per illum tex. Socin. in c. absolutos, num. 3. cum sequen. de hæreti. Nellus in tracta. de Bannitis, in prima par. tertij tempo. quest. 17. num. 9. Dec. consil. 436. num. 3. incip. vlt. instructione. Schurff. consil. 30. nume. 7. centur. 3. incip. casus præsens talis est. Idem consil. 94. nume. 8. ead. centu. incip. quod responiones. Quoniam verò ista materia restitutionis, & absolutiois utilis, & in foro frequens est, idèd cum paulò accuratius prosequar. Regula sit, vt initio dixi, absolutum à Banno honoribus & bonis restitui: quia tantum reddit absolutio, quantum abstulit condemnatio, per iura allegata.

- gata. Hæc regula singulariter limitatur: Primò, vt procedat quoad † bona nondum alienata, item quoad honores & dignitates adhuc vacantes: secùs est, si ante absoluti-
 3 nem, vel restitutionem bona alienata, honores vel digni-
 4 tates alijs collaræ sint, quia † restitutio non trahitur ad
 ius alteri quæsitum, quod Princeps rescritto suo adimere
 velle non præsumitur, tex. in l. 2. §. meritò. & in §. si quis à
 Principe. ff. ne quid in loco publi. tex. in l. nec suus. C. de
 emancip. liber. cum similib. & ideò restitutus non recupe-
 rat bona alienata, nec locum habet ab alio occupatù, per
 tex. in c. quamuis, de rescrip. in 6. gloss. ibid. in verb. cum
 talis, text. in l. 2. ff. de decurionib. & in l. ordine. ff. ad mu-
 nicip. tex. in l. 2. C. de ijs, qui in exilium dati. lib. 10. & in l.
 quòd si minor. §. Scevola. ff. de minorib. gloss. singul. in l.
 quid ergò. §. poena grauior, in verb. onerasset. ff. de ijs, qui
 not. infam. quam omninò vide, tex. in l. falsi, §. ordine. ff.
 ad leg. Corn. de fals. gloss. ibid. in verbo, recuperare. Bart.
 in d. l. & qui. §. si in metallum, num. 1. & in d. l. 2. num. 1. ff.
 5 de decurionib. vbi dicit, † Doctorem Ciuitate pulsum, &
 postea restitutum, non recuperare locum pristinum in
 Collegio Doctorum, sed pro nouitio habendum, per iu-
 ra allegata. Idem tenet Barto. in l. Gallus. §. & quid si tan-
 tum, num. 12. las. ibid. num. 59. & nu. 71. ff. de liber. & post-
 hum. vbi communiter Doct. Menoch. de recup. possess. in
 decimo remed. num. 101. cum sequen. Nellus loco citato,
 quæst. 17. per totam. Panorm. in c. ex tua, num. 15. de cle-
 6 ric. non residen. vbi dicit, clericum † depositum, & postea
 restitutum, non recuperare beneficium alteri collatum,
 per notata in d. c. quamuis, gloss. in c. ex parte, in verbo,
 7 quamuis minor, in fin. de restit. spolia. quæ vult, quòd si
 minor renūciat beneficio Ecclesiastico, & illud alteri col-
 latum sit, non subuenitur ei per restitutionem in integrù,
 ad idem gloss. in c. cum pridem, in verbo, restitui, extr. de
 pact. gloss. in l. ait prætor, in verbo, quid aliud. ff. de mi-
 norib. las. in d. l. Gallus. §. & quid si tantum, num. 71. vide
 tamen distinctionem gloss. in d. l. quid ergò. §. poena gra-
 uior. & gloss. in d. l. falsi. §. ordine. Secundo limitatur præ-
 8 dicta regula, vt non procedat, † si Princeps tantum poe-
 nam

nam delicti remittat, quo casu restitutio ad bona non extenditur, tex. in l. 2. & in l. 3. C. de sent. pass. tex. in l. 2. ff. eo. tit. Ias. in d. l. Gallus. §. & quid si tantum, nume. 62. Tertio non procedit, si pœna sit remissa, & restitutio t̄ ad bona simpliciter & in genere facta sit, quia tunc restitutio non extenditur ad bona per fiscum Bandi tempore alienata, sed tantum ad presentia, & nondum alienata. Ratio, quia t̄ Princeps, vt dixi, non p̄sumitur ius alteri ex contractu venditionis, vel donationis questum, auferre velle: quinimò contrahens cum fisco bona fide, à nemine molestari, sed omnium tutissimus esse debet, per tex. in l. bene à Zenone. C. de quadr. p̄script. & in l. 1. C. ne fisc. rem. quam vendi. euincat. lib. 10. Bartol. in d. l. fin. num. 7. C. de sent. pass. Idem in d. l. Gallus. §. & quid si tantum, nume. 12. Ias. ibid. num. 70. & communiter Doct. p̄sertim Bal. num. 3. Idem in c. 1. num. 9. & num. 12. hic finitur lex, in v. sib. feud. Idem in l. sed si hac. §. sed si per pœnam. ff. de in ius vocan. num. 1. in fin. Panorm. in c. inter quatuor, num. 5. de maior. & obed. Felin. ibid. num. 4. Nellus loco citato, quest. 5. num. 13. vbi communem dicit, quòd restitutio non porrigatur ad bona alienata, Alex. consil. 101. num. 6. volum. 2. incip. viso processu causæ. & consil. 190. nume. 4. incip. mature digestis, eod. volum. Alber. Fulgos. & alij in Auchen. idem est de Nestorianis. C. de heret. & Maniche. Plot. in reper. l. si quando. C. vnde vi. §. 1. num. 5. Ias. in l. beneficium, num. 17. de constit. princ. Iacob. de Beluiso plenissime in d. c. 1. hic finitur lex. vbi disputat in vtraque partem amplissime hanc questionem. Rex postea t̄ dedit Castrum Comiti in feudum, Comes commisit proditione, propter quam est à Rege Banitus, vel damnatus: Rex postea concessit idem Castrum militi in feudum; deinde ex interuallo iterum restituit Comitem in integrum ad honores & bona: questur, nunquid Comes possit à milite Castrum auocare vtili actione in rem? Pro parte affirmatiua adfert 15. rationes, sed tamen pro milite concludit, restitutionem in integrum non extendi ad Castrum alienatum, & militi concessum: quia quoties rei mutatione ius questum perditur, non restituitur rei restitutione, per
11

- allegata, & plures rationes per eum adductas. Hinc est, quòd non valeat † legitimatio filij naturalis post mortem patris, & aditionem hæreditatis factam, quia cederet in præiudicium legitimorum hæredum ab intestato venientium, quibus ex aditione hæreditatis & apprehensione rerum hæreditariarum ius quæsitum est, tex. in l. cum hæredes. ff. de acquiren. possess. quòd Princeps ipsis non citatis, neque vocatis, tollere velle non præsumitur, per tex. in l. penult. ff. de natal. restit. facit tex. in l. et si post tres. ff. si quis cautionib. Vnde legitimatus bona patris hæredibus legitimis auferre nequit, quia legitimatio non extendit se ad illa bona, iam ex successione legitima in hæredes ab intestato venientes, alienata: nam licet retrò trahatur legitimatio, tamen non potest † tollere ius alteri quæsitum, Natta consil. 470. num. 24. volum. 2. incip. considerato themate. Castren. in l. 3. num. 4. ff. de testamen. Alexand. in l. cum hæredes, num. 7. ff. de acquiren. possess. sicut fictio post liminij, quæ quidem retrò trahitur, attamen non tollit ius alteri quæsitum, per vsucapionem, vel præscriptionem. l. 1. ff. ex quib. caus. maior. Bart. in d. §. & quid si tantum, num. 14. Ias. ibid. num. 119. Similiter Bald. Angel. & alij, tex. in d. c. quamuis, de rescript. in 6. secus si fieret legitimatio in vita patris, vel post mortem patris, ante aditam hæreditatem, & rerum hæreditariarum apprehensionem, quo casu præiudicaret venientibus ab intestato, quia eis competit tantum ius adeundi, quod est ius quærendi, non ius quæsitum, cum hæres ex testamento, vel ab intestato, ante aditionem nihil effectualiter acquisierit: unde rectè dicimus, † ius adeundi non esse in bonis nostris, tex. in l. precia rerum. ff. ad leg. Facid. Alexand. ibid. num. 3. Bartol. in l. is potest, num. 14. ff. de acquir. hered. Maran. ibid. num. 171. Bald. in l. 2. in fin. C. de iur. & fact. ignor. & in l. Deo nobis, [§. hoc etiam, num. 6. in fin.] C. de episco. & cleric. Bald. in l. post emancipationem. §. 1. num. 3. ff. de liber. leg. Ias. in d. §. & quid si tantum, num. 122. cum sequ. ubi hanc quæstionem legitimationis filij naturalis exactissime tractat. Hinc etiã dicimus, quòd regulariter † hæreditas nõ adita, nõ trãsmittatur, tex. in l. 1. §. & in nouissimo.

lmo. C. de caduc. toll. & in l. vnic. C. de his qui ant. apert.
 tab. tex. in l. quoniam sororem. C. de iure deliber. Ratio,
 quia hęreditas competens hęredi ex testamento, vel ab
 intestato, ante aditionem, non est in bonis nostris, vt di-
 xi: & illud, quod non est nostrum, impossibile est ad ali-
 um transmittere, per vulgaria, & nemo dat, quod non ha-
 bet, tex. in c. quod autem, de iur. patron. & in l. traditio. ff.
 de acquir. rer. domin. gloss. i. ibid. quę fallentias annotat.
 latę Anthon. Gomef. variar. resolutio. lib. i. cap. 9. num. i.
 cum sequen. Adita t̄ verò hęreditate, & apprehensis re-
 bus hęreditarijs, si Princeps vellet legitimare filium na-
 turalę in pręiudicium hęredis, non diceretur hęredem
 priuare hęreditate, sed potius spoliare proprijs bonis, q̄
 esset indignum Principe, quia hęreditas semel adita & ap-
 prehensa, definit esse patrimonium defuncti, & sit pro-
 prium patrimonium ipsius hęredis, tex. in l. sed si plures.
 §. filio. ff. de vulg. & pupill. & in l. i. §. veteres. ff. de acquir.
 possess. gloss. ibid. in verbo, per vnum, text. in l. cum hęre-
 des. ff. eod. tit. & in §. i. in fin. Inst. quib. ex caus. manumit.
 non licet. Natra d. conf. 470. num. 24. & consil. 619. nume.
 11. volu. 3. incip. adhęreo superiũs, vide Obseru. lib. 2. Ob-
 ser. 142. circa finem. & Deci. conf. 269. num. 8. cum sequen.
 incip. consultus ab illustri. Sed vt ad propositum rede-
 am, hęc tertia limitatio intelligenda est de ea alienatio-
 re, quę facta est per fiscum, & sic facta hominis, tunc e-
 nim restitutio, vt dixi, non trahitur ad bona facta homi-
 nis alienata, gloss. & Docto. in d. l. Gallus. §. & quid si tan-
 tũ: secũs si bona sine facta hominis ex sola condemna-
 tione ad alium peruenissent, putã per deportationem, vel
 Bannum, ita quòd ius acquisitum tertio traxerit im-
 mediatę causam ab ipsa condemnatione, quo casu t̄ restitu-
 tus simpliciter, recuperat etiam bona ad tertium transla-
 ta. Exempli gratia, ius patronatus amittitur deportatio-
 ne sine facta hominis, ex ipsa condemnatione: item pa-
 tria potestas, nam patre deportato, filius ipso iure sui iu-
 ris efficitur, quia deportatus t̄ pro mortuo habetur, tex. in
 l. i. §. fin. ff. de bon. possess. contra tab. & in l. actione. §. pu-
 blicatione. ff. pro socio. & in §. publicatione. Inst. eod. tit.

170
 tex. in l. sed si alia. ff. de bon. damnato. Bald. in l. si qua pœ-
 na, num. 2. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. Hippol. in
 pract. crimin. §. aggredior, nume. 88. cum sequen. hoc ta-
 19
 men ius ipso iure amissum ex condemnatione, per resti-
 tutionem recuperat patronus, & pater per rationem præ-
 dictam, tex. in l. siue libertus. ff. de iure patron. text. in l. 7.
 §. filius. ff. ad S. C. Tertullia. & in l. fina. C. de sentent. pass.
 tex. in l. sed si hac lege. §. liberos. ff. de in ius voc. & in d. l. r.
 §. fina. ff. de bono. possess. contra tab. Natta consil. 471. nu-
 me. 1. cum sequen. volum. 2. incip. quoniam in his, ubi om-
 ninò vide. Bald. in c. 1. num. 8. hic finitur lex, & c. Belui-
 so. ibid. versic. tertio quia. Ias. in d. §. & quid si tantum, nu-
 20
 75. Castr. in l. intercidit, num. 1. ff. de condit. & demonst.
 Ancha. in d. c. quamuis, de rescrip. in 6. Et generaliter t o-
 mnis alienatio, immediatè ex sententia descendens, per
 restitutionem rescinditur, quia reducitur causa, ad non
 causam, per text. notab. in l. si quis filio. §. penult. ff. de in-
 iust. rupt. & irrit. factio testamen. secus si alienatio facta
 sit per viam contractus, & non vigore sententiz, quo ca-
 21
 su contractus restitutione in integrum non rescinditur;
 Angel. in l. si pater filium, num. 1. ff. de adoptio. d. c. quam-
 uis, de rescript. in 6. d. l. Gallus. §. & quid si tantum. Ale-
 xand. & alij ibidem. Natta d. consil. 471. num. 3. Felin. in d.
 c. inter quatuor, nume. 5. ubi hoc exemplo declarat, quòd
 àmissa simplici restitutione, ad pristinum statum reuer-
 tantur, d. l. final. C. de sent. pass. & alijs iuribus supra cita-
 tis. Sed stante hac communi conclusione, quòd t restitui-
 tio in integrum non extendatur ad bona per fiscum alte-
 nata, ita quòd possessor talium bonorum utili rei vendi-
 catione à restituto molestarti nequeat, anne fiscus tenebitur
 restituto ad refusionem precij? Bartol. in d. l. final.
 num. 7. C. de sent. pass. quem communiter Doct. sequuntur,
 existimat eum earendus teneri, quarendus locupletior
 factus est, argumento l. sed etsi lege. §. item si res. ff. de pe-
 tit. hered. Nellus loco citato, questio. 6. ubi hoc restrin-
 git, & in Italia non seruari dicit, quòd neque in Germa-
 nia seruetur, nisi hoc in restitutione expressè dictum es-
 set Anthon. Gomez. variarum resolution. lib. 3. cap. 13. nu-
 me. 39.

me. 39. vbi dicit, bona confiscata venire in restitutionem, si adhuc penes Principem vel fiscum extent: secus si titulo oneroso, vel etiam lucratiuo alienata sint, quo casu non venire in restitutionem, neque precium loco rei deberi concludit, eo quod alteri ante restitutionem ius quasi-
 titum sit, quod illi sine facto suo auferri non debet, per
 tex. in l. quoties. C. de precib. Imperato. offer. & in d. l. 2.
 §. si quis a Principe, text. in d. l. 2. ff. de decurionib. & in l.
 si quando. C. de inoffic. testamen. gloss. singul. in d. l. Gal-
 lus. §. & quid si tantum, in verbo, emancipatus, in fi. Quar-
 to, prædicta regula intelligi debet de restitutione facta
 per modum gratiæ, secus est, si per modum iustitiæ fie-
 ret, ut puta, si Bannitus post latam sententiam offerat pro-
 bationem innocentiam, eamque postea probet, ita quod
 iterum absoluat a Banno per viam iustitiæ, iuxta text.
 in l. 1. §. final. §. de quæstionibus: quia tunc huiusmodi re-
 stitutio & absolutio Banni extenditur etiam ad alienata,
 & iura alteri quæ sita. Rapha. Cuma. in d. §. & quid si tan-
 tum. Ias. ibidem num. 73. Afflict. in c. 1. num. 12. de vasa. de-
 crep. xat. Plot. in d. repet. l. si quando. C. vnde vi. §. 1. nu-
 me. 5. nam restitutio concessa per viam iustitiæ, pinguius
 succurrit, quam gratiosa restitutio, ut dicit Ias. vbi supra.
 vide omnino Plotum loco allegato. Menoch. de recuper.
 possess. in decimo remedio, num. 111. & num. 113. Quinto,
 prædicta regula non procedit, si fiat restitutio per Prin-
 cipem disertis verbis, etiam quoad bona alienata, maxi-
 me ex causa publicæ pacis: quo casu communiter rece-
 ptum est, Principem ius alteri quæ situm, tollere posse,
 per text. in l. Lucius. ff. de euctio. l. item si verberatum.
 ff. de rei vendic. Bartol. & Alexand. in d. l. fina. C. de sent.
 pass. singulariter in l. quæcunque, num. 4. C. de fide instru.
 & iure hastæ fiscalis, libr. 10. dicens, publicata & alienata
 bona restitui debere, si hoc in pacificationis formula, si-
 ue pacis conditionibus expressè dictum sit. Ias. in d. §. &
 quid si tantum, nume. 79. Idem in l. venia, nume. 16. C. de
 in ius voc. Afflict. pulchrè decif. 361. num. 7. & decif. 116. v-
 bi omnino vide. Felin. in d. c. inter quatuor, num. 4. & nu-
 me. 6. Nellus in prima parte tertij tempor. quæstione 11.

Bald. singul. in tit. de pace Constan. versic. hoc quod nos, num. 3. vbi dicit illud memoria tenendum, per illum tex. Doct. in l. fina. C. si contra ius vel util. public. Canonist. in c. quæ in ecclesiarum, de constitut. Hinc est, quod damna subditis tempore belli illata, Princeps ꝑ pacis publicæ gratia remittere possit, maximè, si pax aliter haberi nequeat, ad eò vt subditi perpetuo ab omni actione excludantur. Ratio, quia ob pacem publicam Princeps remittendo damna, subditorum negocium vtiliter gessisse censetur, adeoquæ pax publica priuatæ utilitati præferri debet, tex. elegans in c. Imperialem, de prohib. feud. aliena. per Lothar. & in l. utilitas. C. de primipilo, lib. 12. tex. in l. si quis graue. §. vtrum. ff. de S. C. Syllania. & in l. conuentionum. ff. de pact. & ibid. Doct. text. in l. Barbarius. ff. de offic. prætor. Ias. præclare ibid. nume. 24. Deci. consil. 287. nume. 4. incip. in casu communitatis. Roman. consil. 310. nume. 2. in casu propositæ. Docto. in d. l. fin. Afflict. d. decif. 361. nume. 4. & 5. Idem in c. 1. §. similiter potest, nume. 11. cum sequen. de Capita. qui curi. vend. Ias. in d. l. & si quid si tantum, nume. 80. & in d. l. venia, nume. 14. vbi dicit, talem remissionem damnorum valere etiam in foro conscientie. Fauiore enim Reipubl. à regulis iuris communis receditur, & multa permittuntur, quæ aliàs interdicta sunt, tex. in c. Abbate. §. fina. versic. præsertim, de sentent. & re iudic. in 6. & in l. ita vulneratus, versic. multa. ff. ad leg. Aquil. & in d. l. Barbarius, glo. ibid. in verbo, multò magis, in fin. Hippol. in pract. crimin. §. aggredior, nume. 61. cum sequen. vbi amplissimè per multa exempla. [Hinc est, quod licet Prælatus vasallo Ecclesie, solus foeloniæ remittere nequeat, quando administratio, siue renouatio foelonie, non spectat ad solum Prælatum, sed ad eum simul cum Capitulo, Bald. in c. 1. de his qui feud. dare possunt. Aluarot. in c. 1. §. denique, numer. 7. quæ fuit prima causa beneficij amitten. Molinæ. in Consuetud. Paris. par. 1. §. 30. nume. 113. tamen hoc non procedit, si expediat Ecclesie pacem habere cum illo vasallo, quia tunc solus Prælatus iniuriam remittere potest. Iacob. in verbo, dictique vasalli promiserunt. Molinæ. vbi supra. Quò pertinet, quòd

quòd simplex tutor potuit donare & pacem facere, si hoc pupillo expediat, per notata Obseruat. libr. 2. Obseruat. 72.] Prædicta accipienda esse existimo, si iustis de causis bellum susceptum fuit, non priuato odio, vel vlciscendi quadam cupiditate, text. in c. quid culpatur. 23. quæst. 1. & in c. iustum. & in c. dominus. 23. quæstio. 2. Bartol. in l. hostes. ff. de capt. & postlim. reuerf. vel quod è stulticia quadam, aut malitia natum sit, quemadmodum bellum illud Troianum, quod nihil aliud, quàm sicut eleganter scripsit Horat. lib. 1. epist.

Stultorum Regum, & populorum continet assus.

Vndè mox subiicit :

Quicquid delirant Reges plebuntur Achivi:

Seditio, dolus, scelere, atque libidine, & ira,

Iliacos intrà muros peccatur & extra.

Sed de hac querimonia amplissimè scripsit Erasmus in Chyliadib. in prouerbio, Dulce bellum inexpertis: & in prouerbio, Aut Regem, aut stultum nasci oportere. Hæc præter opinionem longius profecutus sum, modò ad Constitutionem Imperij de pace publica descèdamus, vtrùm absolutus à Banno Imperij omnia sua bona, famam, dignitatemque pristinam recuperet. Breuiter, quod ad Bannitos propter contumaciam attinet, certum & indubitatum est, absolutum à Banno, omnia sua bona recuperare: quia hoc casu nulla fit alienatio bonorum, sed tantum inmissio in bona Banniti tantisper, donec contumaciam purget, quæ solutione expensarum, & damnorum, inuita parte læsa, purgatur, & absolutio Banni conceditur, vt dixi suprà eodem lib. cap. 6. & cap. 13. ideoque merito bona occupata recuperat. Quod ad honores attinet, priori dignitati restituitur, & ad ÷ munerà adhuc vacantia admittitur: honores verò alijs collatos, non recuperat, quia restitutio ad ius alteri quæsitum non extèditur, vt suprà dictum est, Bartol. in d. l. Gallus. §. & quid si tantum, num. 12. & per iura suprà in prima limitatione allegata, facit optimè text. in d. l. quod si minor. §. Scæuola. ff. de minoribus. Fructus ÷ quoque medio tempore perce-

ptos restitutus non recuperat, sed immiffus suos facit, quia immiffio fit auctoritate Cæfaris, & qui auctoritate Cæfare poffidet, iuffè poffidet, argum. l. iuffè poffidet, ff. de acquir. poffeff. adeoque communi opinione confirmatur, abfolutum à Banno, non recuperare fructus, durante Banno ab offenfo perceptos, per tex. fing. in d. Auth. Idem est de Nestorianis. C. de hæret. & Manich. Ange. ibid. Bal. in d. c. 1. num. 13. hic finitur lex, & c. Bald. Arctin. Ang. Imo. in d. l. Gallus. §. & quid fit tantum. laf. ibid. num. 64. & nume. 69. vbi communem fatetur, tamenfi ipfe contra communem intrepidè concludat, eò quòd verbum, † restitutionis pleniffimam fignificationem habeat, fructusque comprehendat, text. in l. videamus. 2. §. in Fauiana. ff. de v. fur. & in l. in condemnatione. §. 1. ff. de regul. iur. text. in l. Iulianus. §. idem Iulianus. & in l. prætereà. ff. de rei vendi. text. in l. in conditione. §. 1. & in l. cum prætor. & in l. fin. §. fina. ff. de verbor. fignific. text. in c. accedens, in fine, vt lit. non contefta. hanc opinionem ante laf. fequitur Nelus in prima par. tertij tempor. quæftio. 7. Sed à communi opinione non eft recedendum, quam expreffè approbat Camera Imperialis in Ordinatio. par. 3. titu. 46. §. **Bo**

30 **auçh/** circa finem, quæ communis opinio, quòad † Bannitos, omnium maxime procedit in fructibus perceptis, & consumptis. Sed quid, fi adhuc extent fructus, post moræ purgationem, & abfolutionem Banni, an illi rei vendicatione, vel faltem officio iudicis repeti poffint à Regulam notiffimam effe conftat, bonæ fidei poffefforem fructus fuos facere, tex. in §. fi quis à nomino. Inftitut. de rerum diuif. & in §. fi verò. Inftitut. de offic. iudic. text. in l. bonæ fidei. ff. de acquir. rer. domin. & in l. 2. C. de petit. hæred. Doct. in l. certum. C. de rei vendic. gloff. notab. in l. & ex diuerfo. ff. eod. in verb. non habendam. Bartol. præclare ibid. & Panorm. in c. grauis, de reftitut. spol. fed miffus in poffeffionem bonorum Banniti. bona fide poffidet: quia, vt dixi, auctore Cæfare poffidet, d. l. iuffè poffidet, ergò fructus perceptos fuos facit: & per confequens rei vendicatio, fiue extent fructus, fiue consumpti fint, locum

locum non habet, & ordinatio loco allegato, indistinctè loquitur, & sic lege non distinguente, nec nos distinguere debemus, vulgata l. de precio. ff. de publicia. in rem actio. text. in l. si verò negotium. §. de viro. ff. solut. matrim. & in l. 3. ff. de offic. præsid. Puto tamen extantes fructus, præsertim quoad Bannitum ob contumaciam iudicis officio repeti posse, per d. l. certum. C. de rei vendicat. Bartol. in d. l. & ex diverso, nume. 6. Vendicari verò non non posse, quia perceptione facti sunt accipientis, per iura allegata, idè iudicis officium implorandum, ut fructus extantes purgata mora restituantur, cum Actoris amplius non interfit, nemoque cum alterius iactura locupletari debeat, per vulgaria: adeoque verbum restitutionis, in plenissima & amplissima significatione accipiendum sit, ex Nelli & Ias. sententia, per iura sup. allegata. quæ opinio summam habet æquitatem. Porro quod spectat ad Bannitos ob delictum fractæ pacis, an restitutus, vel absolutus à Banno, recuperet honores & bona? Dicendum breuiter, quoad honores, obseruandam distinctionem, quam supra posui, ut tantum extendatur ad vacantes, per iura in prima limitatione allegata. Quantum verò ad bona attinet, distinguo, utrum quis sit ob rebellionem, vel crimen læsæ maiestatis ab ipso Cæsare Bannitus, an verò à Camera Imperiali ex alio delicto fractæ pacis. Si à Cæsare, & durante Banno, bona commissa & publicata, in alium titulo emptionis, vel donationis alienata sint, tunc restitutio, vel absolutio non extenditur ad illa bona alienata, quia tunc ius quæsitum tertio, non trahit causam & originem à condemnatione, sed à nouo pacto, & contractu inito inter fiscum & tertium, Felin. in d. c. inter quatuor, nume. 5. & per iura supra in tertia limitatione allegata, nisi hoc expresse in absolute, & restitutione Principis dictum sit, idque ex causa publicæ utilitatis, ut dixi supra in quinta limitatione, per iura ibidem allegata. Si verò Banni declaratio in Camera facta sit, tunc restitutio extenditur ad omnia bona, d. l. siue liberus. ff. de iure patron. cum concordantib. maxime si ex sola sententia Banni bona sint occupata à tertio, cui ius

quæsitum foret immediatè per ipsam damnationem, nullo nouo facto interueniente, per ea, quæ suprâ dicta sunt. Præterea in Camera ex sententia Banni non fit alienatio bonorum, nisi pro rebus iudicatis, & sumptibus executionis, quæ bona non alienationis iure, sed executionis nomine, vel retinentur, vel alienantur, text. in l. 2. C. de execut. rei iudic. & in l. 4. §. si ex conuentione. ff. de re iudic. text. in l. à Diuo Pio. §. in venditione. & in §. si pigr. 12. cum §. sequen. ff. eodem tit. prout habetur in Ordine Camere Imperialis, par. 3. titul. 43. 46. 48. & 49. Vnde etiam disponitur, quomodo sumptus militares Executoribus refundendi, si bona banniti non sufficiant. Itaq; post
 32
 absolutionem Banni in Camera factam, in restitutionem veniant reliqua bona, quæ deductis rebus iudicatis, & sumptibus executionis adhuc supersunt, d. titu. 46. §. *Woch* / circa finem. & d. tit. 49. §. 1. circa finem. Sed quid, si bannitus sumptus executionis restituere nequeat, moriaturque in Banno, an hæredes tenebuntur refundere sumptus? Non videtur, quia Bannum morte banniti expirat, text. in l. defuncto. ff. de public. iudic. cum similibus allegatis suprâ, lib. 1. cap. 10. & alterius delictum alteri nocumento esse non debet, tex. in l. sancimus. C. de poenis. & in c. non debet, de regul. iur. in 6. & per alia allegata suprâ eodem lib. cap. 13. & cap. 16. Verius est, Executores tantisper si bona banniti propria retinere posse, donec ex fructibus sumptus litis, & executionis plenè refundantur: quia licet morte Banniti crimen extinguatur, quoad executionem corporis, vt aiunt, afflictiuam, text. in l. crimen. ff. de poenis. & in d. l. defuncto, text. in l. 1. & in l. fin. C. si reus, vel accusat. mort. fuer. tamen instantia ad hæredes transit, quoad executionem damnorum, expensarum, & rei iudicatz, per allegata d. cap. 10. Sed bona feudalia, mortuo bannito, filijs, alijsque agnatis restitui debent, quia delictum patris, vel agnati, non potest in feudo antiquo ex pacto & prouidentia præiudicare filijs, & agnatis, text. in c. 1. de vasall. decrep. atat. & in c. 1. §. hoc quoque, de success. feud. Afflict. in c. 1. §. præterea si vasal-
 33
 lus,

ius, in glo. 3. nu. 2. & in §. fi. quæ fuit prima cauf. benefi. 2. amit. Curt. part. 5. nu. 2. cum feq. nifi tale fit delictum, quod etiam filijs & agnatis præiudicare poffet, putà commiffum in perfonam domini, vt plenè notauit fuprà d. cap. 13. quò me breuitatis gratia remitto. Quamdiu igitur viuut bannitus, fructus feudales in caufam iudicati, & executionis rectè percipiuntur, vt dixi fuprà eod. lib. cap. 14. defuncto ¶ verò Bannito feudum antiquum & gentilitium ad hæredes fanguinis, quibus ex pacto, & prouidentia primi acquirētis ius quæfitum eft, reuertitur, quibus regulariter delictum patris, vel agnati impedimento effe non potest: cùm feudum fit inftar vfusfructus, text. in c. 1. §. fi. in quib. cauf. feud. amit. qui morte vafalli extinguitur, per regulam, quod foluto iure datoris, foluatur quoque ius accipiētis, per allegata d. cap. 14. vbi vide. Et idèd probè reperunt poffeffionem feudalium bonorū ab Executoribus, quia nō funt hæredes defuncti vafalli, fed primi acquirentis, non hæredes hæreditatis, fed fanguinis: ¶ nam feudum antiquum ex pacto & prouidētia, eft munus generis, non donum patris, vel agnati, vt fingulariter dixit Bañ. c. 1. §. in fuper, nu. 5. de prohib. feud. alien. per Freder. ¶ in tex. fingularem in l. 3. ff. de interd. & releg. vbi dicitur, quæ à genere, à ciuitate, à rerum natura tribuuntur, ea filijs manere incolumia: non enim hæc patrem, fed maiores eorum eis dediffe. Et ita quandoque in fimilibus controuerfijs obferuatum memini.

Finis libri Secundi de pace publica.

Aa 5 DE PL

DE PIGNORATIONIBVS
PRACTICARVM OBSER-
VATIONVM LIBER SIN-
CVLARIS, AVCTVS ET
recognitus,

EDITIO QVARTA.

OBSERVATIO I.

Pignoratio Imperialis quid sit, & quomodo,
ab arresto, spolio, & repræsalijs dif-
ferat.

S V M M A R I A.

1. *Ex quibus causis pax publica turbari solet.*
2. *Pignorationis constitutio cur introducta.
Qualitas requisita probari debet. ibid.
Qualitas ante litis contestationem probari debet, qua est
causa introducendi personam in iudicium, vel excluden-
di eam à limine iudicij. ibid.*
3. *Pignoratio quando dicatur fieri.*
4. *Quid differat à repræsalijs.*
5. *Repræsalia ob denegatam iustitiam antiquitus con-
cessa.*
6. *Arrestum vel manuum iniectio differit à pignorationib.
Diplomata Caesaris contra fugitivos debitores. ibid.
Habitat nusquam, qui ubique habitat. ibid.*
7. *Spolium quomodo à pignorationibus differat.*
8. *Interdicta nulla competunt pro rebus mobilibus.*
9. *Pignus proprietate in mobilibus consistit.*
10. *Pignorationis processus bipartitus est.*
11. *Res mobiles in consequentiam veniunt in interdictis.*

QVANT.



VANDO QUIDEM inter Principes & Status Imperij, & primarios nobiles immediatè Imperio subiectos, ob turbatam iurisdictionem, vel possessionem alicuius iuris, puta piscandi, pasceudi, venandi, aucupandi, exigendi tributa, imponendi indictiones siue collectas, & similia iurium, nec non ratione priuilegiarum, regalium, finium regundorum, & tessere publicæ securitatis, siue salui (vt vocat) conductus, grauissimæ controuersie & cõtentiones vtrinque exoriantur, ita vt horum iurium & priuilegiarum tuendorum gratia, sæpè ad arma veniant, pacemque publicam, coactis hominibus, non sine maximo innocentium subditorum, & vicinorum malo atque dispedio, pessimo exemplo pereurbent: idè singulares quædam Imperij Constitutiones cõmuni Statuum Imperij consensu, in Comitibus Imperialibus diuersis in locis promulgatæ, & Constitutioni Pacis publicæ adiunctæ sunt, vt sunt Constitutio super litigiosa possessione, super J, diffamari, de mandatis sine clausula, de relaxatione iuramenti ad effectum agendi, & de Causis fiscalibus, de quibus Cõstitutionibus quid in Camera Imperiali Spiræ hætenus ex facto obseruatum sit, lib. 1. Obser. Practicarum dixi. Hoc autem singulari libro, de Cõstitutione pignorationis prolixius dicam. Est enim vsus vsus huius Constitutionis in Camera omnium frequentissimus, & ad pacem publicam conseruandam præcipue spectat: quod vel ex eo manifestum euadit, quia non habet ista Cõstitutio inter quaslibet personas locum: sed tantum inter Principes, Ordines, siue Status, & nobiles Imperio immediatè & principaliter subiectos, qui ob huiusmodi pignorationem offensi, pacem publicam armata manu, collectis hominibus, turbare atque violare possent, qui nocendi habent facultatem, & ob potetiam nocere possunt. Ita enim disertis verbis ipsa pignorationis Constitutio disponit, prout habetur in Ordinat. Camere Imperialis, part. 1. titu. 22. Nam nisi vtraque pars (scilicet tam pignoratorem quam pignoratus) immediatè subiecta sit Imperio, processus super illa Constitutione, puta mandatum sine clausula iustificatoria, de relaxando captiuo, vel restituenda

re ablata, & citatio super iure pignorationis in Camera obtineri nequit, ad veritatē enim copulatiuæ, vtrunque requiritur esse factū, text. in l. si quis ita stipulatus fuerit decem, ff. de verbor. oblig. Et quoties lex certam qualitatem requirit, necesse est ante omnia talem qualitatem probare, text. in l. prætor ait, la. 2. §. docere, ff. vi bono. r. pto. cum similibus. Deficiente enim qualitate Constitutionis, deficit iurisdictio Camere: nam verbis legis cessantibus, ipsa quoque dispositio legis cessat, text. in l. 4. §. toties, ff. de damn. infect. & in l. 1. §. quod autem, ait, ff. ne quid in flum. public. latē Hippo. in l. si quis, num. 130, ff. de quæstionib. Ias. in l. non solum, §. sciendum, nume. 3. ff. de noui oper. nunciat. & per multa allegata in tracta. fractæ pacis lib. 1. cap. 13. [pulchrè Bald. in l. non ignorat, num. 3. C. qui accusat. non poss. vbi dicit, quando qualitas est causa seu ratio introducendi personam in iudicium, tunc debet talis qualitas, si aduersarius eā neget, ante litis contestationē probari. Similiter si qualitas est causa excludendi personam à limine iudicij, tunc debet in limine iudicij, & ante litis contestationem probari, per text. in d. l. non ignorat, & in c. super literis, de rescript. vide Præctica. Obseruat. libr. 1. Obser. 3. & Obseruat. 31. num. 2. cum sequen.] Pignoratio t̄ verò ex Constitutione Imperij fieri dicitur, quando Status vel Nobilis Imperij, alterius Status, vel Nobilis subditos, aut eorum bona mobilia, ob contentiosam iurisdictionem, vel possessionem alicuius iuris, quod eo loci, vbi fit pignoratio, prætenditur, capit, & pignori accipit, quando vnus pro alio, et res vnus pro re alterius apprehenditur, sic alius pro alio grauatur, text. in c. 1. de iniurijs, libr. 6. Iacob. à Canibus in tract. repræsalia. in prima par. num. 1. Differt autem t̄ pignoratio à repræsalij, item ab arresto & spolio: nam repræsalij, licet pignorationes in iure appellentur, per text. in d. c. 1. Barto. in Authen. vt non fiant pignorationes pro alijs personis, & c. num. 1. tamen multum à pignorationibus Imperij differunt, quia t̄ repræsalij ob denegatam iustitiam antiquitus publica auctoritate, & Principis superioris consensu concedebantur, per textum in c. domi-

c. dominus noster, 23. q. 2. Bart. & Iacob. à Canibus latè in suis tractatibus de repræfalijs: sed pignorationes ob turbatam iurisdictionem vel possessionem sunt, idque priuato arbitrio. Arrestum t̄ verò, siue manuum iniectio, aut apprehensio nihil quoq; commune habet cum pignoratione, [quod est intelligendum de Arrestis priuatarum personarum, vt infra suo loco plenius explicabitur, Nam huiusmodi Arresta] ex singulari causa inter quassibet personas, etiam priuatas obtinent, quæ nobis ex contractu, ex delicto, vel quasi, obligatæ sunt: & sunt autoritate magistratus, quando alicui interdicitur, ne loco excedat, nisi bona voluntate aduersarij sui, qui de eo apud magistratum conquestus est, vel cum res alicuius ex causa pro securitate nostra, publica autoritate detineretur, ita vt auferri nequeat inuito eo, qui manuum iniectio- nem, prehensionem, siue arrestum impetrauit, & huiusmodi arresta quæ sunt autoritate Magistratus, passim in Germania permittuntur, per notata Obser. libr. 2. Obseruat. 44. Et Imperator etiam consuevit ad instantiam creditorum, diplomata, literas parentes vocant, essene patenten/oder Kayserliche beselch/ contra latitantes & fugitios debitores concedere, vt vbique locorum in Imperio per Magistratum prehendi, & iuri sisti possint, Das sie auff recht allenthalben im Kayl. Röm. Reich/ angehalten werden mögen / quia qui vbique habitat, nusquam habitat, text. in l. eius qui, §. si quis domicilio, ff. ad municipia. & idè vbique forum sortitur, & passim in Imperio sisti, & conueniri potest, text. in l. dies cautioni. §. prætor ait. ff. de damn. infec. Bar. Alex. & alij ibid. Panor. in c. si. nu. 3. de for. compet. [vide glo. in l. 1. in verbo, reperiuntur. C. vbi de crim. agi oportet.] Vide Pyrrhum ad consuet. Aurelianenses rub. de execut. instr. cap. 12. & tit. de executione ex locato, cap. 7. Sed pignoratio fit propria & priuata autoritate, & contra innocetem, qui alterius odio prægrauari non debet, text. in l. non debet. ff. de reg. iur. cū concordantib. neq; procedit inter quassibet personas, sed tātum inter eas obtinet, quæ principaliter Imperio

- 7 rio subditæ sunt, vt dictum est. Spolium t quoq; à pignoratione difert, quia illud ad interdictum Recupe. possel. hęc verò ad interdictum Retinendæ pertinet. Est enim nihil aliud pignoratio, quam turbatio possessionis, quando quis captis pignoribus iure suo vti prohibetur, iuxta tex. in l. penul. ff. de seruitu. & in l. sicuti. §. dicitur igitur. ff. si serui. vendic. & in l. i. §. hoc interdictum sufficit. ff. vi possid. vt suo loco prolixius dicitur: item spolium nõ habet locum, quando res mobilis auferitur, cum nullum t interdictum possessorium pro re mobili comparatũ sit, text. in l. i. §. illud. ff. de vi & vi arma. glo. Bart. & Alex. in l. rem quæ nobis. ff. de acqui. poss. circa mobilia non cadit spoliatio, sed competit actio furti, vt bonorum raptorũ, aut actio ad exhibendum, text. in d. l. i. §. illud, vel alia remedia possessoria dantur, quæ recensentur per Bart. & Alex. in d. l. rem quæ nobis. Maran. part. 4. dist. 7. nn. 22. cum seq. Ancha. consi. 24 §. num. 3. incip. Ad prædicta dubia. Pignoratio verò fit in t rebus mobilibus, quia pignus à pigno dicitur, & propriè in mobilibus consistit, text. in l. i. ff. de pig. act. & in l. plebs. §. pignus. ff. de verb. sign. & hoc intelligendum est, quoad punctum mandati: nam t processus pignorationis bipartitus est, vt infra Obser. 13. dicitur, nimirum mādati & citationis. Primò mandat Imperator, vt persona capta ante omnia relaxetur, vel res pignoratitia vestigio restitatur: deinde citatur pignorator vt causam pignorationis in termino præfixo deducat sub pœna perpetui silentij iuxta text. in l. Titia. ff. de accusatio. Processus igitur mādati ad personas & res mobiles pertinet: citationis verò, ad interdictum Retinend. possess. quod de rebus mobilibus comparatum non est, cum nullum interdictum ad res mobiles spectet, text. in d. l. i. §. illud. ff. de vi & arma. Barto. Alexan. Maran. & Anchar. vbi suprà quod t ramen intelligendum est principaliter, quia in consequentiam etiam pro rebus mobilibus interdictum possessorium datur, d. l. i. §. illud. Alex. in d. l. rem quæ nobis, nume. 8. per text. in c. grauis, de rest. spol. Nam ex interdicto Recuperandæ non solum venit restitutio rei inualæ, sed etiam plenariã integraque restitutio

Restitutio rerum mobilium inde ablatarum, item restitutio damnorum, fructuum perceptorum, & qui percipi potuissent, per text. in d. c. grauis. Panorm. ibid. num. 2. & communiter Canonist.

OBSERVATIO II.

De repræsalijs & earum origine.

S V M M A R I A.

- 1 Reprasalia dicuntur pignorationes.
- 2 Reprasalia an sint iure diuino, naturali, & civili permiffa, ob denegatam iustitiam.
Reprasalia regulariter non valent, vnde, qui eas licitas allegat, casum exceptum probare debet. ibid.
- 3 Imperator in Imperio non concedit reprasalias, quia pacem publicam perturbant.
- 4 Imperator dat privilegia contra reprasalias.
- 5 Vfus reprasaliarum antiquissimus est.
- 6 Numa Pompilius primus feciales constituit, & de officio eorum.
- 7 Androlepsia pignorationes hominum dicuntur.
- 8 Clarigatio Latine, pro reprasalijs.

REPRAESALIAE t̄ barbaro vocabulo dicuntur pignorationes rerum, & personarum, quando vnus pro alio, & res vnus pro re alterius apprehenditur, tex. in c. 1. de iniur. lib. 6. & antiquitus concedebantur à Principe, vel magistratu, merum & mixtum Imperium habente, ob iustitiam denegatam. An autem t̄ huiusmodi reprasaliae iure diuino naturali, gentium, & civili valeant, in vtramque partem variè disputatur, sed communi Dd. voto concluditur, eas regulariter valere, esseque speciem iusti belli, ne pereat iustitia: nā iure diuino dicitur, quod contra illam gentem, quæ nobis negligit facere iustitiam, bella geri possint, vt dicit August. in lib. quæst. & transumptiuè in Canone, dominus noster, tit. q. 2. & per consequens subditi illius domini; qui iustitiam facere neglexit, capi, & eorū bona auferri poterunt, vt tradunt

Bart.

Barto. Marti. Laudensis, & Iacob. à Canibus omnium amplissimè in suis tractatib. de repræsalijs, ad quos breuitatis gratia remitto. Innoc. in c. olim causam, num. 6. de restit. spoli. Cano. ibid. vbique ex iure diuino, Canonico, & Ciuili hoc comprobant, sed illam communem regulam 34. modis limitat Iacob. à Canibus, quem in materia repræsaliarum omninò vide. [Sed ego existimo repræsalias regulariter non valere, & non habere locum nisi in specialibus casibus exceptis nuncupatim à regula prohibitiua, nemo enim alterius odio prægrauari debet. Regulariter enim omnia Arresta ipso iure nulla sunt, toto tit. C. de proh. pecu. sequestrat. & §. 1. Authen. vt non fiant pignorat. qui igitur allegat repræsalias esse licitas, casum exceptum probare debet, alias statim regulæ prohibitiuæ, quia qui regulam pro se habet, ius firmum habere dicitur, donec exceptio probetur, text. in l. ab ea parte. ff. de probat. l. 1. in l. 2. num. 33. ff. si quis cautio. Paris. consil. 41. num. 17. cum seq. volu. 1. incip. optimum ius, quem omninò vide.] Præterea quicquid sit de iure communi, Imperatores tamen Romanorum non consueuerunt concedere repræsalias ob denegatam iustitiam, vel aliam etiã ob causam, etsi hoc sæpè petiit meminerim, idq; eo sine: nam in concedendis repræsalijs pugna quodammodò offertur, vnde bellum sequitur, & licet illud iustum esse dici posset, text. in d. c. dominus noster, tamen quantumuis iustum sit, infinita secum trahit incommoda, & latrocinij atque publicis scandalis viam aperit, quibus summus Princeps ansam præbere non debet, text. in l. nam salutem. ff. de offic. præfec. vigil. & in §. 1. de pac. tenen. & iuram. firman. & in c. 1. de prohib. feud. alienat. per Frederic. [maximè si ad priuatam vtilitatem petantur repræsaliæ, quæ publicæ quieti postponi debet, text. in l. ita vulneratus. §. multa. ff. ad l. Aquil. cum similibus.]

4 Imò † Imperator non grauati concedit Statibus Imperij, & ciuitatibus liberis, priuilegia contra huiusmodi repræsalias, etiam sine causæ cognitione, quia talis concessio pacem publicam concernit, neque alicuius præsentiam, & per consequens, nullam citationem requirit,

text.

text. in l. 1. & in l. 4. §. videamus. ff. de fideicommiss. libert.
 & in l. qui potest inuitis. ff. de regul. iur. Ias. in l. rescri-
 ptum, num. 4. ff. de pact. Vsum autem † repræsaliarum, vt
 hoc obiter dicam, non nouit a consuetudine, vt Barto. in
 suo tracta. repræsali. circa initium voluit, sed à vetustissi-
 mis Romanorum legibus radicem sumpsisse existimat
 Zas. ad d. l. 2. §. & ita leges. ff. de orig. iur. in verbo, latas,
 circa finem, putà † ab ipsis Feacialibus, à Numa Pompilio
 secundo Romanorum rege primò constitutis, quorum
 officium erat custodire, ne alicui confœderatæ vrbi bel-
 lum à Romanis iniustum inferretur: quòd si fortè ab alijs
 fœdera violarentur, repetere res: & si non redderentur,
 bellum decernere. Ibat enim ad fœdifragam ciuitatem
 Feacialis, & admonitis vt iusta facerèt, nisi paruissent (dij
 fœderù inspectoribus inuocatis) bellum comminabatur.
 De modo, forma, atq; solènitatibus Feacialiù, vide Diony.
 Halycar. Liuiù, Fenestellâ, & Plutarchum. Hinc emer-
 sisse vsum repræsaliarù Zasius existimat. Ius quoq; † pigno-
 ratorum hominù antiquissimum fuisse scribit Budæus
 ad l. aut facta. §. euentus. ff. de pœnis. Moris, inquit, anti-
 quissimi fuit, vt qui eadè perpetrassent, si quum in exter-
 nam urbem profugissent, ad pœnâ expostiti nò dederen-
 tur ijs, ad quos facinus admissum pertinebat: ipsis vt per-
 mitteretur iniuriâ passis pignorâdi potestas, quam an-
 drolepsiâ siue androlepsium Græci vocant. Legis verba
 ex Demosthene citat in hanc sc̄ntentiam: Si quis violèta
 morte obierit, pro hoc gētilibus & cognatis androlepsie
 funto, quoad iudicium eadè, pœnasq; subierint, vel ne-
 cis authores dederint. Androlepsia verò ad tres vsque,
 nec eò ampliùs, esto. quod prolixiùs ibidem Budæus de-
 clarat. Hinc dicimus androlepsiam exercere, pro pigno-
 rare homines, & pignorationes latinè pro repræsalijs ap-
 pellare licet. Hermolaus Barbarus † clarigationem appel-
 lari posse censuit: est enim clarigatio, Liuius, & Quinti-
 liano testibus, ipsa belli denūciatio, & clarigare, bellum
 indicere, & pignorare, siue captiuos abducere delinquen-
 tes: & initio dixi repræsalias esse speciem iusti belli:
 item quòd concessis repræsalijs pugna quodammodò

oblata videatur, ita vt non ineptè clarigationes pro repræfalijs accipiantur. De materia repræfaliarum vide quoque Alexan. ad rubr. ff. solut. matrimo. num. 9. & p. x. clarò Bald. in Authen. sed omninò, per totum. C. ne vxor pro mari. vbi omninò vide.

OBSERVATIO III.

De requisitis pignorationis.

S V M M A R I A.

- 1 Pignoratio ex Constitutione Imperij nihil aliud est, quàm possessionis turbatio.
- 2 Ad interdictum Retinenda possessionis pertinet.
- 3 Non est momentaneum, sed ordinatum possessorium.
- 4 Pignoratio est possessionis turbatio, sed non è amisso.
- 5 Constitutionis pignorationis quinque requisita: Pr. nò, quòd vterque debeat esse immediatè sub Imperio.
- 6 Secundo, requiritur possessio ex parte pignorati.
- 7 Tertio, noui iuris vsurpatio.
- 8 Quarto, quòd res alia capiatur propter rem aliam.
- 9 Nemo alterius odio pragrauari debet.
- 10 Res pignorata qualis esse debeat.
- 11 Quintò requiritur, vt sit causa civilis, non autem criminalis.
Delictum dat iurisdictionem. ibid.
- 12 Legi fraus fieri non debet.
- 13 Iurisdictiones confundi non debent.

PIGNORATIONEM tex Constitutione Imperij nihil aliud esse, quàm possessionis turbationem; dixi supra, Obserua. i. quò sit vt solum in interdicto Retinendæ possessionis obtineat, cum vnus possidet, alter turbat, vel quando alteruter se magis possidere contendit: vtroq; enim casu hoc interdictum locum habet, text. in l. si duo. §. cum inquilinus. ff. vt possid. & in l. vnic. C. eod. titul. gloss. in c. licet causam, in verb. vt possideris extt.

Extr. de proba. Faber in §. retinendæ, nu. 11. **Institu. de act.**
Ang. in §. quadrupli, nu. 49. **Instit. de actio.** In alijs verò t
interdictis, Adipiscendæ, vel Recuperandæ possessionis
non procedit, quia necesse est pignoratam asserere, se esse
in possessione, & ab aduersario suo captis pignoribus
iniquè turbari: adeoque hoc t possessorium Retinendæ,
fundatum super Constitutione pignorationis, non est fi-
duciarium, siue momentaneum, vel extraordinarium,
vt vocant, sed ordinariū & plenissimū, in quo plenæ pro-
bationes recipiūtur, & sententia lata diffinitiuæ est, ple-
num præiudicium in possessorio victo adferens: possessio
enim victori plenè adiudicatur, salvo petitorio, iuxta
nor. Dd. in d. l. vnic. C. vti possid. & in d. l. naturaliter. §.
nihil commune. Et ita in Camera vsu receptum est. Quo-
niam vero non omnis t turbatio est pignoratio, licet è
diuerso omnis pignoratio sit turbatio possessionis: Ided
in decernendis processibus super hac Constitutione dili-
genter obseruare oportet, an in libello supplici verà
pignoratio, an verò simplex turbatio deducta sit. Id vt
ed accuratius cognoscatur, scire oportet huius Consti-
tutionis t quinque potissimū esse requisita. Primò re-
quiritur, quod vterque, pignorator, & pignoratus, im-
mediatè subsint Imperio, prout ipsa Constitutio ex-
pressè disponit, per rationem quam dixi supra Obseruat.
1. & quod verba Constitutioni conuenire debeant, text. in
l. 4. §. toties. ff. de dam. infect. Secundò, t quod pignoratus
fit in possessione eius loci & iuris, in quo, & vbi facta est
pignoratio: nam, vt dixi, hæc Constitutio tantū in inter-
dicto Retinendæ possessionis obtinet, quod in causa cita-
tionis plenissimè disputatur, & deciditur, idque proce-
dit siue quis in solidum se possidere dicat, siue pro certa
parte, siue pro indiuiso, text. in l. 1. §. hoc interdictum lo-
cum habet, ff. vti possid. Obseruandum tamen, quod suf-
ficiat aliquem esse in possessione alicuius iuris, putà ve-
nandi, aut pascendi, etiam si alius, dominus scilicet, sit in
possessione loci, & dominium rei habeat, quia hæc sepa-
rata sunt, text. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de
acquir. vel amitt. possess. Fieri enim potest, vt alter pos-
lessor

fessor sit: dominus non sit: alter dominus quidem sit, pos-
 fessor verò non sit, ita Vlpia. in d. l. i. §. huius autem inter-
 dicti. ff. vti possid. text. in §. retinendz. Instit. de interd. &
 in l. inter litigantes. ff. de iudicijs. Item potest quis habe-
re ius venandi in aliena sylua, aut ius pascendi in alieno
prato iure seruitutis, text. in l. i. & in l. item sic, & toto tit.
ff. de seruit. rustico. prædio, & vltus talis iuris pro posses-
sione habetur, text. in l. penul. ff. de seruitutib. & in l. ser-
uitutes. ff. de seruitu. urbano. præd. Qui igitur in tali iure
turbatur, aut iure suo vti prohibetur captis pignoribus,
vti interdicto vti possidetis ex Constitutione Imperij
de pignorationibus rectè agit, text. in d. l. penultim. ff. de
seruitutib. & in l. sicuti. §. dicit igitur. ff. si serui. vendic.
text. in l. i. §. hoc interdictum sufficit. ff. vti possid. gloss.
notab. in l. apud Trebatium, in verbo, impediri. ff. de aqua
pluvia arcen. Tertio ¶ requiritur, quòd pignorator ibi lo-
ci, vbi sit pignoratio, aliquid iurisdictionis, aut noui iu-
ris sibi per huiusmodi pignorationem, vsurpare, & ac-
quirere velit, talis enim pignoratio ad interdictum vti
possidetis pertinet, ne vis fiat ei qui possidet, text. in d. l. i.
§. sed si inter, cum §. sequen. ff. vti possid. cum iuribus su-
prà allegatis. Quarto, quòd res ¶ alia capiatur propter re-
aliam, res tertia & quidem innocens, quòd alius pro a-
lio grauetur: nam illa turbatio, pignoratio dicitur, text.
in c. i. de iniurijs, lib. 6. dixi supra, Obseruat. i. vt si subdi-
tus meus, vel eius bona, ob turbatam iurisdictionem, vel
possessionem meam capiantur, Sines andern vndertha-
nen oder desselbigen güetter/ hoc enim omni iure prohi-
bitum est, text. in d. c. i. & in Authen. vt non fiant pigno-
ratio. pro alijs personis, in Authen. vt nulli iudicium. §.
quoniam verò contingit, & tot. titu. C. vt nul. ex vicarijs
pro alie. vicario debi. teneat. text. in l. nullam. C. de exe-
cutorib. & exactorib. lib. 12. text. in l. hac definitione. C. de
9 omni agro deserto. lib. 11. Nemo ¶ enim alterius odio
prægruari debet, tot. tit. C. ne vxor pro mari. text. in l. nõ
debet. ff. de reg. iur. & in c. non debet, eod. tit. in 6. text. in
l. si quis in suo. §. legis. C. de inoff. testam. & in l. fin. §. fin.

C. de his qui latro, vel alijs criminib. reos occulta. & in l. **prægnantis.** ff. de pœnis. Quid ad subditum innocetem, si dominus cum vicino suo de iurisdictione, vel alio iure obstinatè contendat? non enim habet rationem, alium quidem esse debitorem, alium verò exigi: sed nec alteri molestum esse pro altero, tanquam inuasionem, aut iniuriam committentem, & alium quasi vicarium existentem cedi, aut iniuriã sustinere, & aliquid pati, quod omninò non competit pro alio: & absque legitima occasione, quamlibet perferre calumniam & supplicia sustinere in corpore: ita sustinã. Imp. in d. Authen. vt non fiant pignorationes. §. i. vbi dicit, pignorationes esse inhonestas, & odio dignas. Hinc est, quòd etiam mandata sine clausula iustificatoria pro relaxandis captiuis decernantur, eò quòd pignorationes omni iure prohibitæ sint, per iura allegata, & quod tali casu iudex à præcepto incipere possit, vt inf. Obliet. 13. notatur. Secus est si res tertia quæ pignori accipitur, non sit innocens, sed litigiosa, vt si vinum proscriptum, siue vendibile litigiosum sit, illudque auferatur, quasi tali non competat ius proscribendi vinum, isque contra prohibitionem vinum proscripserit, quia tunc simplex turbatio, non pignoratio esset: quæ differentia tamen non tam accuratè obseruatur, habetque difficilem dijudicationem. Quintò ¶ requiritur, quòd pignoratio facta sit ex causa civili, non ob delictum, & commissum maleficium, quia constitutio maleficia nuncupatim excipit, ne crimina maneant impunita, ibi, *Allain malefik sachen außgenommen*/ hoc est, criminalibus causis tantum exceptis. Interest enim Reip. ne crimina impunita maneant, text. in l. ita vulneratus. §. quod si, ff. ad l. Aquil. & in l. si operis. C. de pœnis cum similib. Et delinquentem in loco delicti forum sortiri si ibidem apprehendatur, notum est, tex. in c. fin. de for. compet. & ibid. plenissimè Soc. Fel. & cõmuniter Dd. tex. in l. i. C. vbi de crim. agi oportet. & in l. si cui. §. idem Imperator. ff. de accusa. & in l. si. ff. eo. tit. Delictum enim dat iurisdictionem ei, qui alias eam non habet, tex. not. in l. 3. ff. de off. præsid.

& in l. i. C. vbi senatores vel clariss. glo notab. in d. c. fi. in verbo, ratione, de for. compet. Hæc requisita in decernendis processibus probè obseruanda sunt, ne Constitutioni fraus fiat, & beneficio primarum instatiarum, quod Statibus & Nobilibus Imperij, ex Ordinationis præscripto debetur, iniquè derogetur. Prætextu enim huius Constitutionis, omnes turbationes possessionum super interdicto Retinendæ in prima instatia, in fraudè *der Ausfrag* ad Cameram, callidè & astutè trahuntur potius quàm deuoluuntur, proindè huic calliditati & malitiæ non est indulgendum, text. in l. in fundo. §. constituimus. ff. de rei vendi. quia legi fraudem facere non oportet, text. in l. si filiusfamil. §. is autem. ff. ad S. C. Maced. & in l. qui testamentum. §. fina. ff. de probat. text. in l. cum quis decedens. §. Titia. ff. de lega. 3. & iurisdictiones confundi non debent, text. not. in c. peruenit, n. quæst. 1. & in l. nemo. C. de iurisdic. omn. iudic. gloss. ibid. in verbo, auxilium, text. in §. nulla. Authen. de defenso. ciuita.

OBSERVATIO III.

Quòd pignorationis Constitutio locum habeat etiam in rebus ablatis.

S V M M A R I A.

- 1 Pignorationis constitutio locum habet etiam in rebus pignori ablatis.
- 2 Rubrica perfectam orationem habens pro lege allegari potest.
- 3 Textus dubius ab ipsa rubrica interpretationem habet.
- 4 Rerum appellatione quid veniat.
- 5 Res quedam sunt in bonis nostris, quedam ex bonis nostris.
- 6 In actione hypothecaria sufficit probare rem in bonis debitoris fuisse.

EX superioribus peripicuum est, pignorationis Constitutionem non solum procedere in personis captis, sed etiam in rebus pignori ablatis, uti ex rubrica Constitutionis videre est, quæ de pignoribus & captivis inscribitur, von Pfandung und Gefangen/ & in contextu atque dispositione idem observari potest, ibi, Das einer den andern pfendet/ in/ oder die seine fahet/ quod iuri quoque communi consentaneum est, text. in c. 1. de iniur. libr. 6. & in Auth. ut non fiant pignoratio. cum simi. lib. supra Observat. proxima allegatis, & rubricam pro lege allegari posse, si perfectam orationem contineat, & aliquid fieri, vel non fieri præcipiat, communiter placuit, quales perfectæ rubricæ in iure nostro multæ sunt, ut præclare docet Felin. ad rubr. ut lite non contestat. per totam. Panorm. & alij ibid. Felin. in c. ex parte, el. 1. num. 43. in fine, cum sequen. de rescript. gloss. notab. in l. unica. C. ne lice. in vna ead. causa ter. provo. in verbo, retractare. Bald. ibid. nu. 6. in fi. dicens autoritate illius glo. textum dubium, tab ipsa rubrica recipere interpretationem, quod est diligenter notandum in materia Statutorum, gloss. in proem. decretalium, lib. 6. §. nos ad apicem, in fin. in verb. titulis, & plenè imol. ad rub. ff. de verbor. obl. [nu. 2. cum seq. & nu. 9. Iason præclare in l. 1. nu. 2. ff. si cert. pet.] Bal. ad rub. nu. 1. C. an leuus pro suo facto post manumiss. teneatur, vbi dicit omnes rubricas textui consentaneas, pro lege allegari posse, per glo. singularem in rub. ff. si quis testa. liber esse iussus fuerit. Hæc occasione allegatq; rubricæ Constitutionis pignorationis obiter hinc annotare volui. Observandum igitur dictam Constitutionem utroq; casu locum habere, tam in rebus pignori ablatis, quàm captis personis, sicut quotidie in Camera observatur. Itaq; ablatis equis, bobus, armento, grege, alijsq; rebus mobilibus rectè mandatum de restituendis animalibus, armento, grege, & alijs rebus, sine clausula iustificatoria decernitur. Rerum autem appellatione non tantum veniunt res propriæ, sed etiam commodatæ, locatæ, depositæ, & in quibus vsumfructum, vel quod aliud ius quis habet, ita ut inter sit eius non pignorari

- eas: non requiritur, quòd res sint in bonis alicuius, sufficit ex bonis esse, hoc est, ex substantia eius, cui res ablatz esse proponuntur, per text. sing. in l. 2. §. in hac actione. ff. vi bon. rapt. tex. in l. 1. §. quod autem ait Prætor. ff. de vi & vi arma. Notada hinc differentia † inter res quæ sunt in bonis nostris, & eas quæ sunt ex bonis nostris, iuritus iam allegatis, adde tex. not. in l. bonorum, la. 1. §. in bonis, ff. de verbo. signifi. Zas. in §. item Seruiana, nu. 31. & nu. 37. Inst. de actio. tex. in l. fina. ff. de vsufruc. leg. quod est summe & vnicè obseruandum in † actione hypothecaria, vbi sufficit ex communi Dd. opinione, creditorem probare rem obligatam tempore obligationis in bonis debitoris fuisse, hoc est, debitorem possedisse vt suam, licèt reuera sua non fuerit, text. in d. l. bonorum, la. 1. §. in bonis, gloss. communiter approbata in l. rem alienam, in verb. pignoratitia. ff. de pignorib. Barto. ibid. num. 5. Alexan. cont. 78. num. 4. volum. 7. incip. In causa & lite.

OBSERVATIO V.

Pignoratio præfecti an domino noceat.

S Y M M A R I A.

- 1 Pignoratio per interpositam personam fieri potest.
- 2 Iniuria per interpositam personam facta, ab ipso committente facta censetur.
Familia appellatione qui conuincantur. ibid.
- 3 Iussus & mandatum domini requiritur ad hoc, vt dominus pignorasse dicatur.
Pignorationem alterius nomine factam, an dominus ratam habere possit. ibid.
- 4 Dominus ex delicto familiae regulariter non tenetur, nisi delinquant in officio.
- 5 Familia non præsumitur domini voluntate delinquere.
- 6 Legatum Principis offendens, incidit in crimen læsæ maiestatis.

- 7 Fallit, si fiat offensio ex priuata inimicitia.
- 8 Ratihabitio domini retrahitur.
- 9 Cautela ad obrinendos processus.
- 10 Vicarius domini habetur, qui sciento domino se pro vicario gerit.
- 11 Dominus in puncto mandati contra partitionem excipere potest ob defectum ratihabitionis.
- 12 Nemo sine actione experiri potest.
- 13 Pignorato iniungitur probatio scientia domini.
- 14 Alias processus cassantur.
- 15 Exceptionem quando reus non teneatur probare.

CONSTITVTIO † Pignorationis, non solum locum habet, quando quis per se alterius subatum capit, aut res eius pignoris loco abducit, verum etiam si per suos hoc fieri curauit, ibi, durch sich selbst/ oder die seine/ hoc est, per se, vel per suos: nam regulariter quod quis per alium facit, per se facere videtur, text. in l. quod iussu. ff. de regul. iur. & in c. qui facit, eodem titu. in 6. & † iniuria per interpositam personam facta, ab ipso committente facta ceteretur, tex. in l. sed et si vnus. §. si iussu. ff. de iniurijs. & in l. non solum. ff. eod. tit. cum allegatis, in gloss. 1. ibid. & deiecit videtur, qui mandauit, vel iussit, vt aliquis deijceretur: parui enim referre visum est, suis manibus quis deijciat, an verò per alium: quare si familia mea ex mea voluntate deiecit, ego videor deiecit, text. in l. 1. §. deiecit. ff. de vi & vi arma. & in l. hoc iure. §. 1. ff. de regul. iur. text. in l. 2. §. restituas. ff. ne quid in loco publi. fiat. Bartol. praeclare in d. l. sed & si vnus. §. si seruus meus, num. 4. ff. de iniur. & in l. non solum, nume. 1. ff. eodem tit. Afflict. in c. 1. §. si quis aliquem, nume. 1. de pace teuend. & eius violator. Familiae autem appellatione serui continentur, & hi qui sunt loco seruorum, hoc est, qui sunt in ministerio nostro, etiam si liberi sint, tex. in d. l. 1. §. familiae. ff. de vi & vi arm. & in l. 2. §. haec actio etiam. ff. vi bonor. raptor. Potest igitur fieri pignoratio per prae-

Nos nostros, aut familiam nostram, sed tali casu, ad obti-
 nendos † processus super Constitutione pignorationis,
 puta mandatum, & citationem, necessarium est, diuersis
 verbis in libello supplici narrare, talem præfectum, vel
officialem, aut familiam, iussu & mandato sui Principis,
aut Domini, & in rem & contemplatione ipsius pigno-
râsse: quia si præfectus motu proprio, non in rem & con-
templatione domini, sed priuata quadam cupiditate, &
vindicta pignorâset, ipse ob talem violentiâ coram iudice
competenti conueniendus est, text. in d. l. i. §. quoties
verus procurator. & in §. quod igitur addit. ff. de vi &
vi arm. non dominus: quia hoc casu iurisdicção Camere
non esset fundata, ob defectum primi requisiti: nam re-
quiritur, quòd vtraque pars, pignorator & pignoratus im-
mediatè sublit Imperio, deficiente hac qualitate persona-
rum, deficit iurisdicção Camere, text. in l. 4. §. toties. ff. de
damn. infect. item ad veritatem copulatiuè vtrunquè fa-
ctum esse requiritur, text. in l. si quis ita stipulatus fuerit
decem. ff. de verborum obligat. & in l. si à Reo. ff. de fide-
iussor. [text. in l. non ignorat. C. qui accus. non poss. Bald.
pulchrè ibid. num. 3. vide brius supra Obseruat. 1.] Quod
vsquedecò verum est, vt dominus pignorationem, alter-
ius nomine, & non contemplatione sui factam, ratam
habere non possit, per regulam, quòd quis raturum habere
non possit, quod suo nomine gestum non est, per text. in
c. ratum quis, de regul. iur. in 6. & in c. cum quis, de sent.
excommunic. eod. lib. text. in l. si pupilli. §. sed si ego. ff. de
negoc. gest. gloss. notab. ibid. in verbo, nihil agitur. Simi-
liter Bartol. num. 3. & communiter Docto. text. in l. si ser-
uus. ff. de precario, gloss. ibid. in verbo, non videris. May-
nerius in d. l. hoc iure. §. deiecit, num. 3. Et regulariter no-
rum est, † dominum ex delicto familie sue non teneri, ni-
si delinquat in officio, siue ministerio, cui familiam, vel
officialem præfecit, & in quo eius opera familiariter vti-
tur: ita se habet communis opinio, textus in l. quoties, in
princip. & in §. i. ff. de noxalib. act. text. in l. i. §. familie no-
men. ff. de publ. & vectig. Bartol. ibid. num. 1. gloss. not. in
c. cum ad sedem, in verb. interdictum, de restit. spol. quæ
dicit,

dicit, delicta t̄ familia non præsumi domini voluntate 5
facta, nisi alia simul concurrant indicia. Affici. in c. 1. §.
 insuper, num. 10. de prohib. feud. alien. per Frederi. vbi om-
 nino vide, & Salic. præclare in l. quæ fortuitis, nume. 7.
 C. de pigno. act. tex. not. in l. si seruus seruum, §. si fornicari-
 us. ff. ad leg. Aquil. Turzanus in libr. commun. opinion.
 conclus. 185. num. 5. Anan. consil. 71. nume. 3. incip. vifis, &
 diligenter. Hippol. sing. 160. num. 6. incip. habemus. Facit
 ad prædicta, quod etsi offendens Principis alicuius lega- 6
tum, crimen læsæ maiestatis committat, vt notat Barto. in
Extrauag. tit. qui sint rebelles, in verbo, rebellando, num,
4. Bald. in c. 1. num. 7. de offic. deleg. Gigas in tracta. de cri-
min. læsæ maiest. lib. 1. Rubr. qualiter, & à quibus crimen
læsæ maiest. committatur. q. 16. per totam. tamen hoc t̄ nō 7
procedit in offendente legatum Principis, non odio Prin-
cipis, sed ex priuata quadam inimicitia, Bartol. præclare
in l. hostes, num. 15. ff. de capt. & postlim. reuer. Bald. in d.
c. 1. num. 7. Gigas loco citato, num. 11. Idem eod. lib. & ea-
dem Rubr. q. 14. vbi omnino vide. Factum igitur t̄ præfe-
cti, vel officialis, vt ad propositum redeam, non nocet do-
mino, si factum illud postea ratum non habuerit, quia re-
gulariter per actum nomine alterius factum, non infer-
tur præiudicium alteri, nisi ille postea actum ratum ha-
beat, tex. notab. in d. l. si pupilli. §. sed si ego, glo. Bart. & a-
lij, ibid. nam tali casu ratihibitionem etiam in maleficio
ex communi Doct. opinione retrò trahi, & mandato com-
parari notum est, tex. in c. ratihibitionem, de regul. iur. in
6. & in d. l. hoc iure. §. in maleficio. ff. eod. tit. text. in d. l. 1.
§. sed & si cum quis. ff. de vi & vi arm. & in l. 3. §. cum pro-
curator. ff. eod. titu. Sufficit tamen in libello supplici, ad
t̄ obtinendos processus, narrare, dominum per suos offi-
ciales vel familiares pignorasse, etiam si non adiiciatur
iussu domini hoc factum esse, ponderando verba Consti-
tutionis ibi, durch die seine. id est, per suos, quæ verba
iussu & mandatum domini, non obscure includunt, &
præsupponat, per tex. not. in l. si per aliū. ff. ne quis eum
qui in ius voc. & in l. 1. in princ. ff. de eo, per quem fac. e-
rit. Et vicarius t̄ domini censetur, qui sciente & patiente 10
 domi-

Nulli fabricio

domino se pro vicario gerit. & in l. 1. §. magistrum. ff. de exercito. act. Bartol. in d. l. 1. §. familię, num. 6. Bald. in l. 1. §. à præfectis, num. 1. ff. de leg. 3. & in l. executorum, num. 13. C. de execut. rei iudic. Alexan. consil. 1. num. 13. in fine, volum. 2. per alleg. ibid. Brunus consil. 93. num. 5. incip. in causa, in volum. consiliorum feudalium, pulchrè Castr. consil. 423. per totum, volum. 1. incip. quia scio, quem ad hoc omninò vide, & Afflict. decis. 308. num. 6. cum sequ. ubi de locum tenente tractat. vide Doct. in l. 1. C. de offic. vicarij. Sufficit igitur ad extrahendos processus in Camera, narrare pignora per officiales domini capta, quia talibus narratis statur, donec contrarium proberur, per tex. in l. cum quēdā puella. §. quoties. ff. de iurisd. om. iud. Alex. & Dd. ibid. sed reproductis processibus t̄ dominus citatus comparere, & falsitatem narratorum allegare potest, videlicet pignorationem suo mandato factam non esse, petendo cassari processus, ob defectum iurisdictionis, tex. in c. super literis. de rescrip. & in c. fina. eodem tit. tex. notab. in l. prescriptione. C. si contra ius, vel utilitat. public. Hęc enim exceptio relevans est, cum sit intentionis & facti, videlicet, tibi non competit actio contra me, quia non pignoraui, neque pignorationem tali loco fieri mandavi: nec enim ego videor deiecitse, si familia mea deiecit, inquit Ulpia. in d. l. 1. §. ait prætor. ff. de vi & vi arma. notique iuris est, t̄ neminem sine actione experiri posse, tex. in l. si pupilli. §. videamus. ff. de negot. gest. glo. in l. 2. in verbo, intentionem. ff. de except. Hęc, inquam, domini excusatio in puncto mandati rectè obijci poterit, & obiectam iudex attendere debet: aliàs, si domino ignoranti, nec factum ratum habenti, sed excipienti, pignorationem iniungeret, nullitatem committeret ob defectū iurisdictionis, & voluntatis, tex. in l. 1. & in l. final. C. si à non compet. iudic. iudicat. esse dicat. tex. in l. si. ff. de iurisdic. om. iud. & in l. 1. ff. de iudicijs. proindè pignorato incumbit probatio, & interlocutione iudicis ei iniungitur, ut doceat t̄ pignorationem præfecti vel familiaris, domini voluntate factam, hoc pacto:

In sachen

In sachen M. Kläger/ wider M. Beklagten/ ist er-
fende/ wölle vnnnd möge gedachter Kläger in zeit sechs
wochen/ so ihme darzu angefehrt/ beweisen vnd darhün/
das angezojene pfandung auß beuelch vnnnd geheiß er-
metes Beklagten fürgenommen / vnnnd geschehen sey/
das solches gehört werden/ vnnnd darauff ergehen soll/
was recht ist.

Latine:

In causa N. Actoris contra M. Reum, decernimus, qua-
tenus dictus Actor infra lex septimanas, quas ei ad hoc
præfigimus, probauerit, præsentiam pignorationem man-
dato & iussu dicti Rei factam esse, quod hoc audiri, & de-
super fieri debeat, quod iuris est. Non probante Actore fi- 14
iussu, mandato, vel ratihabitionem domini, processus
cessari, & impetrans in expensis condemnari debet, tex. in
d. c. fina. de rescrip. & in l. qui accusare. C. de edend. cum
similibus. Et obseruandum hic obiter, quod f Reus exce- 15
ptionem suam non probat, quia excipiendo nil ponit, sed
positum negat, tex. in l. 1. de exceptio. & in l. si pactum. ff.
de probatio. Vnde non tenetur probare suam exceptio-
nem, sed probatio in Actorem reijcitur, per tex. in l. actor.
C. de probat. & in d. l. si pactum, & in l. si chyrographum.
& in l. cum de indebito. ff. eod. gloss. singul. in l. si cautio-
ne, in verbo, probare, in fin. C. de non numer. pecun. licet
regulariter Reus excipiendo fiat Actor, & exceptionem
suum probare teneatur, text. in l. in exceptionibus. ff. de
probat. & in d. l. si pactum, cum similib.

OBSERVATIO VI.

Vasallus & vsufructuarius an super Con-
stitutione pignorationis age-
re possint.

S V M M A R I A.

Vasallus pignoratus an agere possit super Constitutione
pignorationis.

& Domi-

- 2 Dominus pro vasallo interuenire potest.
- 3 Dominus remoto vasallo agere potest.
- 4 Factum cuique suum non alteri nocere debet.
- 5 Vsfufruarius naturaliter possidet.
Naturalis possessio ad interdictum de Vi & vi armata,
pertinet. *ibid.*
- 6 In rem agere potest, qui sui vsufructus dominus est.
Vsfufruarius cautionem damni infecti exigere potest.
ibid.
- 7 Opinio eruditorum, quod vsufructuarius rem solam deti-
neat.
- 8 Possidere aliud est, quàm in possessione esse.
- 9 Creditor in possessione pignoris non est.
- 10 Misi in possessionem ex primo decreto ventri nomine, et
cat. custodes, non possessores sunt.
- 11 Ciuitas Imperiali an ratione sui interesse pro ciue suo a-
gere possit contra immediatè subiectū Imperio, super Con-
stitutione pignorationis. & num. 13.
- 12 Factum subditorum concernens dominum, eundem af-
ficit.
- 14 Ciuis mediatè subiectus Imperio pro pignoribus iniquè ab-
lati agit coram Ordinario.

1 **Q**VÆRITVR, vrùm † vasallus mediatè Imperio subiectus, si in re feudali fiat pignoratio, possit vti beneficio Constitutionis pignorationis, & pignoratorem in prima instantia in Camera conuenire? Potest vtique, sed non ex sua persona, & suo tantum nomine, verùm vnà cum domino directo, Imperio immediatè subiecto, & sic obtinet hic regula, aliquè ex alterius persona consequi, quod ex sua obtinere non possit, text. in c. auctoritate. §. fin. de concess. præben. lib. 7. rex. in l. si communem. ff. quemadm. seru. amit. text. in l. si is qui duos. ff. de liber. legata, pulchrè Ias. in l. si emancipati, nu. 10. cum seq. C. de collat. Hippo. sing. 180. incip. pluta. Ratio huius obser.

observationis est, quia hoc casu non tantum agitur præ-
iudicio vasalli, sed omnium maxime de præiudicio do-
 mini, ratione directi domini, ne illud ex facta turbatio-
 ne, & pignoratione aduersarij deterior reddatur, & sic in
 effectu ipse dominus feudi pignorari videtur, per textum
 in l. 1. §. quod seimus. ff. de vi & vi arm. vnde merito inter-
 venire, l. & vna cum vasallo, ne continentia causarum di-
uidatur, vel etiam eo remoto principaliter agere, posses-
 sionemque vasalli, & ius suum defendere, atque tueri po-
 tesse, per notata Doct. in c. cum super, de re iudi. & in l. 1. §.
 pè. ff. de re iud. vbi prolixè Alex. & communiter Dd. text.
 in l. 1. sententia. ff. de appel. & in l. si suspecta. ff. de inoffic.
 testam. Afflict. pulchrè in c. Imperialem. §. præterea si in-
 ter duos, num. 22. cum seq. de prohib. feud. alien. per Fred.
 Imò desistente, vel transigente vasallo, t dominus directus
 pro suo iure & interesse, pignorationis causam prosequi
 posset, cum ipse interueniat tanquam principalis, non vt
 procurator, vel negociorum gestor, tex. in l. si procurato-
 rio. §. sed si alius. ff. quando appel. sit. Bal. in Auth. hodie,
 num. 6. in fin. C. de appel. & transactio vasalli domino di-
recto nocere nequit, tex. in d. 1. sententia. §. idemque re-
 scripsit. ff. de appel. Bart. ibid. num. 1. Bal. in d. Auchen. ho-
 die, num. 6. Panor. in d. c. cum super, nu. 27. Fel. ibid. nu. 11.
 quia factum cuique suum, t non alteri nocere debet, text.
 in l. factum cuique. ff. de regul. iur. & in l. 1. ff. de alienat.
 iud. muran. cau. fact. neque alteri per alterum iniqua con-
ditio adferri, tex. in c. non debet, de regul. iur. in 6. & in l.
iniquissimum. ff. de iur. & fact. ignor. Eodem modo vsu-
fructuarius mediata Imperio subiectus, vna cum domi-
 no proprietatis immediata Imperio subiecto, rectè super
 Constitutione pignorationis agit, iuribus ad hoc sup. al-
 lega. & ne continentia causarum diuidatur, tex. in l. oul-
 li. C. de iudic. Imò ipse vt usufructuarius principaliter Im-
 perio subditus, si iniquè pignoretur, ex sua persona super
 hac Constitutione rectè agit, tex. in l. 1. §. in hac actione.
 ff. vi bono. rapt. ibi, siue vsumfructum in ea habeam: nam
 usufructuarius ex comuni Dd. opinione, naturaliter pos-
 sidet, tex. in l. naturaliter. ff. de acq. vel amit. poss. vbi ias.

num:

nu. 4. communem dicit, quò fit, vt ei interdictum, Vri possidetis, detur, quod non datur nisi possidenti, per tex. in l. fina. ff. vti posside. gloss. ibid. in verbo, & his, tex. in d. l. naturaliter, gloss. notab. in l. si plures. §. deiectum. ff. de vi & vi arma. gloss. in l. licet, in verbo, non possit. C. de acquirend. possess. Bartol. in l. si fur, num. 1. ff. de vsu fruct. Bald. in l. vnica, num. 4. C. vti possid. Imol. in c. fina. nume. 2. de pignoribus. Item si deiciatur de possessione, agit vti interdicto. Vnde vi. ad restitutionem, tex. in l. cuiuscunque. ff. de vsu fruct. gloss. ibid. in verbo, agit. Deiciatur enim qui possidet, siue ciuilitate, siue naturaliter possideat: nam & naturalis possessio ad interdictum, de Vi & vi armata, pertinet, tex. in d. l. i. §. deicitur. & §. quod autem ac pretor. ff. de vi & vi arma. Item competit ei actio in rem, tanquam domino, qui sui vsusfructus dominus est, & appellatione domini vsusfructuarius quoque continetur, tex. in l. in venditione. ff. de bon. author. iud. possid. l. qui vsu fructum. ff. si vsu fruct. peta. vel ad alium pertin. neget. text. in l. vsusfructus, la. i. ff. de vsu fruct. vbi dicitur, quòd vsusfructus in multis casibus pars dominij sit, gloss. notab. ibid. in verbo, pars dominij, quæ hoc declarat, & differentias inter dominium, & vsu fructum colligit. Bartol. ad Rubric. C. de vsu fruct. [num. 2. Bald. ibid. num. 1. Bartol. in l. interest, num. 1. C. eodem tit.] Socin. Senior consil. 1. num. 14. volum. 4. Capra consil. 46. num. 6. [incip. pro predictorum. Item cautionem damni infecti vsu fructuarius exigere potest, tex. in l. pratoris. §. etsi dominus. ff. de dam. infect.] Sunt tamen nonnulli, qui eruditè existimant, vsu fructuarium nullo modo fundum fructilem possidere, accipiendò possessionem pro vera possessione, sed solummodò detinere r seolo corpore, ad colligendù fructus, proprietarium verò naturaliter & ciuilitate possidere: nã licet inspecta veritate possideat rem fructilem, tamen quoad iuris interpretationē, non intelligitur possidere, quia aliud est esse in possessione, & aliud possidere, text. in l. cum meo. ff. de acquiren. possess. Colonus est in possessione, attamen non sibi, sed domino possidet, tex. in l. si quis domum. §. habitatores. ff. locati. & in l. si quis ante.

ante. ff. de acquiren. possess. sic creditor † pignoris posse-
for non est, tametsi possessionem habeat, aut sibi traditam
aut precario debitori concessam, ita tex. in l. sciendum. §.
possessor. ff. qui satisd. cog. Natta consi. 373, nu. 18. vol. 1. in-
cip. quoniam contra. Sic quoque † creditor missus in pos- 10
sessionem rei seruanda causa ex primo decreto, vel missus
in possessionem ventris nomine, aut quia damni infecti
non caueatur, non possessionem, sed custodiam rerum, &
obseruationem accipiunt, per textum in l. 3. §. fin. ff. de ac-
quirend. possess. text. notab. in l. si quis ante. §. idem Pom-
ponius. ff. eodem tit. & in d. l. cum meo, text. in l. si finita.
§. si quis autem. ff. de damn. infect. & text. notab. in l. si
duo. §. creditores. ff. vti possidet. vbique probatur, quod
longè aliud sit in possessione esse, & aliud possidere, &
quod talibus non competat interdictum, Vti possidetis.
Et ita quoad usufructuarium tenet Rapha. Cuman. in d.
l. naturaliter, num. 1. Angel. in §. quadrupli, num. 49. Instit.
ut. de actio. & nouissimè præclare Zas. in d. l. 3. §. ex con-
trario, num. 28. ff. de acquiren. possess. per multa alia iura
ibidem locupletissimè allegata, quem ad hoc omninò
vide. & hæc quidem impertinenter, attamen vtiliter ad-
iecta esse puto. An † autem Ciuitas Imperialis, pro suo 11
interesse, pro ciue suo supplicare, & agere possit, contra
personam immediatè Imperio subiectam super Consti-
tutione pignorationis, dubitari posset. Ego distinguo, aut
agit Ciuitas, vel Respublica Imperialis pro suo interesse
principaliter, & dubium non est, quin rectè contra pigno-
ratores immediatè Imperio subiectum, super Consti-
tutione pignorationis agere possit, quia principaliter offen-
ditur Respublica, non ciuis, qui possidet nomine Reipu-
blicæ, text. in c. cum super, de re iudic. & in l. sæpè. ff. eod.
vtrobique Doct. text. in d. l. à sententia. Nam quoties † fa- 12
ctum subditorum cõcernit dominum, ipse dominus tur-
bari, & iniuria affici videtur, text. in §. seruis. Instit. de in-
iur. & in l. item apud Labeonem. §. item si liberum. ff. eo-
dem tit. Bartol. in l. 1. §. fina. nume. 1. ff. d. tit. Panorm. in c.
dilectis filijs, nume. 6. de appellatio. gloss. in c. authorita-
tem. §. inhibemus, de priuileg. lib. 6. in verb. pertinent, vi-

- de Obseruat. lib. 1. Obseruat. 40. & Obseruat. 125. cum seq.
- 13 Aut si agit Ciuitas vel Respubl. pro Ciue, ratione priuati interesse, quia interest Ciuitatis, ne ciuis in sua possessione turberur, & tunc, quia deficiunt requisita Constitutionis super pignoratione, ineptè pro ciue agit, quia verba Constitutionis non conueniunt personis, & sic dispositio eius cessat, text. in l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. & in l. prator ait. la. 2. §. docere. ff. vi bon. rapt. & idèd in Camera tali casu processus nõ decernuntur: quia absurdum sequeretur, quòd in omnibus turbationibus, quæ fierent ciuibus, hominibus priuatis, & mediatè Imperio subiectis, Ciuitates Imperiales, in quibus degunt, in Camera processus super Constitutione pignorationis extrahere, & obtinere possent. Quapropter Ciuis si in sua possessione turbatus, pro pignoribus iniuquè ablatiis coram ordinario iudice agere debet, vulg. l. fina. C. vbi in rem actio. cum similib. Et memini processus super Constitutione pignorationis ad instantiam Reipublicæ pro ciue obtentos, postea cassatos fuisse, hoc pacto:
- 14

In sachen Burgermaister vnd Rath der Stadt N. vnd N. Burgern daselbst / Klägern eins / wider A. Beklagten anderstheils / Mandati der pfandung / ist erkende / daß solch Mandat zu cassieren / vnd auffzuheben sene / als wir auch dasselbig hiemit cassiern / auffheben / vnd ermelte Kläger in die Gerichtskosten / derhalben auffgelauffen / nach rechtlicher mässigung / ihme / dem Beklagten / zu entrichten vnd zu bezahlen sellig / ertheilen / doch balden thailen ihre gerechtigkeit / der hauptsachen halben / in possessorio & petitorio, so fern sie einander spruch vnd forderung nicht erlassen wollen / an gebührenden orten anzubringen / vnd außzuführen vnbenommen / sonder vorbehalten.

Latine:

In causa Consulium & Senatus Ciuitatis N. & B. ciuis ibidem, Actorum ex vna, contra A. Reum, ex altera partibus, mandati pignorationis, decernimus tale mandatum cassari.

castandum, & relaxandum esse, prout illud castamus, & relaxamus, dictosque actores in expensis, salvo nostro iudiciali moderamine, condemnamus, reservato tamen utrique parti in causa principali tam in possessorio, quam petitorio (quatenus ab actione desistere nolint) coram ordinario iudice agendi iure, iuxta text. in c. examinata, de iudicij. & in l. Bebius, in fine. ff. de pact. dot. lib.

OBSERVATIO VII.

Capitulum siue Collegium Cathedralis Ecclesie an super Constitutione pignorationis conveniri possit.

S V M M A R I A.

- 1 Capitulum Cathedralis Ecclesie an super pignorationibus conveniri possit.
- 2 Capitulum non est Status Imperij. Appellatione Civium, veniunt Capitulum & Clerici. *ibid.* Actione reali coram laico iudice clerici conveniri possunt. *ibid.*
- 3 Capitulum habens regalia ab Imperatore, an conveniri possit super pignorationibus.
- 4 Prælati ratione temporalium forum Cesaris sortiantur. Clerici in possessorio sortiantur forum laici. *ibid.*
- 5 Sede vacante, administratio ad Capitulum devolvitur. Ratihabitio etiam in maleficijs retrahitur. *ibid.*
- 6 Collegia libera Canonicorum an in Camera forum sortiantur.
- 7 In emphyteusi Ecclesiastica quis sit iudex competens.
- 8 Episcopus an pro bonis communibus pro Capitulo super

Constitutione pignorationis agere possit.

9 *Prælatum Ecclesie an feloniam vel iniuriam vassallo Ecclesie remittere possit, distinctione traditur.*

1 **N**OTVM est, Collegia t̄ siue Capitula maiorum, vel Cathedralium Ecclesiarum, in Germania multa ubique possidere bona temporalia, dominia, castra, cum suis pertinentijs, & omnimoda iurisdictione temporali, *Mit aller weltlicher Obrigkeit / oder weltlichkeit.* Quid ergo, si vicinū aliquem Principem, aut Nobilem Imperij, talium bonorum ratione, ob contentiosam iurisdictionem, aut alterius iuris gratia pignorent, capiendo videlicet eorum subditos, vel pignora auferendo, an super huiusmodi facta pignoratione in Camera immediatè conueniri possint? Non puto regulariter, t̄

2 **quia Capitulum non est Status Imperij, nec foro Imperij principaliter, sed suo Archiepiscopo, vel Episcopo immediatè subiectum, vt plenius dixi Obseruat. lib. 1. Obseruat. 30. & Obseruat. 37. & in tract. de Pace publica. cap. 8. lib. 1.** Imò appellatione ciuium, veniunt Capitulum, Canonici, & Clerici in Ciuitate habitantes, per notata Barto. in l. 1. num. 10. ff. ad municip. Felin. in c. eam te, num. 16. de rescript. & in c. Rodolphus, num. 18. eodem tit. qui hoc latius declarant. Et licet in interdicto possessionis Retinenda, vel actione reali, clerici coram iudice laico, vbi res sita est, conueniri possunt, quia non trahitur persona, sed res in iudicium in actione reali, text. in §. omnium, Instit. de act. per tex. in l. sed & loci. §. si aliter fundus. ff. fin. regund. ibi, quoniam magis fundo, quam personis adiudicari fines vel partes intelliguntur, tex. in l. qui aliena. §. fina. ff. de nego. gest. ibi, sententia prædio datur. Guid. decis. 1. num. 1. cum sequen. & decis. 85. Couar. pract. questio. cap. 35. cum sequen. Socin. in c. 1. num. 35. de foro compet. latissimè Boer. decis. 69. num. 22. facit tex. in l. fin. C. vbi. in rem act. & in c. fin. de foro compet. in Authent. clericus, ibi, quòd si natura causæ, vel alia ratio faciat: tamen quia Capitulum immediatè, vt dixi, non subest Imperio, ideo in Camera super Constitutione pignorationis directò,

hoc

Alia 3^o

hoc est. in prima instantia conueniri nequit, propter defectum qualitatis personarū, tex. in l. 4. §. toties. ff. de dam. in sed. Quod tamen tripliciter procedere non puto: Primo, si Capitulum dominium aliquod, vel feudum, immediatè ab Imperio & Imperatore recognoscat, & tēgūter vom Reich/ quo casu, si alium iniquè pignoret, vel alterius subditos capiat, idque noui iuris acquirendi gratia eò loci, vbi facta est prehensio rectè in Camera ex hac Constitutione conuenitur. Pari ratione, si Capitulum ab alio immediatè Imperio subiecto, in talibus bonis temporalibus iniuste pignoretur, agere potest super ista Constitutione cōtra pignoratorem pro relaxatione captiuorum, vel restitutione pignorum, ita quòd utroque casu actiue & passiuè fundata sit iurisdictio Cameræ. Ratio, quia cūm dominium, vel territorium non habeat alium superiorem, quàm Imperium, & Imperatorem, merito Imperator super facta pignoratione cognoscit, per text. in d. l. sed etsi loci. §. si aliter fundus. & d. l. qui aliena. §. fina. Docto. vbi supr. Nam ratione talis dominij, vel feudi, immediatè subijcitur Collegium iurisdictionis Imperatoris, tex. in c. nimis, de iureiur. & per consequens Constitutio Imperij Collegium obligat actiue & passiuè, per notata Canonistæ in c. Romana. §. debet, de appellat. in 6. Philip. Franc. ibid. num. 2. Castren. in l. si quando, num. 1. C. de appella. vbi dicitur, t̄ Prelatos ratione dominiorum temporalium forum Cæsaris sortiri. Hinc est, quòd in feudalibus etiam cleric i coram paribus Curie conueniendi sint, text. in c. ex transmissa. & in c. verum, de foro compe. tex. in c. ceterum, de iud. Soci. in c. 1. nu. 27. & in c. sanè, nu. 14. eod. tit. item quòd in possessorio clericus fortietur forū laici, quia possessorium non est quid spirituale, sed temporale, vt pulchrè cōcludit Guid. decis. 1. per totam. & decis. 85. Couar. latè practic. questio. cap. 35. cum sequen. At pignorationis Constitutionem locum habere in interdicto Retinendę possessionis, dixi suprà Obser. 3. idèd si fiat pignoratio ratione rei immediatè Imperio subiectę, merito in possessorio Camera adiri potest, tex. in d. l. qui aliena. §. fina. & in d. l. sed etsi loci. §. si aliter fun-

- 212
 5 **du.** Secundò limita hanc regulam, vt non procedat, si t sede vacante Capitulum, vel Collegium Canonorum pignorasset, quia cum eo casu omnis iurisdictio, & ius administrandi deuoluatur ad Capitulum, tex. in c. 1. & in c. cum olim, de maio. & obed. in 6. & in c. ad abolendam, in princ. de heret. tex. in c. 1. 2. & in c. fina. ne sede vacan. P. norm. vbique, meritò iure representationis super Constitutione pignorationis conueniri, & iudicium coeptum cum nouo electo Prælatò, si ille factum Capituli postea ratum habeat, nec pignora restituat, aut captiuos relaxet, continuari poterit, quia rati habitio etiam in maleficijs retrahitur, & mandato comparatur, tex. in l. 1. §. sed & si cum quis, gloss. ibid. in verbo, mandato. ff. de vi & vi arma. & in l. 3. §. cum procurator. ff. eod. tit. tex. in l. hoc iure. §. in maleficio. ff. de regu. iur. sicut quandoque factum memini, vide omninò Feli. in c. edoceri, nu. 7. de rescrip. & ibid. communiter Doct.
- 6 **Tertiò limita prædictam regulam in t Collegijs Canonorum liberis, quæ ex singulari priuilegio immediatè Cæsari & Imperio in temporalibus subiecta sunt, Das freye Kayserliche Stifften seynd/ vt Collegium Canonorum Bruxellæ prope Spiram: item Burschede/ prope Aquisgranum, & Collegiũ Arnuoll prope Sarbrücken. Ita pignorationis processus decreti sunt ad instantiam dicti Collegij Burschede/ contra Aquisgranenses, & in causa Decani & Capituli dicti Collegij Arnuoll/ contra N. Comitem à Nassau. anno 68. vt d. Obseru. 30. quoque annotaui. Ad confirmationem prædictorum facit, quòd in emphyteusi Ecclesiastica iudex t ordinarius competens sit is, in cuius territorio bona sita sunt. Ias. in l. 1. num. 73. C. de iur. emphyt. vbi dicit, hoc esse verissimum. Idem tenet Ludo. Roma. consil. 212. [num. 6. incip. quòad primum.] vide Doctò. in Clem. 2. de reb. eccle. non alie.**
- 7 **Quartò limita, vt non procedat, quando t Episcopus vnà cum Capitulo super pignoratione agunt, quia tunc ex persona Episcopi, tanquàm Principis Imperij, fundatur iurisdictio Cameræ, per alleg. supra Obseru. prox. quod sine dubio procedit in bonis communi-**

munibus, etiam quoad nudam tantum administrationem,
 cum Episcopi interfit in huiusmodi bonis, neque se, neque
 Capitulum suum turbari, & membra caput sequantur:
 imò in huiusmodi bonis communibus solus Episcopus,
 remoto Capitulo, super Constitutione pignorationis ag-
 gere posset, quia ex officio administrationis ad hoc tene-
 tur, per tex. in c. edoceri, Bal. ibid. num. 5. num. 12. & num.
 16. Panorm. num. 25. & Fel. num. 2. & communiter Doct.
 Ceterum, si bona Episcopi omnino discreta, siue separata
 sint, tali casu Episcopus pro bonis Capituli discretis vna
 cum Capitulo super pignoratione in Camera agere non
 posset, tex. in d. c. edoceri. & ibi. Dd. ne Cōstitutioni fraus
 fiat, quod fieri non debet, tex. in l. si filiusfam. §. is autem,
 ff. ad S. C. Macedo. & in l. qui testamentum. §. si. ff. de pro-
 bat. & in l. cum quis decedens. §. Titia. ff. de lega. 3. Nam in
 proprijs & separatis bonis Capitulum habet plenam ad-
 ministrationem, & legitimam personam standi in iudi-
 cio ordinario actiue & passiuè, & in ijs Episcopus, vel
 Prælati Imperij, non tenentur procurare negocia Capitu-
 li. Dd. in d. c. edoceri, cum separatorum separata sit ratio,
 per vulgaria. Et idem si fiat pignoriatio in proprijs bonis
 Capituli, Iudex competens adiri debet, quia cum Capitu-
 lum non sit Status Imperij, iurisdictio Camere in prima
 instantia ob factam pignorationem non esset fundata, ni-
 si bona separata immediatè dependerent ab Imperio, vt
 dixi in prima limitatione. [Similis distinctio obseruatur
 in illa questione, An solus Prælati possit remittere fe-
 loniam vasallo Ecclesie: Aut enim administratio siue reno-
 uatio inuestituræ ad solum Prælatum spectat: Aut ad eum
 simul cum Capitulo. Primo casu solus Prælati potest fe-
 loniam remittere. & præiudicare in perpetuum Ecclesie, &
 successoribus pro illa vice. Altero casu nō potest. Ita deci-
 dit Bal. in c. 1. de his qui feu. da. pos. Moli. in consue. Paris.
 par. 1. §. 30. nu. 117. vbi plures allegat. Eadē distinctio obser-
 uatur quoad iniuriā Prælati factā principaliter, aut Præ-
 lato, & toti Ecclesie, vt primo casu solus Prælati iniuriā
 remittere possit. Altero verò nō possit, quia tūc toti ordi-
 ni ecclesiastico iniuriā facta esse cōset. gl. in c. cū desideres

in verbo, quam offendit, de sent. excommun. Felin. & P-
norm. ibid. Molinæ. vbi sup. num. 115.]

OBSERVATIO VIII.

Seruis ascriptitijs, vel hominibus proprijs,
vt vocant, captis, an Constitutio
pignorationis locum
habeat.

S V M M A R I A.

- 1 Proprii homines Germanorum.
- 2 Germania veros seruos nunquam habuit.
- 3 Proprii homines Germanorum sunt serui anonymi.
- 4 Seruo proprio capto, an locum habeat Constitutio pigno-
rationis.
- 5 Subditos domicilium facit.
- 6 Dominus Territorij habet fundatam intentionem subie-
ctionis.
- 7 Res in territorio sita, eius esse presumuntur, cuius est ter-
ritorium.

- 1 **A** P V D Germanos † genus seruorum est, quos pro-
prios homines, vel mancipia, vulgariter Leibat-
gen/ vocamus, ascripti, vel originarij, qui ex as-
criptitijs nascuntur: hi in paucis cum veteribus seruis
2 participant, † siquidem Germania, ex Cornelij Taciti sen-
tentia, in libello de moribus Germaniæ, veros seruos nu-
quam habuit. De hac participatione hominum proprio-
rum cum seruis, eruditè & singulariter scripsit Zas. singu.
responf. lib. 1. cap. 3. nume. 75. cum sequen. vbi omninò vi-
de de eorum operis, & officijs, & singu. responf. lib. 2. cap.
3 7. num. 8. vbi dicit, quòd homines proprij Germanorum
Principum, aut Nobilium, sint serui anonymi, nec ascri-
ptiti, nec coloni, nec capite censi, nec statuliberi, nec li-
berti, de omnium tamen natura participant, vti expli-
cat d. cap. 3. lib. 1. & conf. 19. num. 3. cum seq. vol. 2. incip. in
czusa

causa concernente. Huiusmodi autem serui proprij, passim in Germania sub aliorum dominorum iurisdictione domicilium habent, & fundos possident, quorum nomine operas seruiles præstant, possunt bona propria possidere, officia gerere, & commercia exercere, per notata Zasij d. consil. 19. nu. 1. & nu. 4. Modò quæritur, an t̄ captis huiusmodi hominibus proprijs dominus eorum iure Cõstitutionis pignorationis, pro relaxatione agere possit? Et magis est eum hoc facere non posse, quia licet operas seruiles domino præstare teneantur: tamen propriè eius subditi non sunt, sed eius, sub cuius iurisdictione domicilium habent. Non enim seruitus personalis, vel anonyma, sed t̄ domicilium & habitatio subditos facit, text. in l. domicilium. ff. ad municipal. & in l. si in patria, & in l. ciues. C. de incolis, lib. 10. Nam aliud est, seruũ, aut mancipium, colonum, aut censum, quãt vñd̄ inf̄ man/ & aliud subditum esse, potest enim quis esse seruus t̄ vel colonus meus ratione glebæ & operarum, vt tamen alterius sit subditus ratione Territorij & domicilij, quia, vt dixi, domicilium propriè subditos facit, et per consequens iurisdictione domino Territorij in incolas tribuit, licet alterius serui sint: nam res, & personæ t̄ in Territorio Domini sitæ, vel habitates, eius esse præsumuntur, quoad iurisdictionem & subiectionem, cuius est Territorium, nisi exemptio probetur, text. in c. cum personæ, de priuileg. in 6. & in c. si. §. 1. de officio Archidiaconi, tex. in c. cum episcopus, de off. ord. in 6. gl. ibid. in verbo, habere, & in c. cum olim de præscrip. Natta cons. 501. nu. 31. vol. 3. incip. in causa & lite, & cons. 506. nu. 31. incip. cupiebam, eo. vol. Rolan. cons. 46. num. 35. & nu. 50. vol. 3. incip. in præsent. Dec. cõs. 528. nu. 2. & nu. 9. incip. pro resolutione. Item domicilium habens in aliquo loco, dicitur esse de tali loco, glo. in c. statutum, in verbo, eiusdem ciuitatis, de rescrip. in 6. per illum tex. Alex. consil. 120. nu. 10. vol. 7. incip. viso processu inquisitionis. Et idem alio ordinario remedio iuris, dominus hominis sui proprij cõtra dominum territorij, ratione factæ turbationis, aut præhensionis experiri debet. Vide infra, Obseruat. 15.

Rebus inclusis an locum habeat Constitutio pignorationis.

S V M M A R I A.

1. *Rebus inclusis an Constitutio pignorationis obtineat. Res quando dicitur perempta. ibid.*
2. *Aquipollentium eadem est natura.*
3. *Carceratus intelligitur, qui in publico sine vinculis servatur.*
4. *Civitate pro carcere assignata vinculum civitatis dici posse.*
5. *Relaxatus sub fide representationis in vinculis esse dicitur.*

3. **S**AEPE fit, quod t pignoratōr non abducatur armētum, vel gregem, sed includatur in stabulum aliquod, vel locum aliquem, ut eo exire nequeat. Unde queritur, an tali casu locum habeat Constitutio pignorationis, ita ut is, cuius armentum, vel grex inclusus est, mandatum de relaxando sine clausula iustificatoria obtinere queat? Quid obstat? paria enim sunt rem auferre, vel ita includere, & arcte custodire, ut usus eius intercidat, text. in l. est differentia. ff. in quib. caus. pign. taci. contrah. vbi l. C. videtur praclusionis verbo, & Pomponius l. C. in l. quamvis. ff. ad l. Aquil. includere alienum pecus dixit, & text. in l. penult. C. de leg. Aquil. vbi de pecoribus per iniuriam inclusis, & fame necatis, ad idem text. in §. ceterum, Instituit. eod. titul. Et res dicitur perempta & deperdita, quando usus eius haberi non potest, text. in l. si is qui rem, §. eum qui. ff. de furt. & in l. si constante. §. si vxor. ff. solu. matrimon. & equipollentium t eandem esse naturam & disciplinam notum est, per text. in Clemen. exiui. §. ut autem, de verb. signifi. text. in c. tuam, de consang. et affin. gloss. ibid. in verbo, equipollentibus, text. in l. si mater. C. de institut. & substitut. vbi gloss. in verb. sua causa, gloss. in l.

in l. fin. §. si. in verbo, tueri. ff. mand. Et t̄ carceri mancipa-
tus dicitur, non solum qui in carceribus est, sed etiam qui
extra carcerē ita angustē, certo loco circumscriptus est,
ut ab eo recedere ei sub pœna non liceat, so einer in eine
Stadt/oder sein eigen hauß verstrickt wırdt/ per tex. in
 l. solum. ff. de verb. sign. vbi dicitur, solum non intel-
 ligi eum, qui in publico sine vinculis seruatur, & text. in
 l. succurritur. §. si. cum l. seq. ff. ex quib. caus. maior. vbi l.
 C. ait, inclusos vincitorum numero haberi, nihilq; inter-
esse parietibus. an compedibus quis teneatur. Bald. in l. v-
 nic. nu. 13. C. de confess. Panor. in c. accedens, nu. 1. cū seq.
 de procurato. Lanfranc. in c. quoniam contra, de probat.
 versic. confess. nu. 13. Et t̄ huiusmodi carceres publicos,
 putā quando tota ciuitas alicui pro carcere datur, vincu-
 lum ciuitatis appellare possumus, per tex. in l. exilium. ff.
 de in terdict. & relegat. vbi l. C. relegationem in insulam,
 vocat insulæ vinculum. Regulariter, Nobilibus, & in di-
gnitate constitutis per sonis totum Palatium, vel tota Ci-
uitas pro carcere assignari solet. Ange. in l. penult. num. 2.
 ff. quod met. caus. lat. in repet. l. admonendi, nume. 174. ff.
 de iureiur. Tiraqu. de Nobil. cap. 20. num. 29. cum seq. vbi
 hoc latius prosequitur. Sic quoque certa pars prouincie
 pro carcere dari potest, ne illam iniussus egrediarur. Dd.
 affinare vocant, per tex. in l. relegatorum. §. sicut. ff. d. tit.
 vbi fit relegatio in certam partē prouincie ne illam egre-
 diatur. lat. in repetit. d. l. admonendi, nume. 173. cum se-
 quen. ff. de iureiur. Dec. consil. 219. num. 9. incip. viso pun-
 cto. Ange. in d. l. penult. ff. quod met. caus. Dd. in l. cui pa-
 cto. ff. de seruis exportan. Francisc. Marc. quæst. 360. cum
 sequen. & quæst. 354. num. 39. In vinculis t̄ quoque dicun-
tur esse, qui interposita stipulatione ita relaxati sunt, ut
moniti iterum se repræsentent, & certo loco sistant.
So ainer die handt von jme gibt/auff erfodern sich wi-
derumb etnustellen/ per text. in l. in eadem causa. ff. ex
 quib. caus. maio. gloss. ibid. in verbo, non possunt, & text.
 in l. nec non. §. 1. ff. eo. tit. Bar. in l. 1. nu. 1. ff. de custod. reo.
 Et hoc in Germania frequenter fieri solet.

OBSER

Rebus extra locum controuersum ablati-
tis, vel personis captis, an iure Consti-
tutionis restituendæ & relaxan-
dæ sint.

S V M M A R I A.

- 1 Pignoratio fieri potest extra locum controuersum.
- 2 Voluntas pignorantis spectanda, non locus.
Finis designat qualis res censenda. *ibid.*
- 3 Ratio finalis est anima dispositionis.
Finis est principium in intentione, & ultimum in execu-
tione. *ibid.*
- 4 In criminalibus & contractibus, voluntas delinquentium
& contrahentium spectanda.
- 5 Locorum diuersitas quando inducat diuersitatem iuris.
- 6 Interdictum de vi & vi armata ad omnem partem pos-
sessionis pertinet

OBSERVANDVM quoque Constitutionem † pi-
gnorationis non solum locum habere, quando in
loco controuerso pignora capiuntur, aut subditi
in loco domicilij captiui abducuntur, sed etiam si hoc fiat
in alieno vel proprio territorio pignoratoris, inconti-
nenti, vel ex interuallo, dummodò noui iuris acquirendi
gratia in loco controuerso, res, vel personæ capiantur,
quòd in libello supplici clarè narrandum est, non enim
de facto, sed de causa faciendi queritur. text. in l. verum
est, ff. de furt. Sufficit ergo pignora capta noui iuris ac-
quirendi gratia, quocunq; locorum hoc fiat: nam † vo-
luntas pignoratoris magis quàm locus, aut tēpus specta-
da, qua intentione, & quo fine pignora capta sint: quia fi-
nis designat qualis res censenda sit, tex. in c. fraternitatis,
in si. extr. de frig. & malef. tex. in l. sed et si quis. §. fin. ff. de
usufruct. Specu. tit. de fructib. & interesse, §. l. nu. 7. Afflic.
in c. 2. num. 49. de feudi cognit. Hinc dicimus finem cui-
usque

in ſque rei magis conſiderandum, quàm principium, text. in Authen. de nupt. §. quia verò haſtenus, gloſſ. ibid. in verbo, euentus. Afflicti. in c. 1. §. ſi quis hominem, nume. 25. de pace tenen. Pariſ. conſi. 78. num. 13. vol. 1. incip. magnificus dominus, vbi dicit cauſam ꝓ & rationem finalem eſſe animam ipſius diſpoſitionis, per alleg. ibid. Cauſa autem finalis Conſtitutionis pignorationis, eſt pax publica, ne illa captis indignè perlonis, & pignoribus, violetur: vti ex præſatione, vel exordio Conſtitutionis diſertè videre eſt, non ergo ſpectandum, quo loco fiat pignorationis cōtra Conſtitutionem, ſed qua mente & intentione, quōne fine fiat, [nam ex ſententia Ariſtotel. cuncta ſecundum finem moderanda ſunt: cū finis ſit principium in intentione, & vltimum in executione.] In ꝓ criminalibus animus & voluntas diſtinguunt maleficiã, text. in l. qui iniuriã. ff. de furt. & in l. Diuus. ff. ad l. Cornel. de ſicar. text. in d. l. verum eſt. In actione iniuriarum animus iniuriandi conſideratur: iniuriã enim ex affectu facientis conſiſtit, text. in l. illud. §. 1. ff. de iniur. In contractibus magis voluntas, quàm verba attenduntur, text. in l. in conuentionibus, ff. de verb. ſigniſi. & in c. intelligentia, & in c. propterea, eod. titu. text. in l. Labeo. §. ſi. ff. de ſuppel. legat. non enim ſermoni res, ſed rei ſermo ſubiectus eſt, text. in d. c. intelligentia. Vnde vulgatus iſte verſiculus:

Quicquid agunt homines intentio indicat omnes.

Ad idem eſt text. in l. non omnis. ff. ſi cer. petã. ſic in vltimis voluntariis eorum facit voluntas teſtatoris, inquit Iulianus. l. C. in l. ex factõ. §. rerum autem. ff. de hæredib. inſtit. ad idem text. in l. cū virum. C. de fideicom. & in l. penult. ff. de leg. 1. Hanc igitur intentionem iudex conſiderare debet, non locum, aut tempus, vt iam dictum eſt, quò pertinet quod ſcribit Bart. in l. petendã, num. 7. C. de tempor. in integ. reſtit. quòd quandò ex ꝓ diuerſitate locorum inducitur diuerſitas rationis, tunc inducitur quoque diuerſitas iuris, text. in l. 1. C. de dilat. & in l. precia. ff. ad l. Falcid. text. in l. ideò. ff. de eo quod certo loco. Si verò non inducitur diuerſitas rationis, nõ debet induci diuerſitas

- 6 *sitas iuris, d. l. petendæ. Ad idem facit text. in l. r. §. rectif-
simè, vers. ibi autem. ff. de vi & vi arm. vbi dicitur, quòd t
interdictum de vi & vi armata, non fit ad angulum, vel
ad locum tantum, vnde quis vi deiectus est, referendum,
sed ad omnem partem possessionis, qua quis caruit cum
deijcitur.*

OBSERVATIO XI.

Rebus pignoris precio redemptis, an
ad restitutionem precij agi
possit.

S V M M A R I A.

- 1 *Precium pro redemptione pignorum datum restitui de-
bet.*
- 2 *Precium in feudis non succedit loco rei.*
- 3 *Neque in particularibus.*
- 4 *In vniuersalibus precium succedit loco rei.*
- 5 *Alienatis rebus restitutioni subiectis, succedunt qua eo no-
mine vicissim comparata sunt.*
- 6 *Quid in actione reali, & personali.*
- 7 *Pignurator censetur esse in dolo, quia facit rem illi-
citam.*
- 8 *Res ei abest, cui precium abest.*

- 1 **Q**UID si subditi res t pignori captas, puta boues, e-
quos, vel oues, ex armento, equitio, vel grege, pro
vitado interitu, a pignorate, precio certo redimant,
an ne dominus eorum, immediatè in Camera Imperiali,
beneficio Constitutionis ad restitutionem precij agere,
& mandatum sine clausula, de reddendo precio obtinere
possit? Decisio consistit in eo, vrùm precium succedat lo-
co rei. In feudis t memoria tenendum, precium compa-
ratum, ex re feudali, loco rei non succedere, adeoque
conuentionem & pactum non valere, quod pecunia sit,
vel habeatur loco rei, tex. in c. r. §. sciendum, de feud. cog-
nit. Afflict. ibid. numc. 8. vbi omninò vide limitationes.

Bald.

Bald. in c. 1. nu. 6. de feud. non hab. prop. nat. feud. Iaf. in l. si eum seruum, nu. 6. ff. si cert. pet. pulchrè Schurff. confi. 11. cent. 1. incip. in proposito, per totum. Et pro regula traditur, in particularibus præcium loco rei non succedere, text. in l. venditor. ff. de hered. vel act. vendit. & in l. si quis vxori. §. si Titius. ff. de furt. text. in l. qui vas. §. si. ff. eo. tit. Socin. in fall. regula 302. incip. præcium, vbi duodecim fallentias ponit. Barto. verò præclare distinguit in l. qui à debitore. ff. quæ in fraud. credit. inter iudicia vniuersalia, particularia, & personalia. In vniuersalibus, præcium est hereditas, & fideicommissum vniuersale, & sic in petitione hereditatis, & Trebellianica restitutione sine dubio præcium succedit loco rei, text. in l. si & rem & præcium, ff. de pet. hered. gloss. ibid. in verbo, quia potest, text. notab. in l. Imperator. §. fin. cum duabus ll. sequen. ff. de leg. 2. vbi communiter Dd. & idè secundum veram conclusionem, grauatus præ fideicommissio, si bona restitutioni subiecta alienat, & eorum loco alia comparat, bona emptæ loco alienatorum succedunt, ita quòd fideicommissarius casu eueniente, huiusmodi bona emptæ, tanquam in locum alienatorum surrogata petere possit, per text. in d. l. Imperator. §. fin. vbi Barto. pulchrè distinguit, num. 1. & 2. & communiter Doct. text. in l. cum multi. ff. si pars hered. pet. Francis. Curtius iunior consil. 191. num. 98. volum. 3. incip. diligenter ac maturè, & consil. 271. nume. 12. eod. volum. incip. vt satisfaciam. In particularibus verò, quando actio est realis, præcium non succedit loco rei, nisi in subsidium, re præscripta, vel vsucapta, text. in l. mater. C. de rei vendic. & in d. l. si eum seruum. ff. si cert. pet. In personalibus autem præcium succedit loco rei, quando aliquis conuenitur ratione doli, per text. in d. l. qui à debitore: secus si ex simplici contractu conueniatur, d. l. venditor. ita Bart. in d. l. qui à debitore, & est glo. notab. in l. Eabeo & Sabinus, in verbo, præcium. ff. de verb. signis. In proposito ergò, etsi in particularibus regulariter, vt dixi, præcium non succedat loco rei: tamen hoc in multis casibus non procedit, præsertim in actione quod metus causa, text. in l. si ipsa res. ff. quod met. causa, glo. in d. l. Eabeo,

325

6

falli

Eabeo,

Labeo, Socin. d. regula 302. fall. 9. & ratione doli, quando aliquis ratione doli conuenitur, text. in d. l. qui à debitore. Bart. ibid. num. 1. At si pignorantem in dolo esse quoad pignora ablata, saltem præsumpto, perspicuum est, quoniam facit rem illicitam, & iure communi, & Constitutionis Imperij prohibitam. Vnde eo ipso censetur esse etiam in manifesto dolo, text. in l. 2. §. doli mali mentio. ff. vi bono. rapt. text. in l. si ex plagis. §. tabernarius. ff. ad l. Aquil. Afflict. in c. 1. §. si quis hominem, de pace tenen. & eius violato. in 2. notab. nu. 3. gloss. in c. 1. in verbo, ludens, de præsumpt. Felin. in c. in præsentia, nu. 13. de probat. l. 1. in l. in actionibus, nu. 23. ff. de in lit. iur. Angel. in l. si quis ex domo, num. 2. ff. de furt. proinde merito in subsidium precium succedit loco rei, & per consequens, precium via mandati ex Constitutione Imperij pignorationis, repeti potest, ne pignorans cum iactura alterius inique & dolose locupletetur, habetque locum regula, quod res ei abesse videatur, cui precium abest, per text. valde sing. in d. l. Labeo & Sabinus, & in d. l. qui à debitore, ite quod precium pignoranti datum, sit quasi pignoris permutatio, per text. in l. quia qui precio. ff. de usufru. & quemad. quis vta. vbi dicitur, qui precio fruitur, non minus habere intelligitur, quam qui principali re vtitur, fruitur. ad idem est tex. notab. in l. si vsusfructus legatus. §. fin. ff. eod. titu. tex. in l. item quamuis. §. 1. ff. communi diuid. & in l. sed si quis seruum, cum l. sequen. ff. de peculio. Et ita vsu forensi receptum, & lege Imperij in Comitij Augustanis anno 66. in §. als auch in 22. articulo sancitum est.

OBSERVATIO XII.

De mutuis pignorationibus.

S V M M A R I A.

- 1 *Mutua pignorationes prohibita, quomodo pacem publicam possunt turbare, & nu. 3.*
- 2 *Bellum pro defensione rerum an sit licitum.*
- 3 *Crimina non relatione, sed innocentia purgantur.*

S AEPER' fiunt mutuz & reciprocz pignorationes, vulgariter Orgenpfandung / magno subditorum innocentium malo & incommodo, queritur igitur an licita sint mutuz pignorationes, præsertim prius offenso & pignorato? Quod videtur, cum vim vi repellere omni iure licitum sit, text. in l. vi vim. ff. de iust. & iur. & in c. si verò, el. 1. de sent. excom. cum similib. adeoq; bellum iustum reputetur, quod pro defensione rerum suarum suscipitur, vt notant Dd. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. Bar. in l. hostes, nu. 9. ff. de capti. & postli. reuer. Innoc. in c. olim causam, num. 2. de restit. spolia. Jacob. de S. Georg. in verbo, & promiserunt, num. 10. Marti. Garritus in tracta. de bello, in princi. Sed magis est, vt mutuz pignorationes non admittantur, quia ille non ad necessariam defensionem, quæ in continenti cum moderamine inculpatæ tutelæ permittitur, d. l. vi vim, & ibid. communiter Dd. sed ad interdictum Retinendæ possessionis, & sic ad rem familiarem pertinent, text. in l. 2. §. hæc autem interdicta. ff. de interdic. Vnde si fiat repignoratio, siue mutua pignoratio, vtrique parti in causa Mandati paritio iungitur, vt scilicet pignora ablata restituant, quibuscumque exceptionibus non obstantibus. Pignoratus enim via iuris, non facti, id est, repignorationis, ius suum & possessionem defendere, tuerique debet, text. in l. ex rat. ff. quod met. caus. & in l. meminerint. C. unde vi, text. in §. si quis verò, de pace tenen. & iuram. firm. & in Auth. sed omnino. C. ne vxor pro mari, quemadmodum in simili, crimina t non relatione, sed innocentia purgari necesse est, text. in l. is qui reus. ff. de publ. iudic. Imò huiusmodi repignorationes ad deteriorem exitum & arma spectant, quoniam animi vtrinque exacerbantur, & dum alter alteri cedere non vult, ad arma venit, paxque publica læditur, quod iudex mandatis pœnalibus præcauere debet, vigore huius Constitutionis, argum. l. æquissimū. ff. de usufruc. Idcirco enim iudiciorum vigor iurisq; publici tutela in medio constituta est, ne quisquam sibi ipsi permittere valeat vltionem, ita text. in l. nullus. C. de Iudicis & coelicolis, ad idem est text. in l. 1. in princip. ff.

D d quor.

quor. legat. & in l. i. C. ne quis in lra caus. iudic. text. in l. i. §. & parui. ff. quod vi aut clam, & in l. si ex stipulatione, ff. de acqu. vel amitten. possess. Imò pacis publicæ gratiâ, si mandatis non pareatur, & res ad deteriore[m] exitum, puta bellum, vel publica scandala vergat, Iudex possessionem, ex Constitutione Imperij de litigiota possessione, etiam ex officio sequestrare potest, vt Obseruat. lib. i. Obser. s. plenius dixi, per allegata ibid.

OBSERVATIO XIII.

De processu pignorationis in causa Mandati.

S V M M A R I A.

- 1 Pignorationis processus duplex est, Mandati & citationis.
- 2 In causa Mandati fit præceptum de restituendis pignoribus, vel relaxatione personarum.
- 3 Mandatum super pignoratione sine clausula decernitur.
- 4 Pignorationes omni iure sunt prohibita, idè valet præceptum Camera.
- 5 Processus in causa mandati qualis sit.
- 6 Clausula, nunc, prout extunc, quid operetur. Pecunia omnes res æstimantur. ibid.
- 7 Vbi maius periculum, ibi cautiùs elegendum. Absurdum non est, animas hominum in quibuscunque causis præferri. ibid.
- 8 Stylus iudicij pro lege obseruandus.

PROCESSVS est ex Constitutione pignorationis bipartitus est, puta mandati, & citationis: Primò enim mandat Imperator, vel Camera vice Imperatoris, vt captius statim à die insinuati mandati relaxetur, aut pignora ablata restituantur: deinde citatur pignorator ad deducendum, & allegandum causas pignorationis, quæ citatio ad possessorium Retinendæ pertinet, vt dixi
suprà

ſuprà, Obſeru. 1. in fin. In cauſa ꝑ Mandati ita proceditur: **I**gnoratori ſub pœna certa pecuniaria, quæ præcepto **i**nſeritur, mandatur, **i**dque ſine clauſula iuſtificatoriz, vt **c**aptiuum illic & ſine ſuo ſumptu, obne entzeſſ/relaxet, aut pignora capta è veſtigio, integrè, pleneque reſtituat, ad iecta citatione, **n**on ad contradicendum, vel allegandum cauſas, quare non teneatur parere mandato, ſed **d**ocendum de vera partitione: quia, vt dictum eſt, huiusmodi mandata ꝑ ſine clauſula decernuntur, quod idè conſtitutum eſt, quia ꝑ **p**ignorationes omni iure tam com-
 muni, quàm Imperij prohibitz ſunt, tex. in Auten. vt non ſiant pignorat. pro alijs perſonis, text. in c. vnico, de iniurijs, lib. 6. & per alia iura ſuprà. Obſer. 3. allegata, quo caſu iudicem à præcepto incipere poſſe, communiter receptum eſt, quia præſentia citati actum impedire nequit, & ſic ceſſat ratio l. nam ita Diuus. ff. de adopt. cum ſimilib. per tex. in l. 1. & in l. 4. §. videamus. ff. de fideicom. liberta. & in l. qui poteſt inuitis. ff. de reg. iur. tex. in l. ſi eũ ſeruũ, §. ſi. eo. titu. & in l. recuſare. ff. ad S. C. Trebell. Iaſ. in l. reſcriptum, num. 4. ff. de pact. Dd. in l. de pupillo. §. meminiffe. ff. de ope. no. nunc. Pariſ. conſi. 1. nu. 33. volum. 1. vbi dicit valere actum abſque citatione, quoties certum eſt alicui non competere deſenſionem, per iura allegata. Felin. in c. cùm olim, num. 11. de ſenten. & re iudic. Hippol. ſing. 30. nu. 2. Maran. par. 6. tit. de citatio. num. 5. **P**oſtquam verò ꝑ **m**andatum legitimè inſinuatum, & in iudicio reproductum eſt, ſiquidem pignorator in termino præfixo compareat, & de plena partitione doceat, benè eſt: ſi minùs pignorato **c**õtumaciam aduerſarij accuſante, ad pœnæ declarationem proceditur: in qua quidem declaratione, perſonarum & rerum diſcrimen uſu forenſi obſeruatum: nam perſona capta, non docenti de partitione in primo termino, ſtatim alius ſub euentuali, vt vocant, declaratione præſigitur, hoc pacto: **W**o er **B**eſclagter in ſolcher angeſenſter zeit/ nit gehorſamen wurde/ das er iho als dann/ vnd dann als iho/ in die peen der außgangenen verthündien/ vnd reproducirte Mandat
 Dd 2 einuer

einverleibt / hienit decloriert / ferner Proceß / auch er-
 fthend / etc. Latine: Nisi Reus intra præfixum terminum
 de partitione doceat, quòd nunc, prout ex tunc, & tunc
 prout ex nunc, in pœnas mandato emanato, & reprodu-
 cto insertas, declaratus esse, & vltiores processus (intel-
 lige sub pœna Banni Imperialis) decreti esse debeat. Hac
 enim ¶ clausula, videlicet, nunc, prout ex tunc, in iudicijs
 vtimur, de cuius effectu vide Bartol. in l. lecta, num. 1. ff. si
 cert. pet. Bald. in Authent. contra rogatus, num. 1. & 2. C.
 ad S. C. Trebell. Panorm. in c. pastoralis, num. 3. de except.
 Felin. in c. licet causam, numo. 6. de probat. vbi que dicunt
 illam clausulam extremitatem temporis significare. Ca-
pis verò pignorib. finalis, vt vocant, comminatio, secun-
do termino partitionis adijcitur sententiæ, hoc modo:
 Wo der Beklagter in angefezter zete nicht gehorsamen
 wurde / daß als dann der gepeitener Declaration peen
 halben / auff des gegenheils ferner anruffen / endtlich
 ergehen soll was recht ist. Latine: Nisi Reus intra præfi-
 xum terminum de partitione doceat, quòd tunc ratione
 declarationis pœnz ad partis aduersæ vltiorem instan-
 tiam finaliter fieri debeat, quod iuris est. Et licet vsus &
 stylus iudicij loco rationis sit, text. in c. ex literis, de con-
 stitutio. & in c. 2. de præben. lib. 6. rex. in l. 2. C. quemadm.
 testam. aperian. & in l. si quando, la. 2. C. de bonis vacant.
 libr. 10. tamen obseruatio illa in æquitate naturali veria-
 tur, eò quòd maior sit dignitas & excellètia personarum,
quàm rerum: maior periculum in homine innocenter &
inique capto, quàm in pignoribus ablatis, per tex. notab.
 in l. sancimus, la. 1. in fine. C. de sacrosanc. eccles. & in l. fi-
 liusfam. §. secundum vulgarem. ff. de lega. 1. & in l. 2. ff. de
 statu hom. Omnes enim res pecunia æstimantur, tex. in l.
penul. §. & neminem. C. de constit. pecu. sola libertas ho-
minis, est res inæstimabilis, tex. in l. libertas. ff. de reg. iur.
 & in l. non est. §. infinita. ff. eod. titu. & idèò neque vendi,
 neque in stipulationem deduci potest, text. in l. inter sti-
 pulantem. §. sacram, & in l. liber homo. ff. de verb. oblig.
 text. in l. liberi. ff. de contrah. empt. & vendit. Vbi igitur
 † maior

† maius periculum, ibi plenius & maturius quoque consulendum est, text. in c. vbi maius, de elect. libr. 6. & in l. 1. §. sed si quis. ff. de Carbonia. edict. glos. notab. in l. fin. in verbo, indicijs. C. de probat. dicens, perspicacius agendū, quoties de hominis vita & salute agitur, per tex. notab. in l. addictos. C. de appell. [text. in l. sancimus, la. 2. §. fina. C. de sacros. eccles. vbi dicitur non esse absurdum, animas hominum, quibuscunque causis præferri. Quo pertinet illud Ouidia.

*Os homini sublime dedit cælumq; tueri,
iussit, &c.]*

sed memoratum discrimen non tam exacte, neq; pro lege obseruatur, sed iudicis arbitrio, pro cōditione & qualitate personarum, relinquitur, tamēti Stylus iudicij alias pro lege obseruandus sit, ad eō vt factum contra stylum & consuetudinem iudicij non valeat, late Felin. in c. 2. num. 16. cum seq. de rescript. Zaf. consil. 11. nu. 3. vol. 1. incip. X. de B. Affict. in c. 1. nu. 107. de mil. vasal. qui contumax est, & decis. 79. nume. 4. vbi dicit longæum vsuq; causarum posse allegari pro iure tam ad litis ordinacionem, quam eius decisionem, vide Dd. in c. fin. de consuetud. & in d. c. ex literis, de constitutionib. & in d. c. 2. de præbend. lib. 6. & Obser. lib. 2. Obser. 31.

OBSERVATIO XIII.

In causa mandati an exceptiones contra partitionem admittantur.

SUMMARIA.

- 1 Constitutio pignorationū sanctae immediatē iurisdictionem Camere.
- 2 Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis. Regulam pro se habens incertum habere dicit. ibid.
- 3 Exceptio maleficij admittitur ante partitionem.
- 4 Forum quod sit ratiōne delicti, in loco delicti.
- 5 Captus in loco iurisdictionis ab alio ob commissam uitam.

fictum non est relaxandum, & qua actione dominus territori agat.

- 6 *Exceptio maleficij celeriter probanda.*
- 7 *Exceptio nullitatis ex defectu iurisdictionis impedit partitionem.*
- 8 *Qualitas à lege requisita omitti non potest, ad hoc ut actus valeat.*
- 9 *Exceptio nullitatis ex defectu mandati impedit quoque partitionem.*
- 10 *Legis dispositio non habet locum, si verba legis factis non conueniunt.*
- 11 *Lex vel statutum tollens nullitates, non excludit nullitates iurisdictionis.*

MEMINISSIS oportet in causis pignorationum, priuilegia fori, & exemptionis locum non habere, & ideo exceptiones fori declinatorias opponi non posse, quia lex Imperij, hoc est ipsa Constitutio pignorationis iurisdictionem Cameræ immediate tribuit, & priuilegio primæ instantiæ, puta, der ordentli-chen austräg/derogat, idque factum communi Statuum Imperij consensu, facit text. in l. & quia. ff. de iurisdic. om. iud. glo. ibid. in verbo, nec ipsa, & text. in l. i. ff. de offic. eius cui mand. est iurisdic. [glo. in c. suspicionis, in verbo, ad quos, de officio iudic. deleg. Innoc. in c. cum ab Ecclesiarum, nu. 3. de offic. iudi. ordina. Panor. in c. ceterum, nu. 2. de iudic.] Dixi autem proxima Obser. mandata pignorationis de relaxando, vel restituendo pignore, esse præcisa, & præceptiua, ut vocant, sine vlla clausula iustificatoria. Modò quæritur, an pignorator in termino re-
productionis, in causa mandati, exceptiones contra partitionem obijcere possit, hoc est, allegare causas, cur mandato pignoris non teneatur. Notum est t exceptionē firmare regulam in casibus non exceptis, text. in l. nam quod liquide. §. si cui. ff. de penu leg. & in l. si. §. cui dulcia, ff. de tritico, vino, vel oleo legato. Dd. in l. i. ff. de reg. iur. Maynerius ibi, nu. 30, ubi dicit exceptionē debere esse de prædicato

dicato regulæ, per iura allegata. Regulariter igitur nul-
lam exceptionem mandatū admittit, nisi regulæ expresse
 & in specie derogatum sit. Habens enim regulam pro se,
 ius certum habere dicitur, donec contrarium probetur,
 text. in l. ab ea parte. ff. de probat. Barto. ibid. num. 1. facit
 text. in l. sup. §. puto, in si. ff. de hæred. insti. text. in c. si. de
 de restit. spolia. in 6. las. in l. 2. nu. 33. ff. si quis in ius vocat.
 Curt. iunior consi. 229. nu. 27. vol. 3. incip. visis & diligen-
 ter. Natta consi. 636. nu. 183. volum. 3. incip. multa sunt. Ro-
 land. consi. 93. nu. 10. volu. 2. incip. per lectis verbis. Ceph.
 consi. 195. num. 4. vol. 2. incipien. Vincentius, & consi. 206.
 num. 27. volu. 3. incip. visis & diligenter, atqui in Consti-
 tutione pignorationis unicus t. tantū casus à regula nunc-
cupatum excipitur, pura maleficij, ibi, allam maleficij sa-
chen außgenommen / id est, exceptis tantū causis crimi-
 nalibus: proinde si pignurator in termino citationis, vel
 partitionis, opponat contra iniunctam partitionem, cau-
 tam esse criminalem, captiuum detineri ob commissum
 maleficium, certè ante partitionē audiendus est, quia hunc
 casum Constitutio pignorationis disertis verbis exci-
 pit, idque optima ratione, ne crimina maneat impuni-
ta, vulgata l. ita vulneratus. §. quod si. ff. ad l. Aquil. cum
concordantibus. Nam maleficij comprehendit, & carce-
ribus mancipari possunt & debent, text. in l. 1. ff. de custo,
& exhib. reo. & ibid. pulchrè Bart. nu. 1. cum seq. maximè
si in territorio eius, qui coepit, delictum commissum sit.
 Auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi oport. forum t
 enim quis sortitur, non solum ratione originis & con-
tractus, text. in c. 1. §. contrahentes, de for. comp. & in l.
origine. C. de incolis libr. 1. & in l. hæres absens. §. si. ff. de
iudic. sed etiam ratione maleficij, si ibi loci reperitur, &
in vincula conijciatur, text. in c. si. de for. compe. & in l. si
cui. §. idem Imperator. ff. de accusatio. text. in l. fin. ff. eod.
tiru. & in l. si. C. vbi de crim. agi oport. Cano. in c. licet ra-
tionem, de for. comp. Panor. præclare ibi. nu. 29. cū seq. Soc.
Jacif. in c. postulasti, [num. 4. & num. 13. per illum text.]
eo. tit. Dd. in d. l. hæres absens. ff. de iud. Sed quid si quis t
 ob delictū in loco domicilij, à domino alterius territorij
 captus,

Excep
 Maleficij

fruct

captus, & aliò traductus sit, an locus erit huic Constitutioni pignorationis? Non puto: nam etsi hoc iniquè fiat, text. in l. si. de offic. præf. vrbis, & in l. 3. ff. de offic. præf. tamen quia ob delictum factum, non acquirendi alicuius noui iuris gratia, quod requiritur, vt dixi supra, Obser. 3. pignoratio facta esse non intelligitur, & Constitutio generaliter causas criminales excipit, absque vilo discrimine: lege itaque non distinguente, nec nos distinguere debemus, vulgata l. de precio. ff. de publicia. text. in l. si verò negotiū. §. de viro. ff. solu. matt. Quapropter turbatus in sua iurisdictione, ob captum suum subditū in loco domicilij ordinaria iuris via corā competente iudice, vermög der Anstätt contra turbantem experiri debet, vel actione iniuriarum, aut ratione violati territorij, & actione l. Iuliz. de vi publica, text. in d. l. si. ff. de offic. præf. vrbis, glo. ibid. in verbo, iubere, & in d. l. 3. ff. de offic. præf. & per notata in trac. fractæ pacis, lib. 1. cap. 16.

6 Opposita hac t exceptione maleficij contra mandatam partitionem iudex excipienti breuem & peremptoriū terminum probandi suam exceptionem assignare, & accurate perpen serere debet, nè malitiosè differendæ partitionis ergò huiusmodi exceptio opponatur, argu. tex. in l. quoniam. C. de appellat. & in l. cum reis. C. de pænis, & in l. si quis fortè. ff. eod. titu. Sed nunquid plures exceptiones partitioni mandate obijci possunt? Vtique, puta t exceptiones nullitatis ex defectu iurisdictionis. Iurisdictione Cameræ in causis pignorationum ex qualitate personarum fundatur: vult enim Constitutio vtramque partem principaliter subesse Imperio, tam pignoratorem, quam pignoratam, d. Obser. 3. Si igitur alteruter non sit principaliter sub Imperio, deficit iurisdictione Cameræ, & turbatio facta ad iudicem ordinarium spectat, vnde huiusmodi exceptio obiecta releuans est, & probata tollit iurisdictionem Cameræ: nam quoties lex ad actum aliquem, certam t qualitatem requirit, illam interuenire oportere necesse est, ad hoc vt actus valeat, text. in l. 1. §. quod autem ait, ff. ne quid in flum. pub. Barto. ibid. nu. 1. Hippol. singul. 187. num. 3. cum sequen. incip. qualitas, & ad rub. C. de proba.

7

8

Nullitas
de iuris
de iuris

num. 456. At Constitutio pignorationis hanc qualitatem
 expressè requirit: ergò ea deficiente, deficit quoque iurisdictionis Camera, [per notata suprâ Observat. 1.] eodem modo admittenda exceptio nullitatis ex defectu mandati, vt si Præfectus, vel Officialis domini, sine eius mandato pignorasset, quo casu in causa mandati pignorado incumbit probatio consensus, vel rati habitionis domini, ve pleniùs dixi suprâ Observat. 5. aliàs iurisdictionis Camere non esset fundata: licèt igitur Constitutio pignorationis vnicum casum maleficij exprimat, tamen exceptiones nullitatis ex defectu iurisdictionis non excludit, imò eo ipso censetur expressè admissa exceptio nullitatis iurisdictionis, quòd Constitutio disertè velit vtrancq; partem subesse Imperio: si igitur † verba legis factò non conueniunt, nec eius dispositio locum habet, text. in l. 4. §. roties. ff. de damn. infect. Hippol. ad d. Rubr. C. de probat. nume. 454. & nume. 457. Præterea nullitatis exceptionem ex defectu iurisdictionis, nunquam † lex, vel statutum censetur excludere, licèt generaliter omnes nullitates tollat, quia iudicatum non potest dici ab eo, qui ius dicendi non habuit, text. in l. 1. §. fin. ff. ad S. C. Tertul. & in l. 1. §. hæc autem verba. ff. quod quisque iur. text. in l. 2. §. fina. ff. de poen. & in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. Paris. consil. 23. nume. 102. cum sequent. volum. 2. incip. licèt dominus, pulchrè Alexand. consil. 77. num. 8. volum. 2. incip. in causa & lite. Gozad. consil. 72. num. 6. incip. in causa ex ciuitate. Philipp. Portius lib. 4. commun. opin. conclus. 24. Vant. in tracta. de nullita. ex defec. iurisdictionis, num. 4 & ideo huiusmodi exceptiones nullitatis ex defectu iurisdictionis, in causa mandati de relaxando, nõ rejici, sed ad probandum admitti debent, aliàs sententia partitionis esset ipso iure nulla, & index in reuisione, vel syndicatu succumberet, text. in d. l. 4. §. cõdemnatum. ff. de re iudic. & in l. 1. §. hæc autem verba. ff. quod quisque iur. text. in l. 1. & in l. final. C. si à non compet. iudic. esse dicatur. & in l. final. ff. de iurisdic. omni. iudic. Docto. vbi suprâ.

Subiectionis exceptio an impediat
partitionem.

S V M M A R I A.

- 1 Exceptio subiectionis an impediat partitionem mandati.
Iudex in dubio cognoscit, an sua sit iurisdictio. *ibid.*
- 2 Subditus varijs modis accipitur.
- 3 Vasallus non est subditus domini, licet forum domini sortiatur.
- 4 Vasallus sine venia dominum in ius vocat.
- 5 Clerici in feudo forum laicorum sortiuntur, non tamen sunt subditi.
- 6 Forum sortiri, & legibus loci alligari paria sunt, sed forum sortiri, & subditum esse, disparia.
- 7 Subditus proprie quis dicitur ratione domicilij.
- 8 Appellatione domicilij, in dubio habitationis, non originis venit.
- 9 Relaxatio nullum adfert causa principali praesudicium.
- 10 Qualitas subiectionis si dubia sit, non debet impedire partitionem.
Confessio omnium probationum firmissima. *ibid.*
- 11 An Princeps subditos suos alterius Principis emphyteutas collectare possit.
- 12 Prædia optimo iure que dicantur.
- 13 Agri incensum referuntur ad loci, ubi possidentur.
Prescriptione immemoriali immunitas à collectis acquiritur. *ibid.*
- 14 Qualitas requisita non potest à facto principali separari.

OLIM in Camera Imperiali, in causa siue puncto mandati, ante partitionem admittebatur etiam exceptio subiectionis, videlicet captivum non esse subditum Actoris, sed Rei citati, & ideo Constitutionem
de

de pignorationibus non habere locum, ob defectum qualitatis requisitæ: nam Constitutio requirit subditos alterius esse captos, & ideò huiusmodi exceptio subiectionis, tanquam qualitas tribuens Camere iurisdictionem, ad probandum admittebatur, & summarie cognoscebatur de illa qualitate, idque per regulam, quòd quoties de iurisdictione iudicis dubitatur, iudex in primis cognoscere debeat, an sit sua iurisdictione, tex. in l. 2. §. sed si dubitetur. & in l. si quis ex aliena. ff. de iudic. Doct. in l. 2. ff. si quis in ius vocat. Socin. Felin. & alij in c. si clericus, de foro compet. Sed hodie aliter in Camera observatur, & huiusmodi exceptio subiectionis non admittitur, quia altioris indaginem requirit, meritaque causæ principalis concernit, & longam discussionem exigit, quæ innocentis captivo omnium foret molestissima, quòd tantisper in squalore carceris detineri deberet, donec inter litigantes subiectionis quæstio iudicis sententia decideretur, cum res inter alios acta, tertio præiudicare non debeat, toto titulo. C. res inter alios acta, & text. in l. sepè. ff. de re iud. Varijs enim modis subditus accipitur, puta ratione originis, domicilij, glebæ, contractus, vel delicti, text. in c. ex parte B. de foro compet. gloss. & Doct. ibid. text. in c. licet ratione, eodem titulo. gloss. ibid. in verbo, ratione delicti. Soci. & alij ibid. Doct. in l. hæres absens. ff. de iud. Platea in l. 1. C. de municipib. & original. num. 1. lib. 10. Barto. in l. assumptio. §. 1. num. 1. cum sequen. ff. ad municip. glo. in Clem. vnic. §. eisdem etiam, in verbo, subditos, de foro compet. ex qua gloss. singulariter notant Doct. quòd licet ratione delicti, vel contractus forum quis sortiatur illius Principis, vel Domini, sub quo deliquit, vel contraxit, nõ propterea ex hoc eius subditus efficitur. Dec. in c. ad nostram, num. 3. de appel. & consil. 661. nume. 6. incip. in casu de quo. & consil. 550. num. 8. incip. iuridicam, Gig. in tracta. de crim. l. 2. §. maiest. libr. 1. Rubr. qual. & à quibus crimin. l. 2. §. maiest. committatur, quæst. 68. num. 3. Boss. titu. de foro compet. nume. 46. Nam aliud est forum t. sortiri, & aliud subditum esse. Exempli gratia: Vasallus sortitur forum ratione feudi coram domino feudi, textus in c. ceterum,

Subditus

3

ceterum, de iudicijs, tex. in c. ex transmissa. & in c. verum, de foro compet. Felin. in d. c. licet ratione, num. 23. attamen non est subditus eius, si sub domino domicilium non habeat: nam feudum non dat imperium domino feudi in vasallum, si sub eo non habeat domicilium: concessio feudi, est contractus reciprocus inter dom. & vasallū, tex. in c. 1. de forma fidel. ex quo contractu nullū resultat imperium in vasallū, text. in Clement. pastoralis, de re iudic. Doct. ibid. & in d. c. transmissa. & in c. verum. Gigas d. quæst. 68. Natà consil. 445. num. 9. volum. 2. incip. arbitror quòd. Innocen. quem omnes sequuntur, in d. c. ceterum, in fine, de iudic. gloss. in t. 1. §. porro, in verb. iustitiam, quæ fuit prima causa benefic. amitt. Boff. titu. de crimin. l. 2. l. 2. maiest. num. 108. cum sequen. Capic. decil. 161. num. 12. cum sequen. Roland. à Valla. consil. 1. num. 26. cum sequen. volum. 3. Oldrad. consil. 73. num. 8. incip. quæritur verum citatio, unde inferunt, in casu feloniz vel culpæ commissæ, dominum plus vasallo auferre, quam ab eo habet, & sic aliam, quam priuationis feudi pœnam, irrogari non posse, quòd est diligenter notandum. Fallit, si in loco delicti repertus, carceribus sic mancipatus, quia tunc delictum dat iurisdictionem, & sic ratione delicti forum ibidem sortitur, ita vt secundum loci consuetudinem puniri possit, tex. in d. c. licet ratione, gloss. ibid. & in d. c. 1. §. contrahentes, de foro compet. in 6. Doct. in d. l. heres absens. ff. de iudic. tex. in l. 3. ff. de offic. præsid. & in l. 1. & Authent. quæ in ptovincia. C. ubi de crim. agi oport. gloss. notab. in t. 1. de raptorib. in verbo, excommunicatio. Oldrad. d. consil. 43. num. 10. Hinc quoque est, quòd ex communi, & in Camera approbata opinione, vasallus dominum sine venia in ius vocare possit, cum non sit subditus domini, gloss. in c. 1. de milit. vasal. qui contumax est, in verbo, salua reuerentia, quam Doct. ibidem communiter sequuntur, Jacob. de S. Georg. in verbo, distique vasalli promiserunt, num. 48. Natà d. consil. 445. num. 8. Bald. in d. c. 1. de milit. vasal. num. 24. [Alexand. in l. generaliter, num. 7. ff. de in ius vocan. Schurff. consil. 57. num. 10. centur. 2. incip. casus talis est.] idque etiam alia ratio-

ratione comprobatur, quia vasallus non est de personis enumeratis in edicto pratoris, quæ sine venia agere nequeunt, de quibus in l. 2. cum sequentibus. ff. de in ius vocand. Ias. in l. si non fortem. §. liberrus, num. 24. ff. de condict. indeb. communem dicit, licet ipse aliter sentiat, sicut etiam Speculat. tit. de feud. §. quoniam, num. 33. Guido decis. 551. nume. 5. Afflict. decis. 265. num. 36. Zas. in tracta. de feud. part. 7. num. 49. Sed aliter, ut dixi, in Camera observatur, & gloss. in d. c. 1. de milit. vasall. qui contumax est, verba illa, salva reuerentia, recte interpretatur, quoad actionem famosam, quam vasallus verbis honestis non derari debet. Idem dicit Zas. vbi supra. Sic t quoque clericus forum laici sortitur ratione feudi, text. in d. c. ex transmissa, & in d. c. verum, non tamen est subditus domini, à quo feudum habet, si in eius ditione domicilium, aut originem non habeat, Gigas d. questio. 68. numer. 3. Forum sortiri, & legibus loci alligari, paria quidè sunt, sed forum sortiri, & subditum esse, sunt disparia, d. c. licet ratione. Socin. ibidem num. 45. Idem consil. 129. num. 3. cum sequen. volum. 1. Alexand. consil. 157. nume. 13. volum. 2. incip. viso testamento donationis. & consil. 150. nume. 3. eodem volum. incip. viso themate. Decius consil. 284. num. 9. incip. & diligenter, vbi communem dicit. Gozad. consil. 49. num. 13. incip. circa primum. Proprie t verò quis subditus dicitur, ratione domicilij habitationis, text. in l. domicilij. ff. ad municip. & in l. si in patria. C. de incol. lib. 10. gloss. ordinaria in d. Clomen. v. nica. §. eisdem, in verbo, subditos. Decius d. c. ad nostram, nume. 3. & d. consil. 661. Socin. in d. c. licet ratione, nume. 3. Felin. ibid. num. 23. Alexand. in l. penult. num. 13. ff. de iurisdic. omn. iudic. Hinc est, quod t facta mentione domicilij, in dubio habitationis, non originis intelligatur, gloss. notab. in c. statutum. §. cum verò, de rescript. libr. 6. in verbo, vnam dietam. Alexand. in l. cum quædam puella, nume. 11. ff. de iurisdic. omn. iud. Ad evitandas ergo has tergiuersationes, & ambages, quis verè & proprie subditus dicatur, & an captus talis sit, salubriter receptum est, huiusmodi disputationem partitionem impedire non debere, cum

*Subditus
Hinc*

cum altiore indaginem, & questionem requirat, argu-
 mento text. in c. 1. de lit. contestat. idque ex ipsa Consti-
 tutione satis perspicuum est, quæ iubet pignora inconti-
 nenti, ohne verzug / vntd cinige tured / id est, sine mo-
 ra, & vlla exceptione restitui. Præterea, licet exceptio
 subiectionis in vim dilatorie opponatur, tamen magis
 peremptorie naturam habet, & sic ad merita causæ prin-
 cipalis pertinet, quæ altiore questionem, & indagi-
 nem requirit, & partitionem impedire non debet, d. c. 1.
 de lit. contestat. Phil. Franc. & alij ibidem. maxime cum
 relaxatio captiui in nullius partis præiudicium vergat:
 quia si pignurator in causa citationis, vbi de possessorio
 Retinendæ tractatur, vincit, subditus iam antea in causa
 mandati relaxatus iterum se sistere tenetur, facit text. in
 l. nec non. §. 1. ff. ex quib. caus. maior. aut vincitur, & facta
 relaxatio hoc ipso comprobatur, quod videlicet iniuriam
 iniquè captus, & iuste relaxatus sit, sicut ex ipsa Consti-
 10 tutione sub finem prolixius videre est. Qualitas igitur
 subiectionis in libello supplicis allegata, in dubio tribuit
 iurisdictionem Cameræ, & ideo exceptione illa non ob-
 stante, parendum mandato, per ea, quæ plenè notant Do-
 ctō. in d. l. cum quædam puella. quod sufficiat allegare
 qualitatem tribuentem iurisdictionem, vide Obseruat.
 libr. 1. Obseruation. 31. secus esset, si in confesso foret,
 captum subditum esse pignoris, quia tunc clarum
 esset iurisdictionem Cameræ non esse fundatam, cum
 Confessio
 20 confessio in iudicio facta, omnium probationum sit fir-
 missima, text. in l. vnica. C. de confess. & in l. 1. & in l.
 certum. ff. eodem. tex. in l. proinde. la. 1. §. final. ff. ad leg.
 Aquil. & in l. qui de inofficioso. ff. de inoff. testamen. vel
 si pignorus allegaret mancipium suum, vel hominem
 proprium carceratum esse: quo casu non habet locum
 Constitutio pignorationis, quia aliud est seruum, & a-
 liud est subditum esse, nam hæc separata sunt, ex quibus
 nihil inferitur, vt dixi supra Obseruatione octaua, vel si
 notorie iudici constet, narratam qualitatem subiectionis
 esse falsam, text. in c. super eo, de testib. cogend. Hip-
 pol. ad

pol. ad Rubr. C. de probat. nume. 233. Fel. in c. si dicitur, num. 6. de appellat. Alexand. in d. l. cum quaedam puella. S. quories, nume. 2. Panorm. Fel. & alij in d. c. si clericus. vide d. Observationem 31. Secundum si Princeps aliquis subditos suos, alterius vero Principis, aut Status Imperij emphyteutas, agricolas, colonos, aut censitos, ratione prædiorum censualium in suo territorio existētium pensitare, & agros in censum, iuxta formam censualem referre velit: subditi vero, vel prædiorum censualium domini contradicant, & pro ratione immunitatem allegent, huiusmodi nimirum prædia, ex speciali priuilegio, vel longissimi temporis præscriptione, non esse pensitantia; sed immunia, & optimo iure prædia, hoc est, libera, non serua, sed omni onere soluta, aut ipsis dominis prædiorum tantum tributaria: dominus autem territorij non attenda tali contradictione, pensitationem urgeat, & refractarios atque contumaces subditos, carceribus, & captis pignoribus ad solutionem indictionis compellat: an hoc casu dominus prædiorum, vel emphyteutas, pro suo interesse super Constitutione pignorationis in Camera contra dominum territorij agere possit?

Non puto, primò quia constat, & in confesso est, pignoratos esse subditos pignorationis. Secundo, quia in casu legitimo, de iure Principi permittum est pensitare suos subditos, & agros eorum in censum referre, text. in l. forma. §. si verò. ff. de censibus. vbi text. dicit, agri tributum in eam ciuitatem inferendum, in cuius territorio possideretur, facit l. 1. & l. obfistere. C. de anno. & tribut. libr. 10. l. 1. C. de indict. eodem lib. Doct. in l. placet. C. de sacrosanct. eccles. & l. 1. in l. 1. num. 73. C. de iure emphyt. scribit res emphyteuticas Ecclesie forum sortiri coram ordinario iudice loci, in cuius territorio bona sita sunt. Tertio, Constitutio pignorationis inter cætera requirit, vt res tertia, & quidem innocens capiatur: at hoc casu ipse subditus, vel eius res ob contumaciam & inobedientiam, & sic propter delictum capiuntur, text. in l. 1. & in l. 2. C. de capiend. & distrah. pignor. tributo. causa. libr. 10. text. in l. 2. C. de exactor. tributor. eodem lib. & in l. fructus. C. de actio.

actio. empt. Quarto, ex Constitutione pignorationis requiritur, ut noui iuris acquirendi gratia pignoratio fiat, sed hic iure subiectionis, omnes omnium subditorum agri ex equo secundum formulam censualem, in censum referuntur, à quo onere sola contradictione immanes esse nequeunt, text. in l. cum possessor. §. pro pecunia. ff. de censib. Quinto, posito huiusmodi prædia ex priuilegio, vel longissimi temporis præscriptione, non esse penitentia, sed immunita, ita quod inique dominus territorij collectas exigeret: cum certum, & communis opinio sit, præscriptione immemoriali immunitatem acquiri, text. in c. super quibusdam. §. præterea, de verborum signifi. & in c. 1. de rescript. libr. 6. text. in l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quorid. & æstiuæ. Doct. in l. imperium. ff. de iuridict. omn. iud. latè Felin. ad Rubr. de præscrip. num. 3. cum sequent. Narra consil. 636. nume. 5. volum. 3. incip. multa sunt. Tanti enim temporis præscriptio vim priuilegij & concessionis habet, text. in d. c. super quibusdam. §. præterea. & in d. l. hoc iure. §. ductus aquæ. Dec. consil. 468. num. 3. incip. superiori anno. Alexand. consil. 24. nume. 14. volum. 5. incip. ponderatis his, tamen dominus fundi, siue prædij non posset immediatè in Camera super Constitutione pignorationis agere, sed benè coram iudicibus competentibus vigore Ordinationis (vermögdet Ausrück) super turbata possessione, quòd videlicet non iure turbetur in possessioe libertatis, et quòd domino territorij iniungatur, ut à tali turbatione desistat, cautionemque præstet de non turbando in posterum, sicut in interdicto Retinendæ receptum est, per notata infra Obseruat. 21. Ratio, quia non omnis turbatio est pignoratio, licet econtrario omnis pignoratio sit possessionis turbatio, ut dixi supra Obserua. 3. Pignoratio enim sua habet singularia requisita ex Constitutione Imperij, quibus deficientibus, deficit iurisdictio Cameræ: nam qualitas requisita non potest à facto principali separari, & deficiente qualitate, aliud censetur esse factum, quam in libello deductum est, text. in l. prætor ait. la. 1. §. docere. ff. vi bonor. rapt. & in l.

Ful-

Pulcinus. §. cùm autem. ff. ex quib. caus. in possess. eat. Bartol. in l. 1. §. quod autem ait. nume. 1. ff. ne quid in su. publ. vide prolixius in tract. fract. pac. lib. 1. cap. 13. Et hæc in decernendis processibus & mandatis super Constitutione pignorationis bene consideranda sunt.

OBSERVATIO XVI.

Restitutio in causa mandati, quo modo facienda.

S V M M A R I A.

- 1 Captivus sine suo sumptu relaxandus est.
- 2 Res pignolata in eadem bonitate restituenda sunt.
- 3 Restitutio non censetur facta, si res deterior reddatur.
- 4 Amissa qua dicantur.
- 5 Solutio particulari creditori obtrudi non potest.
Ratio. ibid.
- 6 Solutio rei deteriorata debitorem non liberat.
Equus deterior factus culpa conductoris. ibid.
- 7 Re extincta, aliud pro alio solvi potest.
- 8 Probatio valoris rei extincta, fit iuramento pignorati.
- 9 Actor ostendere debet, in quibus mandato non fit partum.
- 10 Actor primam intentionem suam probare debet.

IN causa mandati, in termino præfixo doceri debet de paritione per instrumentum publicum, quod nimirum per omnia integrè, plenissimeque mandato Cesareo satisfactum sit. Et siquidem [†] persona capta, illa statim absque suo sumptu, & dispendio, ohn entgeltlich/ relaxanda est, prout lege Imperij sancitum est in Comitij Augustanis de Anno 66. in §. Als auch im 22. articul. facit text. notab. in l. 1. §. restituas. ff. ne quid in loco publ. fiat. Itaque quicquid post captiuitatem, vel alimètorum

carceris, aut pœnæ nomine impensum, vel erogatum est,
 id omne integrè restitui debet, alias plenè paritum non
 erit, & idèò ad pœnam mandati agi poterit, donec omnia
 integrè resarciantur, quia verbum restitutionis, amplif-
simam habet significationè, tex. in l. videamus. la. 2. §. item
si indebitum. ff. de vlur. & in d. l. 1. §. restituas, & per iura
allegata in sequen. Obserua. Armento verò, equitio, gre-
ge, alijsque rebus pignori captis & ablati, restitutio i pi-
gnorum fieri debet in eo statu, & bonitate, qua facta est
ablatio, puta, armento, grege, rebusque non deterioribus
redditis, neq; depreciatis, tex. in l. proinde. la. 1. ff. alleg.
Aquil. Non solum enim rem restitui, verum etiam si de-
terior res facta sit, rationem iudex habere debet. Finge
enim debilitatum hominem, vel verberatum, vel vulne-
ratum restitui, vtique ratio per iudicem habebitur, quan-
to deterior sit factus, quanquam & legis Aquilæ actione
conueniri possessor possit, verba sunt Vlpiani in l. non so-
lùm. ff. de rei vendic. ras t enim proprie restituta non di-
citur, quæ deterior facta restituitur, tex. in l. 3. §. si reddita.
ff. commo. tex. in l. 1. §. si res deposita. ff. depos. Ias. in l. Gal-
lus. §. & quid sit tantum, nume. 67. cum sequen. ff. de liber.
& posthum. Archid. in c. quia sepe, nume. 3. de elect. in 6.
tex. in l. prator ait. la. 2. §. loquitur. ff. vi bon. rapt. vbi dici-
tur, quòd si amissa dicantur ea, quæ corrupta alicui relin-
quuntur, scissa fortè, vel fracta, ad idem tex. in l. mulieris.
§. res abesse, cum l. sequen. ff. de verbor. signific. quòd res
abesse videantur, si corrupte reddantur. Sic solutio t par-
ticularis creditori obrudi non potest. [quando debitum
est liquidum,] tex. in l. quidam existimauerunt. ff. si cer-
pet. & in l. qui pignori. ff. de pignorib. & hypothec. & in
l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. emp. [Ratio, quia non est
integra solutio propter incommoda, quæ secum trahit par-
ticularis solutio, tex. in l. planè. ff. famil. ercisc. & in l. cum
hi. §. causæ. ff. de transact. gloss. ibid. in verbo, & minuta-
tim.] item solutio, vel oblatio rei deteriorate facto debi-
toris, eum non liberat, tex. in l. qui sibi. §. qui Stichum. ff.
de solutio. Bald. ibidem, num. 1. & locator equi non tene-
tur equum, culpa conductoris deteriorem redditum,
reci-

recipere, nisi simul æstimatio damni dati offeratur, text. in d. l. qui sibi. §. qui Stichum. Bartol. ibidem, num. 2. Offerenti tamen ꝑ rem deteriore, vnâ cum eo quod interest, vel quod rei abest, arctior paritio iniungi non debet, sed oblationi locus dandus erit, vt notat Iaf. in l. 2. §. mutui, num. 8. in fin. ff. si certum petat. Nam licet regulariter ꝑ aliud pro alio inuito creditore, solui nõ possit, d. §. mutui, tamen illa regula singulariter limitatur, vt non procedat, si res amplius non extet, aut vitiosa facta sit, quo casu precium succedit loco rei, text. in l. quia qui precio. ff. de vsufruct. & siquidem inter partes de vera, & iusta æstimatione rei deteriorate, vel consumptæ contentio exoritur, ꝑ iuramento pignorati, odio pignorationis statuitur, quanti ille in litrem iurare voluerit, iuxta l. si quando. C. vnde vi. sicut prolixius dicitur infra, Obseruat. 18. Porro si de ꝑ partitione vtrinq; disputatur, vtrum plenè sufficienterq; paritum sit, nec ne, Actore negante plenam paritionem, Reo verò sufficiente esse allegante, tunc iudex per interlocutoriam iniungit pignorato, vt nuncupatim ostendat & doceat, in quibus non sit paritum, hoc pacto: *Sit der bescheid/ daß der Kläger in specie anzeigen soll/ warum dem Kayserlichen Mandat kein gehorsam geleist/ id est, decernimus, vt actor in specie deducat, in quibus mandato Cæsareo non sit paritum. Ordo enim probationis postulat, vt ꝑ Actor prius suam intentione fundat, & prober, vt dicit Bal. in l. siquidem, num. 2. C. de except. per tex. in l. qui accusare. & in l. fin. C. de eden. [tex. in l. loci corpus. §. competit. ff. si seru. vendic. & in l. actor. C. de probat.] Doct. in l. 1. §. editiones. ff. eod. tit.*

OBSERVATIO XVII.

Res pignorata an cum sua vtilitate restitueda sit.

SUMMARIA

10 2 1 Resti-

- 1 Restitutionis verbum, plenissimam habet significationem.
- 2 Res debet restitui cum omni sua utilitate.
- 3 Damnum emergens & interesse extrinsecum, pignorat or refarcire debet.
In interdicto de Vi armata, omnis utilitas consideratur.
ibid.
- 4 Legis Aquilia actione operarum iactura petitur.
- 5 Emptam rem si venditor non tradat, utilitas omnium emptoria in affirmatione est.
- 6 Lucri cessantis ratio in mercatore consideratur.
Argumentum à consuetu & verisimili in iure validum est. ibid.
Verisimilia qua non sunt, falsitatis imaginem continent.
ibid.
- 7 Lucrum cessans quomodo probetur.
- 8 Lucrum rei quando attendatur.
- 9 Accident alia contractum tripliciter considerantur.

- 1 **R**ESTITUTIONIS † verbum, plenissimam habet significationem, vt etiam fructuum ratio habenda sit, per iura singularia, in c. accedens, in fine, vt lite non contest. text. notab. in l. videamus. la. 2. §. item si indebituro. ff. de vsur. & in l. in conditione. §. 1. l. cum Prætor. l. sua. §. fin. ff. de verbor. sign. text. in l. Iulianus. §. idem Iulianus. & in l. præterea. ff. de rei vendica. text. in l. cum fundus. ff. si cert. petat. Modò quæritur, rebus pignoratis,
- 2 an etiam in restitutionem † venire debeat omnis utilitas, quæ à re ipsa producitur & descendit, non solum naturaliter, sed etiam quasi naturaliter, puta ex vlu, ad quem res destinata est, veluti operæ hominis pignorati, quibus caruit ob factam pignorationem: item operæ equorum: veluti si colono, vel aurigæ equi, vel boues pignori capti sint, ita vt aliquo temporis spacio arare, aut vehiculo vti non potuerit, et † damnum illud emergens, & interesse extrinsecum, considerandum, & in puncto partitionis esti-
- 3

æstimandum sit. Et magis est, ut hoc fieri debeat, quia non
sufficit corpus ipsum restitui, sed necesse est, ut etiam cau-
sa rei restituatur, id est, ut omne habeat petitor, quod ha-
biturus foret, si eo tempore, quo iudicium accipiebatur,
restitutus ille homo fuisset, ita tex. in d. l. præterea. & d. l.
Iulianus. §. idem Iulianus. ff. de rei vendic. tex. in l. ancil-
larum. §. illud. ff. de petit. hered. & in l. fructuario, in prin-
cip. ff. si usufruct. pet. tex. in l. pecuniam. ff. de compensat.
& in l. navis. ff. de rei vend. notab. in l. restituere. 1. &
in l. restituere. 2. & in l. fin. §. fin. ff. de verborum signific.
tex. in l. proinde si seruum. ff. ad leg. Aquil. ibi, non so-
lùm perempti corporis æstimatio facienda est, sed &
eius ratio haberi debet, quo cætera corpora depreciata
sunt. Sicut etiam de interdicto, de Vi & vi armata, non
solum fructuum ratio habetur, verùm etiam cæterarum
utilitatum, quas habiturus, vel affecutus erat ille, qui
deiectus est, si vi deiectus non esset, text. in l. 1. §. non so-
lùm. ff. de vi & vi armata. Pignorationes ipso iure pro-
hibitæ sunt, ne alius pro alio iniquè grauetur, tex. in Au-
then. ut non fiant pignor. pro alijs person. & in c. 1. de in-
iur. lib. 6. & in c. non debet, de reg. iur. eod. lib. cum simil.
Qui igitur pignora cõtra Constitutionem Imperij capit,
actum prohibitum & illicitum exercet, & sic in dolo ef-
se censetur, meritoque raliùm accessionum & utilitatum
ratio habenda est, text. in l. quod re. ff. de reb. cred. si cert.
pet. & in l. si ex legati causa. ff. de verb. obl. tex. in l. 2. §. do-
li mali mentio. ff. de vi bon. rap. & in l. si ex plagis. §. taber-
narius. ff. ad leg. Aquil. Fel. in c. P. & G. num. 1. de offi. iud.
deleg. Sic in vtilem t̄ legis Aquiliz actionem veniunt o-
peræ, quibus quis caruit, aut cariturus est, ob id, quòd in-
utilis factus est, tex. notab. in l. ex hac lege. ff. si quadr. pau-
per. fecif. dica. & in l. liber homo. ff. de acqu. rerum dom.
tex. notab. in l. fina. ff. de his qui de ioc. vel effud. Sic in t̄ a-
ctione empti & venditi, si per venditorem steterit, quò
minus rem tradat, omnis utilitas emptoris in æstimatio-
nem venit, quæ modò circa rem consistit, ita tex. notab. in
l. sterilis. §. cum per venditorem. ff. de actio. emp. licet lu-
cri cessantis, quod est extra rem, ratio non habeatur, tex.

in d. §. cum per venditorem, gloss. ibid. in verbo, est imman-
 dum, quæ multas concordantias allegat. Quod tamen no
procedit in eo, qui ex re sua solitus erat lucrari, ut sunt
 mercatores, per text. in l. non utique, §. fina. ff. de eo quod
 cer. loco. gloss. notab. ibid. in verbo, solebat, quæ clare do-
 cet, quomodo possit probari interesse consistens in lucro
 perduto, videlicet, quod interesse lucri cessantis probetur
 per locum à solitis, quando tale lucrum est consuetum,
 & verisimile. Nam argumentum à consuetis, in iure fir-
imum est, text. in l. quod si nolit, §. qui mancipia. ff. de cõil.
 edict. & in l. si quis donaturus. ff. vñ fruct. & quem adma.
 quis vta. frua. text. in l. si prius. §. i. ff. de aqua plu. arcend.
 quemadmodum etiam argumentum à verisimili, text. no-
 tab. in l. fin. ff. de eo quod met. caus. Et verisimilitudinem
in probationibus quàm maximè admittendam esse, com-
 muniter placuit, text. in l. confessionibus. ff. de interrogat.
 actio. Bald. in l. scripturæ, num. 3. C. de fide instrum. & ad
 Rubr. C. de probat. num. 1. Curt. Iunior consil. 220. nume.
 13. cum sequen. incip. sicut Beatus. & cons. 241. num. 16. vo-
 lum. 3. incip. circa processum. Czph. cons. 187. num. 24. vo-
 lum. 2. incip. cum dominus. quæ enim non sunt verisimi-
lia, falsitatis imaginem continent, ut inquit Bal. in l. 1. nu.
 9. C. de seru. fugit. per text. in c. quia verisimile non est, ff.
 de præsump. Felin. ibid. num. 2. Panorm. ibid. num. 3. vbi
 dicit, testes deponentes contra verisimile, falsitatis suspi-
 cione laborare: quia in probationibus verisimilitudo plu-
 rimum habet momenti, ad quam iudex omnium maxi-
 mè attendere debet, text. in l. cum de zrate. ff. de probat. &
 in l. confessionibus. ff. de interrog. act. Doct. vbi supra. Et
 licet tale lucrum cessans non sit specificè probatum, tamè
 iudicis arbitrio & officio æstimari poterit, per text. sing.
 in l. 1. C. de colon. Illirica. lib. 11. Bartol. ibid. num. 1. Arc-
 tin. in l. diuortio, §. item si messes, in princip. ff. solut. ma-
 trimon. Iaf in d. l. non utique, §. fina. num. 6. vbi dicit, quod
 7 lucrum cessans possit probari per coniecturas, quia lu-
 crum cessans est non ens, & non enim proprie nõ sunt
 cause, & idè proprie probari nequeunt, text. in l. 2. cor. C.
 de probat. gloss. ibid. in verbo, cum per rerum. Vide Doct.
 super

super hac materia, in l. vnica. C. de sent. quæ pro eo quod interest. Roman. in l. si constante. §. quoties, num. 19. cum sequen. ff. solu. matrimon. Doct. in d. l. non vti que. §. fina. Nattam consil. 450. nu. 2. cum sequen. volum. 2. incip. pretendit. Et ista, quæ de mercatore dicta sunt, procedunt in lucro extrinseco, quod prouenit extra rem ex negociatione, de quo in d. l. si sterilis. §. cum per venditorem. Idem est in lucro intrinseco, consistente intra rem: nam talis lucri quoque habenda ratio est, tex. not. in l. venditor hominis. ff. de cuius. & in l. 3. ff. de condict. turt. Item lucrum ipsius rei attenditur, puta, si post moram rei æstimatio de- crescat, talis lucri cessantis habetur ratio contra morosum, tex. in l. vinum. ff. si certum peta. Doct. communiter ibid. & in l. in hac, ad finem. ff. de condictio. critica. tex. in d. l. si sterilis. §. cum per venditorem. Castr. & Ias. in d. l. non vti que. §. fina. Ergo si rei pignoratæ vfus ob dolum, culpam, vel moram intercitat, merito lucrum ipsius rei attendi debet, per iura allegata. Et obserua, in contractibus quædam venire naturaliter ex natura contractus: & quædam accidentaliter, quæ per accidens veniunt, tripli- ci ratione considerantur, primò ratione culpæ, vel doli, tex. in l. si vt certo. §. fin. ff. commod. Bartol. ibid. num. 1. Secundò ratione moræ, text. notab. in l. datio. §. fina. ff. de act. emp. & in l. vinum. ff. si cert. pet. Tertio, ratione con- uentionis seu pacti, vt pulchrè declarat Bald. in l. 1. num. 1. cum sequen. C. commod.

OBSERVATIO XVIII

De æstimatione rerum pignora-
tarum.

S V M M A R I A.

- 1 *Rebus pignoratæ peremptis, statim iuramento pigno-
rati.*
- 2 *In obligationibus rem restitui, obligatio succedit ad in-
teresse. ibid.*
- 3 *De forma deferendi iuramentum, & taxandi.*

- 3 *Iniuriarum & expensarum estimatio quomodo facienda.*
- 4 *Pignerator non potest excipere, quod res eodem modo apud pignorantem peritura fuisset.*
- 5 *Periculum interitus speciei pertinet ad debitorem morosum.*
Bonafidei possessor non tenetur de casu. ibid.
- 6 *Aestimatores rerum in causis pignorationum quando deputandi.*
- 7 *In casibus quibus magis iudicio, quam testimonio opus est, aestimatores dandi sunt.*
- 8 *Res deteriorata quomodo testibus probari possit.*
- 9 *Aestimatio rerum quomodo facienda.*
Fructuum estimatio fieri debet, habito respectu ad id, quod consuetum est percipi. ibid.
- 10 *Testibus super estimacione rei variantibus, medium attendi debet.*
- 11 *Testium variatio in probatione valoris, remissenda.*
- 12 *In sum precium rei immobilis, quale sit.*

REVST pignoris ex mora premissis, vel non exstantibus, earum estimatio debetur, nam hoc in omnibus obligationibus, rem restitui, receptum est, ut post interitum rei, eius estimatio debeat, & sic obligatio ad interesse succedat, tex. in l. in re furtiva. ff. de condict. furt. & in l. qui restituere. ff. de rei vendic. Barto. in l. in interdico, num. 1. in fin. ff. de vi & vi arma. & plenissime in l. stipulationes non diuiduntur, nume. 31. cum seq. ff. de verb. oblig. & ibid. communiter Docto. Valoris autem probatio, iuramento pignori admittitur, idque odio pignorationum, iuxta tex. in l. si quando. C. unde vi. Dd. ibid. & tex. in d. l. qui restituere. Sed ne altero tanto, vel in infinitum iuretur, & quisque suae affectioni plus, quam iudex causa summarie cognita, sententia quadam preambula, summam estimationis, ad quam pignoratus iurare debet, disertè exprimit, hoc modo: *In*
sachen

sachen A Eieger/wider B beclagten / die abgephendte
 stueck Kinde viechs belangen / in puncto partitionis, ist
 von ampts wegen erthende / wölle vnd möge gedachter
 Eieger für sich selbst/oder seinen volmechtigē Anwalder/
 ein Aide zu Gott / vnnnd auff das heilig Euangelium
 schweren/das er lieber N.gulden/dañ die abgephendte
 stueck Kinde viechs entraten wölte / das solches gehore
 werden/vnd ferner darauff ergehen soll was recht ist.

Latine.

In causa A. actoris contra B. reum, pignorationis armen-
 ci, in puncto partitionis, ex officio decernimus, quatenus
 dictus actor per se, vel legitimum suum procuratorem
 iurare voluerit, malle se N. florenis, quam pignorato ar-
 meto carere, quod hoc audiri, & porro fieri debeat quod
 iuris est. Publicata hac interlocutoriz, & przstito iura-
 mento, condemnatoria sententia, proxima audientia, vt
 vocant, sequitur, in † hunc modum.

In sachen zc. ist auff erstatten Aide erthendi / das
 gedachter Beclagter die saytze N. gulden Rhetnisch
 vor die abgephendte stueck Kinde viechs / ime dem Ele-
 ger zuentrichten vnd iubezalen schuldig sey/als wir ihn
 auch hiemir fellig darzu erthailen.

Latine.

In causa, &c. super przstito iuramento decernimus,
 dictum Reum N. florenos Rhenenses pro pignorato ar-
 mento soluere debere, prout eum ad hoc condemnamus.
 Idem in † causis injuriarum & expensarum estimatione
 obseruatur: nam iuramentum precedere debet, eo quo
 dixi modo, tex. notab. in Authen. de iudicib. §. oportet, &
 in l. Constitutionib. ff. de iniur. & in §. poena. Instit. eod.
 titu. vbi pulchrè Ange. nu. 1. text. in l. sancimus, cum Au-
 then. post iusiurandum. C. de iudic. text. in c. si. de his que
 vi met. caus. & in c. l. de restit. spolia. libr. 6. Panorm. in c.
 eum te à B. num. 13. de senten. & re iudica. Innoc. in c. au-
 ditis, nume. 2. de procurat. Rot. decis. 4. de iniur. in nouis.

In hac estimatione facienda iudex non debet admittere

Et 5 exce-

Sapientia

exceptionem t pignoris, quod res casu fortuito, & sine sua culpa perierint, & quod eodem modo erant periturae penes dominum, secundum ea, quae traduntur in l. item si verberatum. §. fina. ff. de rei vendica. glo. not. ibid. in verbo, moram, text. notab. in l. si plures. §. siue aurem, ff. deposit. vbi dicitur, æquum esse naturalem interitum ad actorem pertinere. Ratio, quia pignorat est in dolo, & semper in mora, quia actum prohibitum fecit, & pignora statim non restituit, text. in l. 2. §. doli mali mentio. ff. vi bono. rapt. & in l. si ex legati causa. ff. de verbor. oblig. text. in l. quod te. ff. de reb. cred. si cert. pera. & ibid.

5 Id. quo casu t periculum interitus speciei semper ad debitorem spectat, absque vlla distinctione, vt præclare docet Bart. in d. l. quod te, num. 10. per illum text. & text. in l. si seruum. ff. de verbo. obliga. & in d. l. si ex legati causa, in fi. text. in l. 1. C. de his quæ vi met. caus. vbi dicitur, persecutionem eorum, quæ vi ablata sunt, etiam si postea intertulerint, integram esse persecutionem, text. in l. meritò. ff. de vi & vi armat. text. in l. nemo rem suam. §. 1. ff. de verbor. obligat. Ias. ibid. num. 4. communem dicit, [sed ipse contra communem concludit.] vide prolixius Bart. in d. l. quod te. Bona fidei verò possessor nò tenetur de casu, text. in l. illud. ff. de petit. hæred. glo. in d. l. item si verberatum. §. fin. quam ad hoc omninò vide, in verbo, moram, & in l. vtique, in verbo, non enim. ff. eod. tit. Porro t rebus pignoris adhuc extantibus, sed deterioratis, & depreciatis, si de iusto valore, & quâto res deterior facta sit, contentio oriatur, & vtriusque variè cõcertetur, tunc iudex potest deputare æstimatores, quibus singulari commissione iniungitur, vt res vitiatas oculis subiciant, & iusto valore æstiment, text. in l. precia rerum, & in §. fina. ff. ad l. Falcid. text. in l. hac edictali. §. his illud. C. de secund. nupt. vbi de æstimatoribus habetur, gloss. ordinaria, & notab. in l. 2. C. de rescind. vendit. in verbo, iudicis. Bart. ibid. num. 17. cum sequen. quem ad hoc omninò vide, docentem practicam faciendi æstimationem rerum,

7 & pro regula tradentem, quod in t omnibus casibus, in quibus magis iudicio, quàm testimonio opus est, iudex debeat

debeat constituere æstimatores, ad faciendam illam æstimacionem, & ad proferendum illud iudicium, text. in l. 1. ff. de vent. insp. item quando rerum æstimatio magis in intellectu, quàm visu consistit, quòd tunc periti in arte deputari debeant, vt iusto valore rem æstiment, per tex. in §. quod autem dictum est. in Auth. de non alienan. aut permu. reb. eccles. tex. in l. semel. C. de re mili. lib. 12. & in d. l. 1. §. 1. ff. de vent. insp. Barto. ibid. num. 4. & in proëmio Digestorum, num. 8. Bald. ibid. num. 6 [Barto. præclare in l. creditores, num. 29. C. de pignorib. & hypothe.] Vari-
antibus æstimatoribus, iudex tertium adiungere potest,
cinem Obman/ vel ex officio certum constituere precium, vt latius prosequitur Salicet. in d. l. hac edictali, num. 10. & ad hoc optimè facit text. in l. si fundum, cum l. seq. ff. manda. Potest etiam t valor rei testibus probari, sed
 hoc habet maiorem difficultatem, vt docet Bart. in d. l. 2. nu. 17. & nu. 23. C. de rescind. vendit. Felin. in c. cum causa, nu. 1. de testib. gloss. notabilis ibid. in verbo, ad alium, & nonnunquam in causis pignorationum hoc fieri solet: non tamen requiritur exactissima probatio, sed sufficit
generaliter probare, quanti ibi loci, vbi pignoratio facta
est, res pignorata communi precio, si extaret, vel deterior
facta non esset, valeret, tex. not. in l. fina. §. fin. C. de ad-
ministr. tuto. vbi dicitur illud esse iustum precium, quod
in his locis, in quibus venditio celebratur, tunc temporis
noscitur obtinere. Doct. in d. l. precia rerum. gloss. Barto.
& Doct. in d. l. 2. Sufficit testes deponere, quanti res in il-
lo loco communiter vendantur, qui sint rei fructus
& quæ qualitates, text. in l. si quos. C. de rescin. vendit. &
alia iura, quæ allegat gloss. in d. l. 2. C. eod. titu. lason in l.
non vtique. §. final. ff. de eo, quod certo loc. nume. 4. vbi
dicit per illum textum, quando ex t varietate ac diuersi-
tate locorum, precia rerum vernalium ac ceterarum re-
rum mobilium variantur, modum probandi esse, quòd
quis in articulis se referat ad certam Civitatem, vel Re-
gionem, seu locum, secundum cuius loci æstimacionem,
preciu frumenti, vini, vel alterius similis rei petere vult,
quia fieri debet æstimatio, prout communiter res ed-
 roci.

loci, vbi facta est pignoratio, vel in locis vicinis distrahi, & vendi potuissent, per text. in d. l. fin. §. fina. C. de admin. tuto. Dd. in d. l. precia rerum, & in d. l. 2. C. de rescin. vendit. gloss. & Felin. in d. c. cum causa, vbique docent varijs modis rei valorem probari. [Bartol. pulchrè in l. cotem. §. qui maximos, num. 8. cum sequ. ff. de public. & vectiga. vbi dicit æstimationem fructuum fieri debere, habito respectu ad id quod consuetum est percipi, & quod communiter solent valere tales fructus, text. in l. si ea lege. C. de vsur. iuncta gloss. ibid. in verbo, non possunt.]

10 Quid ad testes attinet, illud obiter in praxi obseruandum, quod varijs testibus in æstimatione precij, illud quod medium est inter vtrunque, attendi oporteat, vt si vnus de decem florenis, alius de altero tanto, hoc est, de viginti, tertius de quindecim deponeret, hic standum erit mediz summæ, quia in ea duo concurrunt, præclarè Salic. in d. l. 2. num. 30. C. de rescind. vendit. Alexan. cons. 64. num. 9. & per totum, volum. 2. incip. visà consultatione, vtrouque omninò vido de varietate testium circa probationem valoris, & quando probent, & Salice. in d. l. hac edictali, nu. 9. cum sequ. C. de secund. nupt. [Iustum

11 precium rei immobilis probatur secundum æstimationem reddituum, qui inde annuatim percipiuntur. Modus verò probandi talis est. Item pono, & dico, quod ex tali fundo annuatim percipio decem. Item pono & dico quod talis fundus, ex quo tantum annuatim percipitur, valet communi æstimatione tot florenos. Si testes super istis articulis recepti, affirmatiuè deponant, plenè æstimationem probant, per text. in d. l. si quos. C. de rescind. vendit. ibi, reddituum quantitas æstimatur, gloss. ibid. in verbo, æstimerur, text. in l. si fundum. ff. de leg. 1. ibi, excessu precio, secundum redditum eius fundi. tal. pulchrè ibid. nume. 2. cum sequentib. Castrenf. similiter nume. 2. Bart. in d. l. precia rerum. §. 1. num. 3. ff. ad l. Falcid. Quod tamen in rebus preciosis, vt in æstimatione Castrorum, & illustribus atque splendidis Magnatum ædificijs, quæ plus habent sumptuum, quàm fructuum, non procedit, Vnde in æstimatione talium rerum, seruanda est practica

Bart.

Bar. in d. l. 3. C. de rescin. vendit. nu. 17. quod videlicet eorum rerum æstimatio peritorum iudicio facienda sit, per iura alleg. & rex. not. in l. qui bonis. ff. de cessio. bono. las. & Cast. vbi sup. Nam huiusmodi res preciosæ plerunque solent esse steriles, vt dicit rex. in l. si. §. si autem legata. C. de bonis quæ libe. Bal. ibid. num. 1. & ex communi Germaniæ obseruantia, certam & præscriptam æstimationem habent, wie hoch man die Geben vnd herin gulten/ items das getraidt anschlagen solle/ hoc est, quomodo ædificia, census dominici, & frumentarij, æstimari debeant. Quid si fundus pignorum sit sterilis & ex se nullum producat fructum, sed per occasionem aliquam vtilitatem adferat, an illa vtilitas in æstimatione veniet? Omnino, quia talis vtilitas loco fructuum est, per notabilem doctrinam Barr. in l. cum in plures, in princip. ff. locati. Molinæ. in consuetud. Parisien. part. 2. num. 46. Et ideo si in fundo sit piscina, pisces fructus fundi dicuntur. Molinæ. vbi supra.]

OBSERVATIO XIX.

De repetita pignoratione.

S V M M A R I A.

- 1 Separata facta, separata media requirunt.
- 2 Quot sunt facta, tot sunt actiones.
- 3 Pignorationes repetita an pluribus actionibus proponi debeant.
- 4 Cumulatio actionum quando admittatur.
- 5 Plura Banna, & plures excommunicaciones quandoque vna absolutione tolluntur.

SI plures ab vno eodemque, in eodem loco, eiusdem iuris gratia, diuersis tamen vicibus & temporibus pignorationes fiant, an pluribus opus erit mandatis & citationibus, & per consequens pluribus actionibus? Quod videtur, quia separata facta, & diuerse turbationes, diuersa & separata quoque remedia requirunt, text. in l. de atate. §. ex causa. ff. de interrog. act. & in l. i. ff. de vent.

- vent. in spicien. text. in c. nulli. de elect. in 6. & in c. ceterum, de iuram. calum. quot enim sunt facta, tot sunt actiones. ergo totidem sententiæ requiruntur, text. in l. i. c. re debemus. ff. de verbo. oblig. & in l. 2. ff. de priua. delict. tex. singu. in l. etiam si patre. ff. de mino. gloss. ibid. in verbo, audiendus, & gloss. notab. in l. in hoc iudicio. ff. famil. hercis. in verbo, non valere. Alexan. in l. edita. num. 1. ff. de eden. Panorm. in c. 1. nu. 9. de mut. petit. Bal. in l. 2. num. 6. C. de re iudic. Sed in Camera hoc casu aliter obseruatur. Plura quidem mandata ob repetitam pignorationem, de relaxando captiuo, vel reddendis pignoribus decernuntur, & in causa mandati, ad partitionem separatim super singulis pignorationibus proceditur, hoc est, in secunda, tertia, quarta, & vltiore pignoratione, incontinenti paritio iniungitur, & post moram commissam ad poenam, & arctiora mandata proceditur: quia necesse est in qualibet pignoratione docere de partitione. Sed ne multiplicentur processus ob repetitam pignorationem, neue pars inutilibus sumptibus, & iudex multo labore defatigetur, causa principalis, hoc est, ius pignorandi ad causam primæ citationis refertur. Agitur enim in secunda, tertia, & quarta pignoratione, inter eadem personas de eodem iure, de eadem turbatione, que ad interdictum Retinendę possessionis spectat, quod plenissime in prima pignoratione deduci & probari poterit, vt dixi supra, Obseruat. 3. & vincens in vna causa, vincit in omnibus, text. in l. 3. ff. de except. rei iudic. quia eiusdem iuris gratia turbationes & pignorationes factę sunt, ergo non est necesse multiplicare processus partem & iudicem inutilibus sumptibus & laboribus defatigare, & alie actiones ad vnum finem tendentes cumulari possunt. Doct. in l. edita. C. de eden. Dyn. in c. nullus pluribus, de regul. iur. Et si plura t Banna, vel plures excommunicationes procederent ex vno facto, tunc vna absolutio sufficeret, quia omnia facta pro vno reputantur, text. in l. 1. §. si plura. ff. ad S. C. Turpillia. Ias. in l. de pupillo. §. si in pluribus, nume. 6. ff. de no. oper. nunciat. Secus si ex diuersis factis diuersę condemnationes & ex-
- commu-

communicationes factæ essent, quo casu pluribus quoque opus esset actionibus, pluribus sententijs, & abolitionibus, sicut prolixius notavi in tracta. Pacis publicæ, libr. 2. cap. 11. per text. in c. cum causa, & in c. officij, de senten. excommun. text. in c. 1. extr. de poenis, & in c. veritatis, de del. & contuma. Panorm. ibid. nume. 4. text. in c. ita quorundam, de Iudæis, & in l. 3. in fin. C. de episcop. audien. Bartol. Iaf. & alij in d. l. de pupillo. §. si in pluribus.

OBSERVATIO XX.

De pignoratione in loco communi facta.

S V M M A R I A.

- 1 Interdictum Vti possidetis, competit etiam ei, qui pro indiviso possidet.
- 2 Commune quod est an meum esse censeatur.
- 3 Communi in re prior conditio est prohibentis.
- 4 Sociorum præiudicium quoties vertitur, iam quantumvis individuum non debet ab vno sine alijs exerceri.
- 5 Aedificari in domo communi invito socijs non potest. Intererest Reip. ne aedificia deformedur. ibid.
- 6 Socj castri vel territorij, simul vel alternis annis iurisdictionem exercere debent.
- 7 Socj iurisdictionum discordantibus, superior ad concordiam eos compellere potest.
- 8 Appellatione rei venit pars.
- 9 Socius potest vti re communi, etiam invito socio si vtitur re ad usum destinatum.
- 10 Domum communem socius inhabitare potest absque vlla pensione.
- 11 In indivisio privilegium vnius prodest consorti.
- 12 Laicus in indivisio gaudet beneficio clerici.
- 13 Conditio dividua coniuncta indivisio, fit tota indivisio.

SI plures communem iurisdictionem in vno eodemque loco, aut pago habeant, sicut in Germania vbi que inter magnates frequentissimum est, *das ein herrschafft wren oder dreyherrich ist* / & vnius domini subditus eo loci, noui iuris acquirendi gratia ab alio inique pignoretur, vel capiatur, mandatum de relaxando et Constitutione pignorationis in Camera obtineri potest.

- 1 Ratio, quia si pignorationis Constitutio ad interdictum Vti possidetis pertinet, cum pignoratio nihil aliud sit, quam possessionis turbatio, vt dixi supra, *Obseruat. 1. & Obseruat. 3.* at interdictum Vti possidetis, etiam ei competit, qui pro indiuiso possidet, text. in l. 1. §. penul. ff. Vti possid. proinde turbatus in loco communi recte beneficio huius Constitutionis utitur: preterea regulariter quod commune est, meum quoque esse intelligitur, quoad dispositionem partis meę, tex. in l. pupillus. §. fin. ff. de verb. signifi. & in l. serui electione. §. Labeo. ff. de lega. 1. Barto. ibid. num. 1. Ias. latissime num. 4. & num. 10. cum sequen. idque omnium maxime in ijs rebus procedit, quę sunt communes pluribus, vt singulis, quo casu omnium consensus requiritur: quia quod ad singulos pertinet, ab omnibus debet approbari, & potior est conditio prohibentis, text. in l. Sabinus. ff. commu. diuid. gloss. ibid. in verbo, constat, quę hoc quinque modis limitat, text. in c. in re communi, de regul. iur. in 6. & in c. quod omnes, eod. titu. text. in l. per fundum. ff. de seruitu. rustic. prædior. gloss. ibid. in verbo, ratione, gloss. magistralis, in c. cum omnes, in verbo, constitutum, de constitutio. Felin. ibid. num. 15. cum suis limitationibus. Alexand. consi. 86. num. 7. volum. 6. incip. ponderatis narratis. Decius consil. 249. nume. 2. & 3. incip. in casu de quo queritur. Natta consil. 294. num. 7. volum. 2. incip. duę dubitationes. Hinc est, quod quando agitur inter socios de commo iurisdictionis, puta multarum & poenarum, vnus sine alio iurisdictionem exercere non possit: ratio, quia quoties agitur de præiudicio sociorum, ius, quantumuis indiuiduū, non debet ab vno sine alijs exerceri, per text. in l. si fundum. §. litis verbis. ff. de lega. 1. text. notabilis in l. itinere. ff. de

ff. de seruitut. rusticor. præd. text. in l. vnus. §. ex socijs. ff. eod. titu. text. in l. 1. ff. de seruitutib. tit. generali, text. in d. l. per fundum, & in l. hæredes mei. §. fin. ff. ad S. C. Trebel. Natta d. consil. 194. Feli. in d. c. cum omnes. vbi dicit, quod **† in domo communi nihil ædificari possit inuitis socijs,** 5 quod tamen cum moderamine accipiendum, vt ibi per eum: quid enim si socij domum ruinosam restaurare, & sartam testamque conseruare nolint, hoc alijs vtique fraudi, & nocumento esse non debet, cum etiam interfic Reipub. ædificia non deformari, sed integra existere, text. in l. prætor ait. §. hoc interdictum. ff. de noui oper. nunciat. & in l. 1. §. si quis nemine prohibente, & in l. fin. ff. ne quid in loc. public. text. in l. ad curatoris. ff. de damn. infect. vbi glo. in verb. à domino. & cõmuniter Dd. text. in l. præses prouinciz, la. §. ff. de offi. præsid. text. in l. singulari, C. de ædific. priuat. pulchrè Cæpolla in tract. de seruitu. urbano. prædio. cap. 59. per totum, quem omninò vide de refectione domus propria, communis, vel alienæ, & text. in l. ita vt omnes. ff. mandati. Hinc **† quoque est, quod socij alicuius prouinciz aut territorij, vel castri,** 6 quz pariter pro indiuiso possident, super exercitio iurisdictionis inter se conuenire debeant, vt vel simul, vel alternis annis, ein jahr vmb das ander iurisdictione exercent, per text. in l. cum constet, cum §. fina. ff. de aqua quotid. & æstiu. Barto. in l. inter tutores, nu. 6. ff. de administ. tutor. per illum text. Alexan. consil. 18. num. 6. volum. 1. incip. visis capitulis, & consil. 25. nume. 1. incip. attentis narratis, volu. 5. Decius d. consil. 149. num. 3. & consil. 449. num. 3. incip. in casu de quo queritur. Felin. in d. c. cum omnes, de Constitutionibus, vbi dicit, quod **discordantibus † socijs su-** 7 **per exercitio iurisdictionis, superior illos ad concordiam compellere possit.** idem ad rubric. de treuga & pace, num. 6. [Et quid iuris si socij in locanda domo communi dissentiant, vide omninò Socin. in d. l. serui electione. §. Labeo, nu. 5. & 6. ff. de legat. 1.] Et hætenus de rebus communibus pluribus, vt singulis: quia tunc quod commune est, meum quoque est, per iura allegata: **secus si sint res communes pluribus, vt vniuersis, quò casu regulariter** FF valet,

valet, quod à maiore parte comprobatur, text. in l. quod maior. ff. ad municipal. gloss. & Felinus cum 14. limitationibus, in d. c. cum omnes, item illo casu, quod commune est, meum non est, per text. in l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de rerum diuision. & qualic. & in §. vniuersitatis. Instit. eod. titul. text. in l. sed si hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius voc. ideoque nec seruus communis ciuitatis, singulorum pro parte intelligitur, sed vniuersitatis: & ideo tam contra ciuem, quam pro eo posse seruum ciuitatis torqueri Diui fratres rescripserunt, ita text. in d. §. vniuersitatis. Barto. ibid. num. 1. Iason in d. §. Labeo, num. 11. text. in l. si municeps, alias si municipes. ff. quod cuiusque vniuersit. nom. gloss. vnica ibid. & Bald. num. 1.

Porro ad prædictam regulam communionis pertinet, quod appellatione rei, veniat etiam pars, per text. in l. appellatione rei. ff. de verbor. significa. text. in l. ait Prætor, l. 2. ff. de iureiurand. Ias. ibid. num. 1. & communiter Dd. text. in l. 3. §. si quis tabulas. ff. de S. C. Syllantia. Et aliquando totum, ponitur pro parte, per text. in l. Lucius Titius. ff. de leg. 1. gloss. ibid. in verbo, hæreditatis. Bald. ibid. num. 1. dicens, per illum tex. si testator instituit plures filios hæredes, & eorum fidei commisit, vt decedens sine liberis hæreditatem fratribus restitueret, quod tunc appellatione hæreditatis veniat tantum pars illius, qui sine liberis decedit, facit text. in l. Titia. ff. ad l. Falcid. Alexau. ibid. num. 2. Iason in d. l. ait Prætor, vbi dicit regulam illam, quod appellatione rei veniat pars, procedere, quando terminus. aut res profertur à lege, vel statuto. Quid autem in iudicijs, vide remissiuè ibidem, cum suis limitationibus. Et quod iuris obtinet in toto, idem obtinet in parte, intellige quando verobique eadem est ratio, text. in l. quæ de tota. ff. de rei vendicat. & in l. an pars. ff. pro derelicto, text. in l. qui scit. ff. de vsuris, gloss. ibid. in verbo, quemadmodum, text. in l. in ratione. §. prorsus. ff. ad l. Falcid. Ias. vbi supra. Ex prædicta regula communionis singulariter pro limitatione prædictorum notandum, quod si socius possit vti re communi etiam inuito socio, quando vtitur re communi ad eum vsum, ad quem desti-

nata

nata est: exempli gratia, si duo socij syluam **caedam** pro
 indiuiso possideant, alter eorum ligna pro sua parte ca-
 dere potest, etiam inuito socio, per rationem praedictam,
 & tex. in l. utique autem. §. culpa. ff. de rei vendicat. Culpa
 non intelligitur, inquit text. si nauem peritam tempore
 navigationis trans mare misit, licet ea perierit: nisi si mi-
 nus idoneis hominibus eam commiserit, vide Vegetium
 libro 4. capite 39. Aethiologia est, quia nauis ad hoc pa-
 ratur, ut nauiget, per text. in l. arboribus. §. nauis. ff. de v-
 su fruct. gloss. ibidem in terminis, in verbo, nauiget, text.
 in §. religiosum, versic. in commune. Instit. de rerum di-
 uision. & in l. in tantum. §. religiosum. ff. eod. titul. Iason
 in d. §. Labeo, num. 18. Aliud exemplum, in duobus fratri-
 bus, vel socijs domum communem habentibus, eam-
 que pro indiuiso possidentibus, si alter eorum domum
 inhabitet, nullam fratri, vel socio pensionem presta-
 bit. Ratio, quia utitur re communi ad usum destina-
 tum, d. l. utique autem. §. culpa. d. l. arboribus. §. nauis,
 gloss. in terminis, in l. Sabinus, in verbo, constat, in fine,
 ff. communi diuid. Bald. in d. l. duo fratres, nume. 1. in fin.
 ff. de acquirend. heredita. ubi dat hanc quoque ratio-
 nem: quia, inquit, usus diuidi non potest, nisi diuidatur
 domus. Iason in d. l. serui electione. §. Labeo, nume. 17.
 dicens, hanc decisionem bene notandam: quia quotidia-
 na est, & ibid. plures decisiones & declarationes ex dicta
 regula, quod commune est, meum esse intelligitur, ad-
 ducit, quem ad hoc omnino vide, & alias in indi-
 uis, prouilegium vnus prodest etiam consorti non pri-
 uilegiato, per text. in l. si communem. ff. quemadmod.
 seruit. amitt. & in l. si is qui duos. ff. de libera. leg. text. in
 l. Aristo. in fin. ff. quae res pigno. obliga. non possint, & in
 c. per tuas, de arbitris. Et laicus in indiuiduis gaudet
 beneficio clerici, tex. in d. c. per tuas, & in c. ad audientiam,
 §. si. de praescrip. Feli. in c. placuit, nu. 6. eo. tit. Ias. in l. si e-
 mancipati, num. 10. C. de collat. Boerius deci. 300. num. 2.
 Schurff. conf. 94. nu. 4. cum seq. cent. 3. incip. quod respon-
 siones. Hippo. sing. 180. incip. Plura, nu. 1. & sing. 501. num.
 1. incip. Dixi tibi. Item conditio diuidua, coniuncta in-

indiuidua, totam conditionem indiuiduam facit, text. in l. si ita fuerit. ff. de manumif. testam. Socin. confil. 107. nu. 12. vol. 4. incip. visa sententia. vide plura exempla in tract. Fractz pacis, cap. 6. lib. 1.

OBSERVATIO XXI.

De processu pignorationis in causa citationis.

S V M M A R I A.

- 1 *Exceptiones declinatoria non habent locum in causis pignorationum.*
- 2 *Pignorationis iudicium est summarium.*
- 3 *Citato non comparente proceditur ad impositionem perpetui silentij.*
Articuli ad causam impertinentes admitti non debent.
ibid.
- 4 *Pignorator an actoris partes sustinere teneatur.*
- 5 *Pignoratio est species diffamationis.*
- 6 *In duplicibus iudicijs actor est qui prior ad iudicium prouocat.*
- 7 *In processu pignorationis liti non contestatur.*
- 8 *Neque commissio ad perpetuam rei memoriam decretatur.*
- 9 *Ordinarium remedium quando cessare faciat extraordinarium.*
- 10 *In summarijs causis an opus sit liti contestatione.*
- 11 *Mora si sit periculosa, receditur à regulis iuris communis.*

PIGNORATIONIS Constitutio immediatè fundat iurisdictionem Cameræ, concurrentibus requisitis, de quibus suprà, Obser. 3. & ideò declinatoriæ exceptiones, & priuilegia fori, neque in causa mandati, vt dixi suprà Obseru. 14. neque in causa citationis admittuntur. Sed citatus tenetur in Camera in prima instantia compa-

comparere : nam Constitutio pignorationis expresse derogat primæ instantiæ, & omnibus priuilegijs, Cameræque iurisdictionem immediatè fundat. Est autem pignorationis iudicium in causa citationis summarium, matureque in eo procedendum, ne partes moræ pertesq, ad arma veniant : sed tamen non est momentaneum, siue fiduciarium, quia interdictum Retinendæ possessionis plenissimè in eo disputari & decidi potest, vt dixi suprâ, d. Obseru. 3. Modus autem procedendi talis est: Citatus ³ purâ pignorator, in termino citationis cõparere, & causas pignorationis articulatim deducere, proponereque *Articuli* in libello debet, quòd videlicet ius pignorandi in tali loco semper habuerit, atque etiamnum habeat, talesque actus pignoratitios iam antea exercuerit, & proinde in quasi possessione pignorandi tueri debeat, & quod Aduersarius ibi loci nihil iuris habeat. Ad eum modum articuli concipi debent, aliàs rejiciuntur: articuli enim ad causam impertinentes admitti non debent, tex. in l. si duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiur. Ias. pulchrè ibid. nu. 34. gl. sing. in c. cum contingat, in verbo, nihilominus, de offi. & potesta. iudi. deleg. Ratio, quia probati non releuant, & quod probatum non releuat, ad probandum admittendum non est, vulg. l. ad probationem, la. i. C. de probatio. Quòd si in termino citationis articulos pignorationis non exhibeat pars aduersa, videlicet pignorator: tunc pignoratus qui citationem obtinuit, ad præclusionem viæ probandi, vel impositionem perpetui silentij procedere, iudexque in contumaciam pignoratoriterminum comperetem sub tali comminatione peremptoriè, vel finaliter, vt vocant, aut etiam euentualiter præfigere potest, per text. notab. in l. Titia. ff. de accusat. Barto. ibid. num. 1. cum sequen. & nume. 8. text. in l. si ea. C. de ijs qui accus. non poss. & bonus text. in l. si eo tempore. C. de remiss. pignor. Dd. in l. vnic. C. vt nem. inuit. ager, vel accu. cog. Fab. in §. Retinendæ, nume. 35. Institut. de interdict. Forma pronuntiandi talis est: *In sachen A. C. v. r. w. i. d. er B. beklagten / ist D. des beklagten Anwaldten*

jetzt etnes Monats articulirte vrsachen des pfendens
 furzupringen angelegt / mit dem anhang / wo er solchem
 also nicht nachkommen wirt / das ihm als dann der
 weg solchs zuthun hiemit benommen sein soll / vel, cum
 ewig still schweigen auferlegt sein soll / hoc est: In causa
 A. actoris, contra B. reum, N. procuratori Rei, tempus v-
 nius mensis ad deducendum articulas causas pignora-
 tiones praestigimus, ea comminatione, nisi ita egerit, quod
 tunc via ei hoc faciendi praclusa, vel perpetuum silenti-
 um impositum esse debeat, cum refusione expensarum.
 Vtraque pronunciandi formula seruat, puta quod de-
 ducat articulas causas sub comminatione praclusio-
 nis, vel perpetui silentij, quod in idem recidit. Hinc per-
 spicuum est, pignorationis processum non dissimilem
 esse processui l. diffamari, C. de inge. manu. pignoratus e-
 nim in causa citationis Rei: pignorator t verò citatus a-
 4 actoris partes sustinere videtur: adeoque velit, nolit, con-
 tra iuris regulas, quod nemo inuitus agere teneatur, d. l.
 vnica. C. vt nemo inuit. ag. causas pignorationis, metu
 comminationis perpetui silentij, vel praclusiois via,
 deducere & probare debet: quemadmodum in diffama-
 tionis processu obseruatur, vt notant Dd. in d. l. diffama-
 ri. Decius praclare & quasi in terminis consil. 43. nume. 1.
 incip. Et pro tenui. Schurff. consil. 34. nume. 5. incip. quod praedi-
 cta. Afflict. decis. 268. nume. 4. Boer. decis. 150. per totam,
 part. 2. facit text. in l. si prius quam, in fine. ff. de noui o-
 5 per. nunciat. Nam t pignoratio est quaedam diffamatio,
 quod per eam pignorans praetendit sibi aliquid iuris eo
 loci, vbi pignora capta sunt, vsurpare: quanquam alias
 iudicium, Vti possidetis, quando vterque contendit se
 possidere, duplex, & reciprocum sit, ita quod vterque
 Actor & Reus dici possit, intellige aptitudine, quia iudi-
 cio nondum coepto, vterque Actor vel Reus esse potest,
 text. in l. si duo. §. hoc interdictum. ff. Vti possidetis. Ali-
 ter tamen Camera obseruat, quia pignoratus, ad cuius
instantiam citatio decernitur, pro prouocante, & sic
 Acto.

Actoris loco habetur, et si reuera Actor non sit: cum pignora-
 tor citatus iura sua possessoria plenè deducere te-
 neatur, in quo parum momenti positum est, cum ita lex
 scripta, & hactenus obseruatum sit. Stylum enim iudicij
 æquitati consentaneum pro lege obseruandum esse dixi
 supra, Obser. 13. in fine, per text. in c. ex literis, de Consti-
 tutio. & in c. 2. de præbend. lib. 6. Quò pertinet, quòd in t
 duplicibus iudicijs is Actoris vice fungatur, qui prior ad
 iudicium pronocat, text. in l. in tribus. & in l. qui prior.
 & in l. inter litigantes. ff. de iudic. Baldus in d. l. vnica, nu.
 6. Angel. in §. tertia diuissio, nume. 1. Institut. de interdic.
 Citato itaque comparente, ante omnia in puncto man-
 dati, obtemperationem, siue paritionem docere, & in
 causa citationis, articulatas causas iuris pignorandi exhi-
 bere debet: quo facto, absque l. litis contestatione, quæ in
hoc processu pignorationis non requiritur, proceditur. 7
 Hinc est, quòd etiam in processu pignorationis com-
missio t ad perpetuam rei memoriam non decernatur: 8
 cum sit in pignorantis potestate positum, absque litis
 contestatione iudicium inchoare, testes & instrumenta
 producere, & sic extraordinario remedio locus non
 relinquitur, text. in l. in causa, la. 2. ff. de minorib. text. in
 l. in prouinciali. ff. de noui oper. nuncia. Ordinarium t
 enim remedium facit extraordinarium cessare, quando
 ambo pro eadem re, contra eundem concurrunt, quòd
 tamen non procedit, si pinguius & exuberantius sit re-
 medium extraordinarium, quàm ordinarium. Docto. in
 d. l. in causa, la. 2. Natta consil. 548. nume. 9. & nume. 30.
 volum. 3. incip. cum communitas quædam, vbi hoc exem-
 plis declarat. vide latè Docto. in d. l. in prouinciali. Et li-
 cèt alias in t summarijs causis opus sit litis contestatio-
ne, quòd etiam Camera obseruat, per text. in l. tigni ap-
 pellatione. §. si quis non possideat, & §. idem scribit. ff. ad
 exhib. Bartol. ad reprimendum, in verbo, summarie,
 num. 2. & in verbo, & figura, nume. 10. Socin. in c. quoni-
 am frequenter, numer. 26. vt lite non contestat. tamen
 hoc in causis pignorationum non obseruatur, quæ cele-
 ritatem desiderant, ne ex diuturna mora partes vtrinque

exacerbata, tandem ad arma veniant, & in casibus ubi mora periculum adferre consuevit, receditur à regulis iuris communis, text. in l. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de noui operis nuncia. Alexan. ibid. num. 1. Roman. similiter num. 1. & 3. text. in l. si quis filio exheredato. §. hi autem, ff. de iniust. rupt. & irrit. fac. testam. gloss. in l. fina. in verbo, fideiussionis. C. de ferijs.

OBSERVATIO XXII

De probationibus in causis pignorationum.

SUMMARI.

- 1 Articuli in causis pignorationum in contumaciam non respondentis pro confesio acceptari possunt.
- 2 Pignorationis Constitutio ad interdictum Vti possidetis pertinet.
- 3 Quae sint requisita huius interdicti.
- 4 In paritate probationum quid pronuntiandum, varia De. sententia referuntur.
- 5 Duo in solidum eandem rem possidere nequeunt.
- 6 Possessione vtriusque probata, an iudex modum utendi praescribere possit.
- 7 Sortis iudicium non habet locum in quaestione facti, sed iuris.
- 8 In interdicto Vti possidetis, si par sit probatio vtriusque, is obtinere debet, qui probat antiquiorem possessionem.
- 9 Possessio cum titulo praefertur possessioni absque titulo.
- 10 Proprietas tanquam dignior, trahit ad se possessionem, ideo expedit ad colorandum possessorem petitorium quoque deducere.
- 11 Data paritate probationum, si non constat de antiquiori possessione, neque titulo, tunc in dubio pro reo pronuntiandum.

- 12 *Paritas probationum debet ad imparitatem reduci, & quid in attestacionibus.*
- 13 *Probatio extremis temporibus medijs temporis possessio probata intelligitur.*

IN CAUSA citationis, † postquam articuli pignorationis exhibiti sunt, pignoratus, qui pro Reo habetur, vt supra Obseruatione proxima dixi, ad illos ritè respondere tenetur, altàs huiusmodi articuli in contumaciam non respondentis pro confessis acceptantur, quia causæ pignorationum non sunt criminales, vt fractæ pacis, sed merè ciuiles, ad interdictum Retinendæ possessionis spectantes: & idè accusata contumacia non respondentis, articuli pro confessis haberi possunt, text. in c. 2. de confess. lib. 6. gloss. & Doct. ibid. & in l. de ætate. §. qui tacuit. & §. nihil. ff. de interrogat. actio. Ordinat. Camerz, part. 3. tit. 15. & tit. 43. §. 4. Idem in articulis defensionalibus obtinet: quia probationes vtrinque in possessorio, quando vterque se magis possidere contendit, recipiuntur, text. in l. 1. §. sed si inter ipsos. & in l. si duo. ff. vti possid. Negatis itaque articulis, ad probationes peruenitur: & quoniam sæpe dictum, Constitutionem † pignorationis ad interdictum Retinendæ possessionis pertinere, in quo possessorium plene disputatur & definitur, sicut communi §. C. in Camera receptum est, idè quoque necesse est probare in causa citationis † requisita huius interdicti, nimirum possessionem ex parte agentis, & turbationem ex parte Rei, text. in d. l. 1. §. hoc interdictum. & in §. fin. vbi Bartol. ff. vti possidetis. Ferrar. in for. libelli pro turb. poss. in verbo, hodie. Dec. consil. 663. num. 1. in causa mota. Alexand. consil. 88. nume. 1. cum sequent. volum. 5. incip. quoniam omne. Ias. in l. naturaliter. §. nihil commune, num. 72. ff. de acquirend. possess. Specul. rit. de caus. possess. & proprietæ. §. 1. num. 6. Et si quidem vterq; contendat se possidere, & vtrinque actus possessorii deducantur, is obtinere debet, qui de antiquiore, & continuata possessione accuratius probauit, text. in c. licet causam, de probat. gloss. ibidem in verb. vti possidetis. Papez. ibid. l. 1.

num. 35. Felin. latè nu. 8. cum sequen. Bartol. in d. l. si duo, nume. 4. ff. uti possid. idque inferius prolixius explicabitur. In paritate t̄ verò probationum, quid pronuncian- dum, mirificè variant Doct. Quidam existimant, iudi- dicem hoc casu simpliciter pronunciare debere, Vti pos- sidetis, ita possideatis, ita ut neutri victoria tribuatur. Spe- cul. tit. de perit. & possess. §. 1. nume. 32. gloss. in d. l. vnica. C. uti possid. Bartol. in d. l. si duo, nume. 4. in fin. gloss. & Canonist. in d. c. licet causam. Sed hæc opinio commu- niter reprobarur, eò quòd t̄ duo ipsolidum eandem rem, eadem specie possessionis possidere non possint, text. in l. 3. §. ex contrario. ff. de acquirend. possess. gloss. magna ibid. & communiter Doct. text. in l. si duo. ff. de precario. Dynus ad longum in c. sine possessione, de regul. iur. in 6. circa medium, dicens, duas possidendi qualitates con- trarias in eadem substantia possessionis concurrere non posse. Alij nihil pronuncian- dum, sed superledendum pu- tant, ne iudex incertam proferat sententiam, quod fieri non debet, text. in l. final. C. de sentent. ex breuic. recit. & in §. curare. Instit. de act. & ita Specul. concludit in d. §. 1. num. 32. Bald. in l. præles. nume. 1. C. de sentent. & inter- locut. omnium iudic. facere scribit, quòd iudex, quando quæstio est de finibus inter duas Ciuitates, & testes red- dant rem ita dubiam, ut decidi nequeat, pronunciare de- bet, Fatis cum Deo, vnus vestrum mendacium dixit, ne- scio quis: allegat ad hoc l. duobus. §. final. ff. de iureiuran.

¶ Nonnulli in hac pugna testium & t̄ æqualitate probatio- num, diuidendam possessionem, & utrique eam pro par- te adiudicandam censent, maximè si hoc postulatum, & petitum sit: in quam sententiam descendit Bartol. in d. l. si duo, num. 5. per illum text. & l. final. eod. tit. text. in l. si pater familias, in fin. ff. de hered. institut. & in l. si pluri- bus. ff. de legat. 3. quem sequitur Salice. in d. l. vnica. & la- tère Boer. decil. 139. nume. 2. & 3. part. 1. Fab. in §. retinenda, num. 30. Instit. de interdict. dicens, multa exempla oc- currere posse, in quibus iudex pro vtraque parte iudica- re debeat. Exemplum ponit in nemore controuerso, in quo alter alterum turbat, & intentato interdicto, utre- que

que suam possessionem æqualiter probat: Nam tunc, inquit, dubium non est, quin iudex possit pronunciare pro utroque, & inhibere utrique, ne alter alterum impediatur, modumque utendi præscribere, per tex. in d. l. si duo. & in d. l. quoties. ff. de usufruct. text. in l. huiusmodi, §. final. ff. de legat. 1. & in l. seruitutes, §. modum. ff. de seruitut. Hæc opinio etsi non sit iniqua, tamen in iure non est firmè fundata, quod etiam Bald. dicit in d. l. præses, existimans Bartol. opinionem procedere, quando possessiones & probationes non essent aduersariæ, sed compatibles: secus, si testimonia se infringant, quia quilibet probat possessionem in solidum: quo casu concludit Bartol. opinionem esse falsam. Sunt etiam qui litem in hac difficultate probationum sorte dirimendam esse existiment, per textum in l. sed cum ambo. ff. de iudic. gloss. ibidem, in verbo, sorte. & in l. si qui, §. 1. ff. famil. ercisc. text. in l. si duobus. C. commun. de legat. Bald. in d. l. vnica, num. 10. C. uti possidet. Fab. in d. §. retinendæ, nume. 19. in fin. Bartol. in d. l. si duo, nume. 5. Verùm horum opinio ab omnibus pariter reprobatur, eò quòd † iudicium sortis non habeat locum in questione facti, sed tantum in questione iuris, & nisi in casibus expressis: possessio autem magis facti est, quam iuris, text. in l. denique. ff. ex quibus caus. maior. & in l. 1. ff. de acquiren. poss. igitur sorte non debet his dirimi, glo. in l. vnica. in verbo, prohibebit. Felin. in d. c. licet causam, num. 24. de probatio. Bartol. in d. l. si duo. Omnis opinio iudex, visis diligenter utriusque partis attestacionibus & iuribus, accuratè animaduertere debet, ut equitatem probationum, si qua est, ad inæqualitatem iuste reducat, feratque certam sententiam pro eo, qui pinguiora iura habet: id quomodo fieri possit, tribus insequentibus conclusionibus ostendam, quarum prima: In † interdito Retinendæ possessionis, quando uterque contendit se in solidum ciuilitè & naturaliter possidere, & uterque probat suam possessionem, is obtinere debet, qui antiquiorem possessionem probat, text. in d. c. licet causam. glo. ibid. in verbo, Vti possidetis. & Panorm. num. 35. Bart. in d. l. si duo, num. 4. Socia. Senior consil. 98. nume. 13. volum.

lum. 4. incip. iustissime iudex. Dec. consil. 303. nume. 8. incip. & pro tenui. Natta consil. 572. nume. 1. volum. 3. incip. valde contenditur. Bald. in l. ordinarij, nume. 10. C. de rei vendic. & consil. 468. num. 8. par. 3. incip. qualiter probentur pertinentiz, vbi dicit, quando res est omnino dubia, propter intricacionem probationum & possessionum, atque mixturam actuum hinc inde, quod tunc ille vincere debeat, qui antiquiorem possessionem habet: Ratio, quia secunda, & junior possessio tunc iniusta & clandestina presumitur: at prætor non tuetur eum in possessione, qui ab aduentario vi, clam, vel precario possidet, tex. in l. 1. §. fina. ff. vti possid. Bartol. ibidem, num. 18. Bald. in l. non ignorabit, num. 3. C. ad exhib. & in l. si super, nume. 16. circa finem. C. de præscrip. long. tempor. Secunda conclusio, t quando vterque æqualiter probauit, nec constat de antiquiore possessione alterutrius: tunc si vnus probeat titulum, alter non, pronuncian dum pro eo, qui titulum suæ possessionis probauit, per textum in d. c. licet causam, glo. notab. ibidem, in verbo, titulum, similiter Felin. nume. 33. Bald. in d. l. vnica, num. 10. C. vti posside. dicens, æqualitatem probationum sic reduci ad inæqualitatem. Idem in l. qui accusare, num. 4. C. de edend. vbi dicit, quod titulara possessio idem præferatur, quia magis iustificatur per viam rationis. Fab. in d. §. retinendę, nume. 19. Bartol. in d. l. si duo, num. 4. in fin. Dec. consil. 9. num. 4. incip. in causa appellationis. Paris. consil. 107. nume. 3. volum. 1. incip. laboriosa potius. Bald. in d. l. ordinarij, num. 10. C. de rei vendic. Idem in l. post sententiam, num. 4. C. de sentent. & interloc. omn. iud. Ferrar. in form. libell. pro turb. poss. in verbo, ad cessandum, gloss. notab. in c. cum dilectus, de caus. possesl. & propr. in verbo, præualere, quę dicit, quod semper t proprietas, tanquam dignior, trahat ad se possessionem, vt sequatur dominium, quia iustior est petitio proprietatis, tex. in l. bona fides. §. 1. ff. de pos. ex primordio enim tituli, posterior formatur euentus, text. in l. 1. §. fin. C. de imponen. lucrat. descript. lib. 10. & possessio causatur ex titulo præcedente, tex. in l. si à te emero. ff. si seru. vindi. Vtile igitur est in hoc interdicto articulare, & probare

Dare dominium simul cum possessione, non ad eum finē, ut principaliter super eo sententia feratur, quod propter repugnantiam fieri non potest, Doct. in d. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren. poss. sed ad adiuuandum, vestiendum, & colorandum possessorium: nam data paritate probationum, is obtinere debet, qui dominium, vel quasi pariter probauit, nam ex titulo perspicuū est, possessionem non esse clandestinam, aut violentam, vel precariam, vnde merito obtinere debet is, qui titularam possessionem probat: nec est necesse, in hoc interdicto iustā possessionem probare, sed sufficit probatio, quod tempore litis contestationis ab aduersario non vi, non clam, nō precario possideat, tex. in l. 2. ff. uti possid. & in d. l. si duo, tex. in §. sed interdicto, cum §. sequen. Inst. de interdict. & in d. l. si a te emero, gloss. notab. in d. c. licet causam, text. in d. l. non ignorabit, Bald. ibid. num. 1. C. ad exhib. Bald. in d. l. post sententiam, & alij in locis supra allega. Tertia conclusio, non probato titulo, nec etiam antiquiore possessione, tunc data ¶ paritate probationum, in dubio pro Reo pronuncian-^{II} dum, cuius partes sunt fauorabiliores. l. fauorabiliores. ff. de regul. iur. gloss. in l. in tribus, in verbo, actorem. ff. de iudic. Angel. in §. tertia diuisio, num. 1. Inst. de interdict. Ias. in d. l. naturaliter. §. nihil commune, num. 40. vbi dicit, quando duo probant possessionem bona fide & in solidum, illum potio-rem, cuius commune fauet, & sic iuris adminiculum habet, quod procedit, etiam si probationes Actoris in aliquo excedant. Dec. in d. l. fauorabiliores, in princ. Idem consil. 109. nume. 1. incip. & pro tenui facultate, per textum in §. commodum, Instit. de interdict. & text. in c. ex literis, de probat. Pannormita. ibid. nume. 1. dicens, illud bene notandum, gloss. singul. in c. clerici, in verbo, aliqui, distinct. 81. Istis tribus conclusionibus in interdicto, Vti possidetis, diligenter obseruatis, æqualitas ¶ probationum, si qua esse videatur, facile ad inæqualitatem reduceretur, ita ut iudex certam sententiam proferre queat. Natta d. consil. 572. num. 13. vbi dicit, quod regulariter vbicunque paria sunt probationum momenta, vnum aliquid additum vni parti, fa-
12

cir alterum alteri præponderare, text. & gloss. in l. si duo
 patroni, in verbo, authoritaris. ff. de iureiuran. quam Bar-
 tol. ibid. num. 3. singularem dicit, similiter Bald. ver. quæ-
 ro quid operetur. & Iaf. nu. 3. ubi dicunt, in paritate pro-
 bationum illum vincere debere, qui aliquam præsum-
 ptionem pro se habet, quia in eo antecellit aduersarium,
 vt in casu d. l. si duo patroni. Notandum hic quoq; quod
 ex attestationibus testium paritas probationum ad impari-
 tatem reducatur, vtputà, quod testes in specie deponen-
 tes, numero pauciores, preferendi sint pluribus testibus
 generaliter deponentibus, vt præclare notat Innocent.
 in c. auditis, num. 4. de præscriptionib. Natta d. consil. 572.
 nu. 10. facit tex. in c. generi, de regul. iur. lib. 6. Alexan. con-
 sil. 88. nume. 8. & nume. 10. volum. 5. incip. quoniam omne
 datum. Præterea in hoc interdicto memoria tenendum,
 quod probatis † extremitatibus, hoc est, quod olim, &
 nunc, putà tempore cœpti iudicij possederit, medij tem-
 poris possessio pariter probata esse censeatur, gloss. in c.
 accedens, in verbo, processu, de conuers. coniug. Bartol.
 in l. Celsus, num. 22. ff. de vsucap. Bald. in l. indicia, nume.
 6. C. de rei vendic. & in d. l. non ignorabit. Paris. d. consil.
 107. nume. 12. Corset. in singularib. in verbo, probatio
 possessionis. Matthesil. singul. 116. incip. nota mirabilem,
 cum pulchra Apostil. Saray. ibidem, gloss. approbata in c.
 volumus. 16. quæst. 4. in verbo, inconcussam. Canonist. in
 c. cum ad sedem, de restitut. spoliato. possessio enim se-
 mel posita, durare præsumitur, nisi probetur, quod alius
 medio tempore possessionem ingressus sit, per textum in
 l. quod meo. §. fin. ff. de acquiren. possess. text. in l. peregrè.
 §. final. ff. eodem titul. Hæc longius prosecutus sum, quia
 materia est quotidiana, & utilis, atque ad processum cita-
 tionis pertinens: quia ius pignorandi ad possessorium
 Retinendæ spectat, & sententia lata plenum adfert præ-
 iudicium in possessorio, ita vt solummodò petitorium.

OBSERVAT. XXIII.

De sen.

De sententia diffinitiuā in causis
pignorationum.

S V M M A R I A.

- 1 Quomodo in causis pignorationum, non probato iure pignorandi, pronuntiandum sit.
- 2 Forma pronuntiandi.
- 3 Expensarum compensatio quando fieri debeat.

SAEPIVS dictum, in t causis pignorationum possessionium Retinendæ plenè discutit & diffiniri. Probata itaque possessione pignorantis, absolutoria sententia sequitur: non probata possessione, & iure pignorandi, forma pronuntiandi eadem obseruatur, quæ in interdicto Retinendæ possessionis, videlicet pignoratori non licuisse taliter turbare, atq; pignorare: & idè in posterû ab huiusmodi turbatione & pignoratione abstinere, eoq; nomine pignorato idoneè cauere debere, p rex. in l. vnic. C. vti possidetis. Bartol. in l. i. §. interdictum, nume. 3. & num. 10. cum sequentib. ff. eodem tit. Panormitan. in c. licet causam, num. 35. & sequen. de probat. Angel. in §. quadrupli, nume. 48. Institut. de actio. Schurff. consil. 78. nume. 5. centur. 1. [incip. prædictæ responsiones.] Præterea, sententiæ inseri solet, quòd relaxati subditi non teneantur se iterum sistere, vel quòd reddita pignora non sint restituenda, hoc modo:

In t sachen A. Klägers / wider B. Beslagten / Mandati, der pfendung / ist allem fürbringen nach / zu Rechte erkendt / daß die verstrickte / in Actis benendi / sich widerumb einzustellen nicht schuldig / sonder von angezogener verstrickung zu absolvieren / vñnd zu erledigen seyen / Als wir sie auch darvon hiemit absolvieren / erledigen / vñnd daß aemelstem Beslagten nicht gezimpe / noch gebürt / geklagten massen den Kläger zu turbieren / vñnd zu pfenden / sonder daran zu viel vñnd vurecht

vnrecht gethan habe / auch dessen hinfürter sich entschul-
ten soll / vnd derhalben an diesem Kayserlichen Kam-
mergerichte gebürtliche Caution zu thun / schuldig sey /
als wir jhnen auch darzu condemnieren / vnd verdam-
men.

Latinè :

In causa A. Actoris, contra B. Reum, mandati pignora-
tionis, visis Actis & actitatis, decernimus, atque pronun-
ciamus, quòd pignorati, in actis nominati, iterùm te lisse-
re non teneantur, sed à data obligatione absolui debeant,
prout eos absoluimus, & quòd dicto Reo non licuerit ta-
liter actorem turbare, & pignorare: ideoque posthac à
tali turbatione abstinere, eoque nomine in Camera Im-
periali idoneè cauere debeat, prout eum ad hoc condem-
namus. Rebus verò pignoratis, & vigore emanati Cæsarei
Mandati restitutis, eodem modo, muratis murandis, dif-
finitiuè pronunciat, videlicet, quòd pignora non sint
restituenda, & quòd Reus amplius Actorem turbare non
debeat. Expensarum verò ß condemnatio, vel compensa-
tio ex eo pendet, vtrum pignorator aliquam pignorandi
causam habuerit, nec ne. Si nulla legitima subsistente cau-
sa, iniquè alterum pignorauit, meritò in expensis conde-
mnatur, text. in l. properandum. §. fin autem alterutra. C.
de iud. Alexand. Ias. & alij ibid. text. in c. finem litibus, de
dolo & contum. & in l. eum quem temerè. ff. de iud. Quòd
si vtrinque actus, possessorij deducti sint, iusta causa liti-
gandi ab expensis excusat, & rectè fit earum compensa-
tio, tex. in l. qui solidum. §. etiam. ff. de leg. 2. & in d. l. pro-
perandum. §. fin autem alterutra. Docto. ibid. gloss. in d. c.
finem litibus, in verbo, expensas.

OBSERVATIO XXIIII.

Dere iudicata in causis pignora-
tionum.

S V M M A R I A .

- 1 *Res iudicata quando obstat in causis pignorationum.*
- 2 *Mandatum sine clausula decerni potest contra pignoratorem post rem iudicatam.*
Res iudicata pro veritate habetur. ibid.
- 3 *Quae de nouo emergunt, nouo opus habent remedio.*
- 4 *Venatio & aucupium inter se specie differunt.*
Possessio vniuersalis, an operetur ius vniuersale. ibid.
- 5 *Occupationis tres sunt species.*
- 6 *Seruitutes sunt stricti iuris, & ultra casum suum non extendenda.*
- 7 *Ius venandi inter seruitutes rectè connumeratur.*
- 8 *Actio confessoria datur non solum contra dominum praedij, sed contra quemcumque turbantem.*

AD hoc, vt res iudicata in causis pignorationum obstat, necessè est, quòd quis in eodem loco, ab eodem, & eiusdem iuris gratia, iterùm turberetur, atque pignoretur, text. in l. cum queritur, cum duabus sequentibus. ff. de except. rei iudica. Doct. communiter ibid. & in l. i. ff. eodem tit. gloss. singul. in c. fina. de excep. lib. 6. in verbo, admitti. Philip. Franc. ibidem, nu. 4. Decius consil. 464. num. 6. incip. placet conclusio. Istis tribus concurrentibus, si quis iterùm turberetur, mandata t̄ inhibitoria sine clausula contra turbantem decerni possunt: dubium enim non est, iudicem ob rei iudicatae autoritatem, à præcepto incipere posse, quia cessat ratio l. nec quicquã. §. vbi decretum. ff. de offic. proconsul. Iason ibidem, num. 7. dicens, præceptum executiuum post latam sententiam interpositum, valere: tanta enim rei iudicatae autoritas est, vt ne rescripto quidem Principis subuerti possit, text. in l. fin. C. de sentent. rescind. non poss. & in l. causas. C. de transact. Zaf. consil. 10. num. 6. cum sequen. volum. 2. [incip. in causa executionis.] & rem iudicatam pro veritate haberi notum est, text. in l. ingenuum. ff. de statu homin. & in l. res iudicata. ff. de regul. iur. & inter easdem partes notorium inducit, text. in c. fina. de cohab. cler. Iaf.

in Ladmonendi. §. nihil commune, num. 11. ff. de acquir. possess. & presumptionem iuris & de iure facti, pluresque effectus operatur, de quibus cumulate vide Nattam consil. 524. num. 3. cum seq. incip. in causa domini. Rolan. consil. 83. num. 13. cum seq. volum. 1. incip. videtur prima, tex. not. in l. sue contra. ff. de libe. agnos. & in l. emptorem. ff. de act. empt. & in l. C. de confict. indeb. ubi virtute sententiae, indebitum efficitur debitum. Sed si tria praedicta requisita non concurrant, alia res est, & exceptio rei iudicatae non habet locum, text. in d. l. cum quaeritur. ideoque

3 nouo processu, nouaque actione opus erit: nam quae de nouo emergunt, nouo indigent remedio, text. in l. 1. ff. de ventr. inspicien. & in c. nulli, de elect. in 6. text. in c. certorum, de iuram. calum. glo. in c. pastoralis, de excep. in verbo, de nouo, gloss. in l. si ab arbitro, in verb. ex integro. ff. qui fatid. cog. Exempli gratia, Lis fuit instituta de iure venandi: pronunciatum contra pignoratorem, quod iniuque casses & plagas, aut canes venaticos abstulerit, vel aliter pignorauerit, & aduersarium suum in iure venandi turbauerit: idem pignorator post rem iudicatam iterum in eodem loco aucupium exercet, & victorem ratione aucupij, captis ex integro pignoribus, turbat: quaeritur an turbanti obstat exceptio rei iudicatae? Minime, quia alia res est: nam ius venationis & aucupij inter se specie differunt, propterea non sequitur: Habeo ius venandi, ergo etiam aucupij, qui haec separata sunt, & ex separatis nihil inferitur, text. in l. si maritus. la. 1. C. de donatio. inter virum & uxorem Salic. ibid. num. 1. text. in l. Papinianus. ff. de minoribus 25. ann. & in l. final. ff. de calumniar. & qui usus est vna specie iurisdictionis, non acquirit iurisdictionem in alijs diuersis speciebus, quia regula est, quantum possessum, tantum praescriptum, & non amplius, tex. in l. 1. §. si quis hoc interdicto. ff. de itine. actuque priuat. & ibi pulchre Bart. per tot. text. in c. auditis, de praescrip. Felin. ibi. num. 18. cum sequen. Ias. in l. 3. num. 36. ff. de acquir. possess. pulchre Alex. consil. 68. nume. 18. & 19. volum. 2. incip. & viso. ubi hoc declarat. Quandoque tamen possessio vnius actus, generat ius vniuersale: vepu-

puta, si nullus sit in possessione aliarum specierum iuris: dictionis, & aliorum actuum, quo casu possessio vnius actus, ius vniuersale producit, ita quod per vnicum actum prescribatur ius vniuersale, vt preclare docent Bartol. in d. l. 1. §. si post hoc interdicto. Felin. in d. c. auditis. Ias. in d. l. 3. num. 36. Alex. d. conf. 68. num. 18. cum seq. Deci. consil. 171. num. 5. incip. in casu transmissio, per tex. in c. 1. de religio. domib. & ibid. Panorm. nu. 2. cum sequen. Occupati-
 onis tres sunt potissimum species, venatio, aucupium, 5
piscatio, in quibus olim obtinebat regula, quod nullius est, id naturali ratione occupanti conceditur, tex. in l. 1. & in l. 2. ff. de acquiren. rei um domin. rex. in §. feræ. Instit. de rerum diuis. quod spectat, quod Cicero scribit libro primo Officiorum: Natura nulla priuata esse, sed aut veto-
 re occupatione, vt qui quondam in vacua venerunt: aut victoria, vt qui bello potiti sunt: aut lege, pactione, con-
 ditione, sorte. Sed huic libertati hodie prescriptione, & principali concessione omnino derogatum est, text. in §. nemo retia, de pace tenend. & eius violatorib. in v. sib. feudo. Ad confirmationem predictorum facit, quod
 6
seruitutes sint stricti iuris, & ultra casum suum minime
extendendæ, per textum singul. in l. si mater. §. si quis iter. ff. de except. rei iudica. vbi I. C. ait, Si quis iter petierit, deinde actum petat: puto fortius defendendū, aliud tunc
 7
 videri petitum, aliud nunc, atque idē exceptionem rei iudicatæ cessare, facit text. in l. certo generi. §. si totus. ff. de seruitut. rustic. prædio. text. in l. is cui via. ff. quem-
 admod. seruit. amitt. Bartol. in d. l. & an eadem. §. actio-
 nes, num. 6. & 12. ff. de except. rei iudic. at ius venandi in-
 ter seruitutes connumerari eruditè scribit Zasius lib. sin-
 gul. intellect. cap. 11. & in §. æquè, nume. 24. Institur. de a-
 ctio. & consil. 6. num. 30. volum. 2. incip. illustris. vide Obseruat. lib. 2. Obseruat. 66. ergo non debet fieri extensio de vna specie ad aliam, per iura allegata. Et in Germania multis in locis vsu compertum est, pluribus ius venandi in eadem sylua, diuersis tamen respectibus competere: videlicet, huic ius venandi minores feræ, *Hasen oder*

Kephüner/xc. alteri maiores, Grob oder schwarze Wiler
 & ideo quilibet intra præscriptos seruitutis fines se con-
 tinere debet, d. l. si mater. §. si quis iter. si secus fecerit, re-
 ctè pignora capiuntur, & turbato actione confessoria di-
